4/Bao.
1109 b (2
Khanum.
Bd. 2



Johann Rieger del:

Joh. Ulrich Kraus sculp:

HIERARCHIA
AUGUSTANA
CHRONOLOGICA TRIPARTITA
IN PARTEM
CATHEDRALEM, COLLEGIALEM,
ET REGULAREM;
Id est:
SERIES & DESCRIPTIO
AUGUSTANORUM EPISCOPORUM,
PROEPISCOPORUM, PRÆPOSITORUM,
DECANORUM, atque CANONICORUM
AUGUSTANÆ ECCLESIÆ
CATHEDRALIS,
Nec non
PRÆPOSITORUM, ac DECANORUM AUGUSTANÆ
DIOECESIS ECCLESIARUM COLLEGIATARUM;
Insuper
ABBATUM, PRÆPOSITORUMQUE AUGUSTANÆ
DIOECESIS ECCLESIARUM REGULARIUM.

Monrij Schyrensis.

PARS II. COLLEGIALIS,
In qua non solùm Præpositi, Decani, & Canonici Ecclesiarum Collegiatarum Augustanæ Diœcesis adducuntur, sed istarum quoque ortus, progressus, status ac ornamenta in apricum proferuntur.

Demum Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ CANONICI, ad exteras dignitates Ecclesiasticas, nec non NATI AUGUSTANI ad easdem evecti, partim colliguntur, partim describuntur.

AUTHORE

P. CORBINIANO KHAMM, Ordinis S. BENEDICTI,
In Libero ac Imperiali Monasterio ad SS. Udalricum & Afram
Augustæ Vindelicorum Professo & Theologo.

CUM LICENTIA SUPERIORUM.

AUGUSTÆ, Typis Joannis Michaëlis Labhart, Reverendiss. ac Sereniss.
PRINCIPIS & EPISCOPI Augustani Typographi, Anno 1712.

REVERENDISSIMIS
ILLUSTRISSIMIS, PERILLUSTRIBUS,
PRÆNOBILIBUS,
DOMINIS, DOMINIS
JOANNI LUDOVICO
UNGELTER,
Libero Baroni de Teissenhausen
PRÆPOSITO,
FRANCISCO THEODORICO
Libero Baroni à Guttenberg
DECANO,
FRANCISCO FRIDERICO
S.R.I. Comiti à Wolckenstein & Trospurg
SENIORI & JUBILÆO,
Ceterisque
ECCLESIÆ CATHEDRALIS
AUGUSTANÆ
CANONICIS CAPITULARIBUS,
DOMINIS, DOMINIS
GRATIOSISSIMIS.

Reverendiſſimi, Illuſtriſſimi, Perilluſtres, & Prænobiles Domini, Domini Gratioſiſſimi.

PArtem *Hierarchiæ Auguſtanæ* primam Reverendiſſimo ac Sereniſſimo ALEXANDRO SIGISMUNDO quà *Epiſcopo*, adeoque Canonicorum Auguſtanorum Cathedralium *Capiti* aut *Sponſo*, conjugio ſpirituali (a) eisdem copulato, humillimè dedicavi, *Partem* hanc ſecundam Reverendiſſimis DD. *Canonicis Cathedralibus* inſcribo, tanquam *Capitis* (b) *Membris*, & tanquam *Sponſo Deſponſatis*. Cúmque *Pars* iſthæc *ſecunda* comprehendat Diœceſis Auguſtanæ *Collegiatas Eccleſias* ac iſtarum *Capitula*, meritò prænotatam *Partem* ſibi vendicat *Cathedrale* Capi-

(a) *cap. requiſiſti. de Teſtamentis.* (b) *Bellarm. conſil. 20. n. 7. Barboſa de Canonicis. c. 42. n. 2.*

Capitulum, inter cetera Sidus lucidissimum, atque à suo ortu & progressu multifariis bellorum, schismatum, hæresúmque tenebris obductum, sed à *Numine* benignissimo perpetim eductum, Fidei orthodoxæ *Luminare majus*, nostra adhuc ætate fulgentissimum.

Ecclesia Cathedralis Augustana quanta pericula rerum ab incunabilis usque ad *Caroli Magni* imperium pertulerit, antiqua sunt ac antiquata: à *Caroli Magni* potentiâ, *S. Symberto* Episcopo Augustano opitulante, ex ærumnis circa annum 788. erepta & ampliata, nonnihil respirans, quàm gravia iterum iterúmque mala per integrum sæculum, potissimùm *Ottone Magno* imperante, sustinuerit, in quotidianam revocat memoriam ferocissimum ac famosissimum illud prælium, *S. Udalrico* Episcopo Augustano cooperante, ad Scythicam barbariem, totam penè *Germaniam* crudeliter devastantem, in campo *Lycio* anno 955. commissum. Exturbatis Barbaris, labente etiamnum Sæculo illo decimo, de collapso Cathedralis Templi ædificio fidem adstruit *S. Adelhaidis* Imperatrix, anno 994. sibi divinitùs revelatum, & eâ, qua concidit, horâ, in Monasterio *Selz*, *Ord. S. Ben.* commorans, *Luitolpho* Episcopo Augustano comprансori suo dolenter manifestatum.

Verùm ruinas, clades, & strages ante annum millesimum Cathedrali Ecclesiæ Augustanæ illatas, non regero, Ecclesiâ *S. Afræ*, ob bona indivisa, damna prorsus eadem patiente: Ecclesiarum *ambarum urebant æquales pectora flammæ.*

 At

At anno 1012. *Brunone* Epiſcopo, junctâ *Sancti Henrici* Imperatoris Germani Fratris ſui operâ, Monachos Benedictinos in *S. Afræ* Eccleſiam introducente, nec non *Marianam* & *Afranam* dividente, Eccleſia *Mariana* Cathedralis creſcebat quidem Canonicorum numerô, authoritate, poteſtate, ac opulentiâ: transactis tamen vix ſexaginta annis in adverſitates incidit, *Iliadem* impleturas, *Polono Bohemiam* invadente, *Godefrido Friſiam* infeſtante, *Saxoniâ* contra *Imperatorem* tumultuante, *Henrico IV.* Summum Pontificem Romanum, Pontificióſque *Auguſtæ*, & ubivis terrarum, perſequente.

Sub id ævi *Romæ* ſimul dominabantur duo Papæ, *Gregorius VII.* legitimus & *Clemens III.* illegitimus: in Imperio duo Cæſares: in Auguſtano Epiſcopatu *VVigoldus* ac *Sigefridus II.* duo Præſules, utroque Præſule occaſione ſchismatis, ingenti cum Reverendiſſimi *Capituli* Auguſtani jacturâ, potentes ſibi Patronos conquirente. *Henricus IV.* *Sigefrido*, *Guelfo* Dux Bavariæ favebat *VVigoldo*. Hic *Sigefridum*, in throno Epiſcopali ſedentem, de throno deturbavit, ille *VVigoldum*, Epiſcopali fungentem officiô, ex urbe exturbavit. Intereà turbis hiſcè per duodecim & ampliùs annos durantibus, Clericorum ædes depilatoriâ vaſtitate nudabantur, aut *Vulcano* conſecrabantur: utenſilia vel comminuebantur, vel furtô ſubducebantur: Sacer Templi theſaurus, & ornamenta ſpoliabantur: pro jure ſerviebat poteſtas: *Facta præda* (c) *maiori minor*, diſperſis hinc inde Reverendiſſimis DD. Cathedralis Eccleſiæ *Canonicis*.

(c) *Seneca.*

Ea-

Eapropter primùm circa annum 1084. ex exilio reduces, poſt erepta bona Eccleſiaſtica, extincta vel imminuta annua ſtipendia, exuſta communitatis habitacula, communem vitam deſeruêre, non libertate aut vanitate, ſed neceſſitate impellente. Næ *Henrico IV.* ſacra profanáque miſcente, *Eccleſia Auguſtana* per horridam tribulationum hyemem tranſiens, fertilem copiæ cornu æſtatem ſecum traxit, præſtantiſſimis *Canonicis* feraciſſimam. Ex his enim *Henricus* renunciabatur Patriarcha Aquileienſis, *Einhardus Comes de Kazenelenbogen* Spirenſis, *Norbertus* Curienſis, & *Udalricus* Paſſavienſis Epiſcopus, in celebre argumentum, Reverendiſſimos DD. *Canonicos Auguſtanos*, ſuam communitatis ſtationem ex perfida levitate haud reliquiſſe; adeoque ſtatuta, vivendi in communi, abrogata, aliorum *regnandi* cupiditati, non *Canonicorum* virtute, *ſcientiâ* & nobilitate excellentium tepiditati eſſe imputanda.

Acceptato novæ transformationis ſtatu, Reverendiſſimum *Capitulum Auguſtanum* plurimis per trecentos annos agitatum infortuniorum fluctibus, rupto nequaquam aggere extra honeſtatis regulas alveum egrediebatur, floribus virtutum penitùs conculcatis. Collegit ſparſas Canonicorum vires, & quod ſæpê numero deerat, animorum paucorum fortitudine ſupplevit: preſſuris acerrimè afflictum, fatísque triſtiſſimis ſæpè jactatum, (maximè anno 1411. civibus Auguſtanis *Anſelmo de Nenningen* Epiſcopo Auguſtano *Fridericum de Graſenegg* opponentibus) ventis concuſſum vehementiſſimis, inter contraria con-

ſtans

ſtans perſtitit: *auxerunt obſtantia vires:* nam funeſtis periculis antehàc defunctum, funeſtiora, utpote Religioni adverſantia, poſthàc perpeſſum eſt, *Luthero* peſtilens hæreſeos virus evomente, atque de huiate poculo Babylonico *Auguſtanis* ab anno 1517. pleno ore potantibus.

Reverendiſſimum *Capitulum* inter Apoſtatarum, cæco impetu ſe turmatim in abominabiles errores præcipitantium, altiſſimum imitans *Solem*, tenebat meridiem, nullis hetroclitæ doctrinæ maculis aſperſum, *procul occaſu*; *Senatui Auguſtano* per heterodoxos articulos, quatuor philyris comprehenſos, Decretorum Pontificiorum abrogationem, Miſſæ ſacrificiorum, cæremoniarúmque exterminationem, &c. procaciter petenti, paucis ſcriptô repoſuit, propoſitos articulos Catholicæ Fidei articulis, pacísque in Comitiis *Auguſtæ* initis, adverſari; idcircò injuſtæ ac imperioſæ petitioni, juſtè conſenſum denegari. Cúmque futiles rationes, per triennium ſibi objectas, ſapientiſſimis reſponſis (d) refutâſſet, nihilominùs probris & opprobriis ad fauces uſque ac ad nauſeam ſaturatum, ex Senatusconſulto, aut, abjurato Papatu Apoſtolico, novi Evangelii plantationem profiteri, aut exulare accepiſſet, ob avitam fidem ſtrenuè propugnatam, exilium elegit, 1537. die 18. Januarii urbe excedens.

Anno 1547. Reverendiſſimum *Capitulum* ex decennali exilio reverſum, varias tragœdias à Novatoribus, catholicismum cupientibus expulſum, per integrum fermè

Sæcu-

(d) *videantur reſponſa p. 1. Hierarchiæ fol. 548. & ſeq.*

Sæculum mœstis spectavit oculis, donec *Suecis* 1632. mense Aprili *Augustam* occupantibus, iniquo Decreto se subscribere renuens, iterum ex urbe 1633. die 19. Maii migrare coactum fuit.

Anno 1635. die 18. Martii demisso *Suecorum* præsidiô hactenus *Augustanis* imperante, Cæsarianis autem triumphabundis civitatem intrantibus, Reverendissimum *Capitulum* suæ Ecclesiæ postliminiò restitutum, plurimis tamen adversitatibus impetitum, pro Religione Catholica multa tulit fecítque usque ad pacem *Monasterii VVestphalorum* 1648. conclusam, & die 24. Octobris subscriptam.

Sub hac Lutheranorum invalescentium tempestate Reverendissimum *Capitulum* decumano tumentium procellarum assultu infestatum,

Ut pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese multis circumlatrantibus undis
mole tenet: (e)

ita Fidei Catholicæ constantiâ munitum, sese tenebat immotum: quasi *malum granatum*, per medium discissum, è tanto granorum Canonicorum numero excidere, & in hæresin labi, non sinebat unicum: aspirante *Spiritu Sancto*, corda plura *Canonicorum* per charitatem constricta, ceu unius animi instrumenta (f) in sinu gestabat, nec voluntatum varietate, rerum proprietate, fallaciarum technis, temporalium dispendiis, vel exiliis disrumpenda: *So-*

(e) *Virgil. l. 7. Æneid. v. 587.* (f) *S. Aug. in Ps. 132.*

lis æmulum, toties ſectâ Lutherana obtectum, nunquam *curſum ſiſtebat in umbra*, nec hodiedum ſiſtit, per Reverendiſſimos DD. *Canonicos*, quaſi per ſua ſidera circumquaque coruſcans.

Sexaginta annis, à pace *Monaſterienſi* currentibus, Reverendiſſimorum DD. *Cathedralium Canonicorum* Fidei Catholicæ fervorem, nec non ab iis redditum ſacris locis nitorem, ſi quis ignorat, diem ſerenum ignorare, atque hanc ipſam lucem, in qua naſcimur, vivimúsque, non cernere videatur. Ingrediatur animi dubius *Templum* Cathedrale, intuebitur, amotis obſoletæ artis altaribus, unum ex ſolido argento expolitum, cetera nova venuſtiſſima: argentea anaglyptici operis antipendia ſcitiſſima: Capellas recèns conſtructas aut reparatas ſumptuoſiſſimas: picturas, à præſtantiſſimis pictoribus elaboratas: periſtylia renovata: atrâ caligine abſtersâ, totam Templi faciem illuſtratam.

Luſtret piè curioſus ſpectator *Sacrarium*, admirabitur argenteas ſtatuas & lampades: Pontificales, Sacerdotales, altarísque Miniſtrorum amictus, auro, & argento textili largiſſimè filatas: aureos, atque magno in numero argenteos inauratos calices, urceolos cum ſuis pollubris & candelabra, ex eodem metallo, Sacrámque ſupellectilem ditiſſimam.

Commoretur aliquamdiu hoſpes peregrinus *Auguſtæ*, ſpectabit pro belli motibus, ceteríſque malis præſentibus, vel

vel iſtorum periculis avertendis, publicas & frequentes in Cathedrali Eccleſia inſtitutas comprecationes, ſupplicationes, orationes horarias, ac multigena Religionis exercitia. Spectabit pro victoriis, aliisque fortunatis ſucceſſibus, à Bonitate Divina Eccleſiæ aut Romano Imperio impertitis, compulſato campanarum ære, *Hymnum Gratiarum* Apollineo modulamine, & mirifica vocum inſtrumentorúmque attemperatione animatum. Spectabit quotidiana duo Miſſæ officia canendo immortali DEO oblata, ſtatutas debito ritu omnes omnino horas canonicas decantatas, Miſſas ordinatè diſpoſitas, nec non præſcriptas ab Eccleſia cæremonias exactè obſervatas. Præter Defunctorum Officium, propemodùm quot diebus perſolvendum, ſi quis Reverendiſſimorum DD. *Canonicorum*, vel *alius* Magni Nominis de vita deceſſerit, ſpectabit, accerſito Clerô populóque, funebrem pietatis pompam percelebrem, ad commeritas pœnas, in purgatorio forſan demortuis irrogatas, parentaliis conſuetis reſtinguendas.

Hæc & plura ejusmodi Religionis aromata in Cathedrali Eccleſia à Reverendiſſimis DD. *Canonicis* accenſa, atque ad Divini obſequii uſus deſtinata, virtutum fragrantiam, in igne amoris ardentem, redolent, gratiſſimúmque odorem non ſine ſpirituali conſpicientium voluptate exhalant, nec non verſus cœlum directa, ſeveram DEI ultionem mitigant, veniam procurant, prœmia obtinent,

ac *Fidem* Catholicam intaminatis honoribus ſplendentem, ac *ſecurè quieſcentem*, conſervant.

Prætereo cetera non minùs devota quàm pretioſa Reverendiſſimorum DD. *Canonicorum* ſuffimenta, extra Templum Cathedrale fumigantia: munificentiſſima pia legata: contubernia Religioſorum introducta: fundata Eccleſiaſticorum beneficia, Defunctorum aniverſaria, Alumnorum Seminaria, Profeſſorum & Studioſorum Stipendia largiſſima. Non in proſcenium adduco alia thura NUMINI æterno acceptiſſima: erecta Mendicantium Regularium Monaſteria, & hoſpitalia locupletiſſimè dotata: Sacra gazophylacia opulentiſſimè aucta: Templa noviſſimè conſtructa: vetuſtate collapſa reſtaurata: Templorum altaria, altarium ornamenta, & decóra, & numeroſiſſima. Tranſeo talia odoramenta, ùt plurimùm à Reverendiſſimis DD. *Canonicis* ad Omnipotentis gloriam ſigillatim præparata, atque cum in *Parte I.* tum in iſta *Parte II. Hierarchiæ Auguſtanæ* hinc inde à me adducta, ad ipſum Reverendiſſimum *Capitulum*, anteà *Soli* aſſimilatum, redeo, ídque *Solis æmulum* rurſus pronuncio.

Enimverò velut Parens luminis *Sol*, quò ipſus non ingreditur, eò per ſuos radios penetrat; ita Reverendiſſimum *Capitulum* Veſtrum, ubi in propriæ Diœceſis diſtrictu perſiſtens, non pertingit, ibi Reverendiſſimorum *Con-Canonicorum* jubare fulget, in Reverendiſſima *Capitula* externa Archiepiſcopos & Epiſcopos, quaſi radios ſuarum Ditionum Illuſtriſſimos, transfundens, ſuáque felicitate

Re-

radians, alia quoque felicia ac radiantia reddens. Teſtor Reverendiſſimum Cathedrale *Capitulum Conſtantienſe* à pace *Monaſterienſi* non alium, niſi ex *Con-Canonicis Auguſtanis*, in Epiſcopum eligens, atque inter iſtos Reverendiſſimum ac Celſiſſimum D. D. *Joannem Franciſcum Schenck, L. B. de Stauffenberg* &c. &c. ab anno 1704. immortali Nominis famâ Diœceſin ſuam gubernantem. Teſtor inſuper Reverendiſſimum Cathedrale *Capitulum* (præter-miſſis fol. 139. annotatis) *Eyſtettenſe* ex *Con-Canonicis Auguſtanis* decem ad Thronum Epiſcopale evehens, & ex his Reverendiſſimum ac Celſiſſimum D. D. *Joannem Antonium Knöbl, L. B. à Kazenelenbogen* &c. &c. ab anno 1705. perenni ſuæ Illuſtriſſimæ Familiæ ſplendore, ſuæque Diœceſis utilitate regnantem; quorum aliorúmque *Canonicorum Auguſtanorum* merita, cœlis non chartis conſignanda, *cùm mihi ſi centum linguæ eſſent, oráque centum*, diffiderem, condignè enarrare, ſaltem licebit auſpicatiſſima obſecrare.

Quare DEUM T. O. M. demiſſiſſimè precor, obteſtórque, ut *Sol*, in Frontiſpicio Reverendiſſimum *Capitulum Auguſtanum* repræſentans, nocturnis fatalium damnorum umbris conſepultus, nunquam lateat, ſed ad maturum diem rerum publicarum felicitatis adoleſcat, tenebríſque perſecutionum quandoque obvelatus, *clarior ex tenebris* eluceſcat! Etſi elevatis calamitatum nubibus involvatur, hiſce diſcuſſis, ſuæ beneficentiæ radios in Diœceſin Auguſtanam undiqueverſum diffundat: imò ipſiſſimi

 mi

mi radii, ceu in ſpeculo recepti, ex luce reflexa ſuo calore & ſplendore ceteras etiam Diœceſes perfundant. Quòdſi videatur occidere: *ad locum ſuum revertatur, ibique renaſcens, gyret per meridiem, ac flectatur ad Aquilonem* (g) *luſtrans univerſa?*

Dirigatur, REVERENDISSIMI & GRATIOSISSIMI DD. CANONICI, *Oratio veſtra, ſicut incenſum* (h) *in conſpectu DEI!* Exardeſcat thymiama *pro gloria* (i) *Nominis ſui à Vobis* apparatum, & exardeſcens omnem obfirmatam miſeriarum duritiem diſſolvat! Subeat *Sanctus Udalricus* Angeli Apocalyptici munus, veſtrámque (k) phialam, operum piorum plenam, per manus *Immaculatæ Deiparæ* tanquam *ſuavia thura* ſuo *Nato*, ſoli adorando, offerat!

Fides Catholica perfidiis, fraudibus, fallaciis, inſidiis, aut ſceleratis illecebris incurſata, ſub *veſtro* præſidio ſtet infracta! inter Religionis Orthodoxæ *inſignia*, nullis temporum injuriis, invidis diſſidiis, dogmatibus internecinis, vel deteſtandis Hæreticorum auſis luxata, aut conturbata, *ſecurè quieſcat.*

Sit *Charitas DEI diffuſa* (l) *in cordibus Veſtris*, ut, fœdere amico conſociata, mutuò ſeſe foveant, amore Divino inflammata, eorum ſit *mens omnibus una*: extinguant odia, exarment furorem, enervent diſcordiam, proculcent audaciam, detriumphent hæreſin! &, quia

unitæ

(g) *Eccl. 1. v. 6.* (h) *Pſ. 140. v. 2.* (i) *Pſ. 78. v. 9.* (k) *Apoc. 5.* (l) *Rom. 5.*

unita placent, quemadmodum *mali granati* granula pulchritudine, invidenda ipſis rubinis, *juncta renident*, ſic corda *Veſtra* unionis integritate ſplendeant; *unita placeant*! Denique, ſicut granula *mali granati* remanent *coronata*, quamdiu collecta, ſic corda veſtra, à patrocinante *S. Afra* æterno Regi pacifico præſentata,

Concordem nunquam linquant ſejuncta coronam!

Carduc. in epigr.

Ita ſubmiſſiſſimè apprecatur, precatur, vovétque

Reverendiſſimarum, Illuſtriſſimarum, Perilluſtrium, Prænobilium, Dominationum Veſtrarum.

Humillimus

P. CORBINIANUS KHAMM, Ord, S. Bened.

LICENTIA.

CUm in hoc libro, quem Author HIERARCHIAM AUGUSTANAM nominat, nihil contra Regulas orthodoxæ fidei, morúmque continetur, eundem harum per tenorem approbamus, &, ut in lucem publicam dari possit, dignum omninò censemus. Augustæ die 12. Februarii Anno 1712.

JOANNES CASIMIRUS RÖLS,
SS. Theologiæ Doct. & SS. Canonum Licentiatus, Episcopus Amyclanus, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus Capitularis, Reverendissimi, ac Serenissimi Episcopi Augustani in Pontificalibus, & Spiritualibus Vicarius Generalis.

LI-

LICENTIA.

NOs WILIBALDUS D. G. Abbas Liberi & Imperialis Monasterii SS. UDALRICI & AFRÆ Augustæ Vindelicorum, Ordinis S. BENEDICTI &c. Nostro Conventuali R.P. Corbiniano Khamm Theologo & Seniori, hisce Licentiam & Facultatem impertimur, ut HIERARCHIÆ AUGUSTANÆ TRIPARTITÆ hanc PARTEM II. COLLEGIALEM à duobus Theologis nostri Conventûs recognitam, S. Fidei, bonísque moribus per omnia conformem, pro publica utilitate in lucem edere & publici Juris facere queat. Actum in supradicto nostro Monasterio die 13. Februarii anno 1712.

WILIBALDUS ABBAS.

CENSURA.

INsigne Opus perfecit Admodùm Reverendus, ac Religiosissimus Pater Corbinianus Khamm, Ordinis S. Benedicti in Imperiali Monasterio ad SS. Udalricum & Afram Augustæ Professus & Theologus, omnis scientiæ ac eruditionis versatione pridem Celeberrimus, utpote qui plurium Sæculorum seriem Chronologicam Amplissimæ Diœcesis Augustanæ mirâ pariter ac gratiosâ solertiâ & methodo, imo Atlantæo quasi calore in curiosum simúlque proficuum constrinxit compendium, Diœcesis Augustanæ perfectam statûs sui notitiam, unà sibi immortalem comparavit gloriam. Ne quid igitur perennitati tanti Operis desit, quanquam adjecto meo calculo addere ponderis nihil possim Operi omnibus numeris absoluto, publicâ ac gloriosâ luce dignissimum prælo perennandum censeo. Augustæ Vindelicorum 13. Februarii Anno 1712.

JOANNES MICHAEL SEMBLER,
SS. Theol. Doctor, Reverendissimi ac Serenissimi Episcopi Augustani Consiliarius Ecclesiasticus, & Pœnitentiarius: nec non Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mauritii Augustæ Canonicus.

CEN-

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

HIERARCHIÆ AUGUSTANÆ PARTEM II. dilucidatam ſiſto, *Collegialem* appellandô, utpote omnes *Diœceſis Auguſtanæ* Eccleſias (Principali & Exemptâ *Elvacenſi* certis ex motivis omiſsâ) *Collegiales* ſeu *Collegiatas*, earúmque *Præpoſitos*, *Decanos* ac *Canonicos* complectentem. Reverendiſſimos quoque *Canonicos Eccleſiæ Cathedralis Auguſtanæ* ad exteras dignitates Eccleſiaſticas evectos, ceu ſplendidiſſima HIERARCHIÆ AUGUSTANÆ Sidera, *Collegiatis* Eccleſiis conjungo: nec non *Natos Auguſtanos*, dignitatibus Eccleſiaſticis fulgentes, in apricum *profero*, ob prærogativas, HIERARCHIAM AUGUSTANAM concernentes, queîs plerique decorati, magna æquè hujatis HIERARCHIÆ Lumina, adeoque eandem ſuo decore & ſplendore illuſtrantia.

Conformo me HIERARCHIÆ PARTIS I. methodo, ubi *Epiſcoporum Auguſtanorum*, &c. hîc verò *Epiſcoporum externorum* &c. præclara geſta, pro viribus congeſta, poſteritati conſecro, æmulaturus *Irenæum*, *Juſtinum Martyrem*, *Cyprianum*, alióſque *SS. Patres*, integrorum de viris excellentibus voluminum Authores. Sic *Caſſianus* piorum Monachorum *Ægypti* & *Lybiæ* converſationem, cunctis commendandam, in Collationibus ſuis ad nos transmiſit. Sic *S. Hieronymus* tam de Fœminis, *Fabiola*, *Marcella*, *Paula* &c. quàm de viris laude dignis *Malcho* Monacho, *Hilarione*, *Paulo* Eremita &c. vitas, moréſque eleganti ſtylo conſcriptos, nobis reliquit. Sic plures *SS. Patres*, abſque blanditiarum ſuſpicione ſæpiùs ſanguine ſibi junctos commendationibus celebrârunt. *Gregorius Nazianzenus* Patris *Gregorii*, Fratris *Cæſarii*, *Gorgo*-

niæ ſororis; *Gregorius* autem *Niſſenus* amantiſſimi ſui Fratris *Baſilii* præconia congeſſerunt. *S. Ambroſius* in *Satyri* Fratris honorem duos libros elucubravit. *S. Bernardus* homiliis ſuis, in cantica canticorum editis, pro gloria *Gerardi* Fratris multa inſeruit. *S. Auguſtinus* Matris, *S. Baſilius* Sororis virtutes magnificè ſcriptô honoravit. Horum SS. Patrum veſtigiis inhærendô, *Eccleſiaſticorum* aliquot *Virorum* memoranda facta deſcribo, ſincero quidem animô, impari quamvis calamô, optimè gnarus, *Procerum* ornamenta perfectis genuíſque coloribus velle depingere, eſſe actum agere.

Aſt *ſolens* & *induſtrius* Panegyricorum *ſcrutator* incidens in aliquale *virorum* encomium, ne mihi, amabò! obtrudat illud *Ovidii lib. 3. Metamorph.*

ultima ſemper
Exſpectanda dies homini eſt, dicique Beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera, debet.

Aut me veritatis *S. Scripturæ* ſurdum, monentíſque *cap. 11. verſ. 30. ante mortem ne laudes hominem*, ECCLESIASTICI Auditorem injurium arguat: nam neminem ante obitum *beatum* dicendo, cum *Ovidio*, licèt Poëta Ethnico, veriſſimè & verbotenus convenio, atque ECCLESIASTICO *cit. loc.* ſapienter monenti minimè contravenio: Reverendiſſimos enim DD. *Canonicos Cathedrales*, nec non *Eccleſiaſticos Auguſtæ Natos*, vitam adhuc degentes, ante mortem *laudo*, attamen laudando, nequaquam ante mortem *Beatifico*: ait *Siracides cit. cap. 11.* ante mortem μὴ Μακάριζε, id eſt, ne *beatifices*, ùt exponit *S. Hieronymus lib. 2. in Iſajam*, & *Thren. 2.* apud Cornelium de Lapide ad *cit cap. 11. fol. 294.* Pariter S. Ephrem legit in *ſerm. aſcet. ad init. Proverb. ante obitum neminem prædicaveris* NB. *Beatum.* Certè præmemoratos Reverendiſſimos DD. *Canonicos Cathedrales* ac *Eccleſiaſticos Auguſtanos* ego nonnihil laudando, *Beatos* non deprædico, in *Apotheoſin* nondum refero, nec ad Æthereos *Proceres*, cœlíque *Cives* eveho: ſed poſt aureas horas, feſtos & fauſtos dies: poſt pacificos ac Neſtoreos annos, tunc primùm glorioſam *beatitatem* exopto: ut poſt diutinum temporale regnum regno *Beatorum* æviterno potiantur,

tur, apprecor: ut omnigenis virtutum radiis in mortali vita exornati, post mortem immortales quasi stellæ fulgeant inter *Beatos* in perpetuas æternitates, votis, SS. precibus, & sacrificiis meis *Divinam Bonitatem* obsecro, precórque. Quinimò non tantùm nec ullum, in humanæ vitæ stadio currentem, quasi *Victorem* laudo, aut *Beatum* pronuncio, sed *Benevolum Lectorem* etiam atque etiam monitum volo: Quando in ista, vel in aliis *Hierarchiæ Augustanæ* partibus inscriptus reperietur *Beatus* & *Sanctus*, modernâ solenni Canonizatione in numerum *Beatorum*, vel *Sanctorum* nondum relatus, talem haud aliter scribo, aut inter *Beatos* aut *Sanctos* scriptum percupio, quàm quatenus fide humana, id est testimoniô Historicorum, vita, Sanctitas, & miracula illorum nituntur, quos penes fides esto: etenim ea damnabili pervicaciâ non laboro, ut Decretum ab *Urbano VIII.* die 13. Martii anno 1625. emanatum, & die 5. Julii anno 1634. confirmatum, violare præsumam, qui omnia mea scripta & dicta humillimè subjicio pedibus ac censuræ *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ*, Quam, qui non audit, sicut *Ethnicus & Publicanus* à CHRISTO proclamatur. *Matth. 18. v. 17.* Hæc pro nectareo condimento ad crambem recoctam, mihíque appositam, sapidè dulcorandam.

Econtra, si *Encomiastes* nimiùm *jejunus*, sæpiùs tuam, *Benevole Lector*, defraudabo orexin, túóque suavi non inserviam palato, ne frontem caperes, cùm vasto comparentur pelago talenta *Episcoporum, Principum*, ac *Magnatum*, quæ pro dignitate producere nemo queat, nisi qui pelagus exhaurire atque profundi viscera effodere valeat. Ut igitur in isthac HIERARCHIÆ AUGUSTANÆ PARTE II. *Canonicorum Augustanorum* ad exteras dignitates Ecclesiasticas evectorum, ac *Ecclesiasticorum Augustæ Natorum* decora, absque palpo scribam, obvia solummodò afferam, excellentissimis eorum dotibus, in abysso delitescentibus, aliis *Scriptoribus*, me doctioribus, ad extrahendum & depromendum relictis: quippe

Majus erat nostris viribus istud Opus.

Ovid 4. Trist.

CAPUT VIII.

De Collegiata Ecclesia B. MARIÆ Virginis Miraculosæ ad S. PETRUM Neoburgi.

SECTIO I.

De ortu & progressu Ecclesiæ Collegiatæ B. MARIÆ Virginis ad S. PETRUM Neoburgi.

SECTIO II.

Catalogus Decanorum Collegiatæ Ecclesiæ B. MARIÆ Virginis ad S. PETRUM Neoburgi.

SECTIO III.

Catalogus Canonicorum.

ANNOTATIO

Ad Ecclesiam Collegiatam B. MARIÆ Virginis Miraculosæ ad S. PETRUM Neoburgi.

CAPUT IX.

De Augustanis Ecclesiæ Cathedralis Canonicis ad Ecclesiasticas dignitates exteras evectis.

CLASSIS I.

Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum ad Ecclesiasticas dignitates exteras evectorum ab anno 830. usque ad annum 1499.

CLASSIS II.

Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum ad dignitates Ecclesiasticas exteras evectorum ab anno 1499. usque ad annum 1595.

CLASSIS III.

Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum ad Ecclesiasticas dignitates exteras evectorum ab anno 1595. usque ad annum 1708.

APPENDIX ALPHABETICA.

Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum ad Ecclesiasticas dignitates exteras evectorum.

CAPUT X.

De natis Augustanis ad Ecclesiasticas dignitates evectis.

CLASSIS I.

Augustæ Natorum ad Ecclesiasticas dignitates evectorum ab anno 861. usque ad annum 1400.

CLASSIS II.

Augustæ Natorum ad Ecclesiasticas dignitates evectorum ab anno 1400. usque ad annum 1600.

CLASSIS III.

Augustæ Natorum ad Dignitates Ecclesiasticas evectorum ab anno 1600. usque ad annum 1708.

APPENDIX ALPHABETICA.

Augustæ Natorum ad Ecclesiasticas dignitates evectorum.

CATALOGUS EPITAPHIORUM.

Quæ huic Parti II. Collegiali inserta reperiuntur.

CATALOGUS
Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ ad Ecclesiasticas dignitates exteras evectorum.

CLASSIS I.

Canonicorum prædictorum ab anno 830. usque ad annum 1595.

I. B. Rathardus beneficiis post mortem clarus. anno 830.
II. Arbo Archi-Episcopus Moguntinus. 1011.
III. Gebhardus Episc. Ratisbon. 1023.
IV. Eberhardus Patriarcha Aquileiensis. 1030.
V. Balduinus Archi-Episcopus Salisburgensis. 1041.
VI. *Einhardus, al: Sinhardus* Comes de *Kazenelenbogen* Episcopus Spirensis. 1058.
VII. Waltolphus Episc. Passav. 1060.
VIII. Henricus Patriarcha Aquileiensis. 1077.
IX. Norbertus Episc. Curiensis. 1079.
X. Adalbero Episc. Tridentinus. 1084.
XI. Udalricus de Heffra Episcopus Passaviensis. 1092.
XII. Guido Episcopus Curiensis 1108.
XIII. Conradus Comes à Biberögg Episcopus Curiensis. 1122.
XIV. Otto Comes de Habspurg Episcopus Constantiensis. 1165.
XV. Eberhardus cognomento Suevus Episcopus Ratisbonensis. 1165.
XVI. Henricus de Zipplingen Episcopus Eystettensis. 1226.
XVII. Fridericus Baro à Bolandt Episcopus Spirensis. 1272.
XVIII. Fridericus Comes de Zollern, Episcopus Constantiensis. 1294.
XIX. Marquardus à Randeck de Neidlingen L. B. de Blôckingen, Episcop. Aug. Patriarcha Aquileiensis. 1304.
XX. Rabanus ab Helmstadt Episcopus Spirensis & Trevirensis. 1396.
XXI. Degenhardus Baro à Weix Episcopus Frisingensis. 1410.
XXII. Joannes de Rodt Episcopus Lavantinus. 1469.
XXIII. Joannes Baptista Sabellus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Præpositus, S. R. E. Cardinalis. 1480.
XXIV. Udalricus III. de Fronsperg, al. Freündsperg Episc. Trident. 1486.
XXV. Fridericus Comes ab Oettingen Episcopus Passaviensis. 1486.
XXVI. Henricus Gross à Dorckauw Episcopus Bambergensis. 1487.
XXVII. Philippus Dux & Comes Palatinus Episcopus Naumburgensis & Frisingensis. 1497. & 1517.
XXVIII Bernardus L. B. de Polhaim & Wartenburg Episcopatûs Viennensis Administrator. 1499.

XXIX. Vitus Truchseſs de Pomersfelden Episc. Bambergensis. 1501.

XXX. Vitus Meler J. U. Doctor, Præpositus S. Viti Frisingæ. 1510.

XXXI. Philippus de Flersheim Episcopus Spirensis. 1529.

XXXII. Christophorus Madrucius Episcopus Tridentinus, & Brixinensis, Concilii Tridentini Promotor, S. R. E. Cardinalis. 1539.

XXXIII. Mauritius de Hutten Episcopus Eystettensis. 1539.

XXXIV. Henricus Dux & Comes Palatinus Rheni, Præpositus Elvacensis, Episcopus Wormatiensis, Ultrajectensis, Frisingensis & Mamillensis. 1541.

XXXV. Otho Truchses de Waldtburg Episcopus Augustanus, & Præpositus Elvacensis, Cardinalis. 1544.

XXXVI. Eberhardus ab Hirnhaim, J. U. Doctor, Episcopus Eystettensis. 1553.

XXXVII. Martinus Hercules Röttinger J. U. Doctor, Episcopus Lavantinus. 1555.

XXXVIII. Fridericus à Wirsperg Episcopus Herbipolensis. 1558.

XXXIX. Martinus de Schaumberg Episcopus Eystettensis. 1560.

XL. Vitus de Frauenberg in Poxau Episcopus Ratisbonensis. 1563.

XLI. Christophorus de Freyberg Præpositus Elvacensis & Ecclesiæ Cathedralis Decanus. 1573.

XLII. Gebhardus Truchseſs Baro à Waldtburg Ecclesiæ Cathedralis August. Præpositus, & Cathed. Ecclesiæ Argentoratensis Decanus, demum Archi-Episcopus Coloniensis. 1577.

XLIII. Sebastianus Breüning, SS. Theol. Doctor, Episcopus Adramyttenus. 1586.

XLIV. Joannes Otto de Gemmingen Episcopus Eystettensis electus. 1590.

CLASSIS II.

Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum ad dignitates Ecclesiasticas exteras evectorum ab anno 1595. usque ad annum 1708.

XLV. Joannes Conradus à Gemmingen Episcopus Eystettensis. 1595.

XLVI. Joannes Christophorus de Westerstetten Præpositus Elvacensis & Episcopus Eystettensis. 1612.

XLVII. Marcus Sitticus Archi-Episcopus Salisburgensis. 1612.

XLVIII. Petrus Wall Doctor, Episcopus Adramyttenus. 1618.

XLIX. Leonardus Götz J. U. D. Episcopus Lavantinus. 1619.

L. Sixtus Wernerus Vogt de Summerau à Prasperg Episcopus Constantiensis. 1626.

LI. Se-

LI. Sebaſtianus II. Müllerus Doctor, Epiſcopus Adramyttenus. 1631.

LII. Franciſcus Joannes à Prasberg cognomento Vogt de Summeru Epiſcopus Conſtantienſis. 1645.

LIII. Sigismundus Franciſcus Archi-Dux Auſtriæ, Epiſcopus Gurcenſis, Tridentinus, & Auguſtanus. 1646.

LIV. Sebaſtianus Denich Epiſcopus Alminienſis. 1651.

LV. Joannes Rudolphus L. B. de Rechberg Præpoſitus Elvacenſis. 1654.

LVI. Joannes Chriſtophorus L. B. de Freyberg Epiſcopus Auguſtanus & Præpoſitus Elvacenſis. 1660.

LVII. Joannes Chriſtophorus Adelmann L. B. ab Adelmansfelden Præpoſitus Elvacenſis. 1674.

LVIII. Euſtachius Egolphus L. B. à *Weſternach* Epiſcopus Dioclenſis. 1681.

LIX. Joannes Eucharius Schenck L. B. de Caſtell Epiſcopus Eyſtettenſis. 1685.

LX. Marquardus Rudolphus à Rodt Epiſcopus Conſtantienſis. 1689.

LXI. Chriſtophorus Otto Comes & Dominus de- & in Schallenberg Præpoſitus Conſtantienſis. 1694.

LXII. Joannes Martinus ab Eyb Epiſcopus Eyſtettenſis. 1697.

LXIII. Michaël Paulus de Mayr Decanus Landishutanus. 1700.

LXIV. Joannes Franciſcus Schench L. B. à Stauffenberg Epiſcopus Conſtantienſis. 1704.

LXV. Joannes Antonius Knöbl L. B. à Kazenelenbogen Epiſcopus Eyſtettenſis. 1705.

LXVI. Joannes Caſimirus Röls Doctor Epiſcopus Amyclanus. 1708.

LXVII. Joannes Adamus Nieberlein Doctor Epiſcopus Dioclenſis & Præpoſitus Spaltenſis. 1708

CATALOGUS
Augustæ Natorum ad dignitates Ecclesiasticas evectorum.

CLASSIS I.
Prædictorum Augustæ Natorum ab anno 861. usque ad annum 1600.

I. GERUNGUS ab Amberg Abbas Campidonensis. anno 861.

II. B. EGINO Abbas SS. Udalrici & Afræ. 1109.

III. UDALRICUS de Maisack Abbas SS. Udalrici & Afræ. 1126

IV. S. GUALFARDUS Civis Augustanus. 1127.

V. Fridericus à Klingenstein Abbas Campidonensis. 1138.

VI. B. Frater Terrericus Augustanus Ord. S. Francisci. 1231.

VII. B. Frater David Augustanus Ord. S. Francisci. 1271.

VIII. Sibotho Stolzhirsh Patritius Augustanus Abbas S. Udalrici. 1288.

IX. Rudolphus de Augusta Patavij Transalpinorum Rector Magnificus. 1302.

X. Joannes Chonoldius, al. Honold. Augustanus Abbas Cæsariensis Ord. Cisterc. 1303.

XI. Conradus Winckler Augustanus Abbas S. Udalrici. 1334.

XII. Joannes III. Küssinger al. Russinger Augustanus ex Monasterij SS. Udalrici & Afræ Monacho & Cellario ibid. Abbas Ottoburanus. Demum 1403. Abbas S. Udalrici Augustæ. 1399. & 1403.

XIII. Henricus III. Endorffer Augustanus Præpositus Sanctæ Crucis Augustæ. 1407.

XIV. Henricus VII. Heütter Augustanus Abbas Sancti Udalrici Augustæ. 1428.

XV. Joannes Dachs Præpositus S. Crucis Augustæ. 1440.

XVI. Georgius Helffer Augustanus ex Monacho S. Udalrici Abbas Fultenbacensis. 1471.

XVII. Henricus Fries Augustanus Abbas S. Udalrici Augustæ. 1474

XVIII. Marcus Fugger Ratisbonensis, & Frisingensis Præpositus. 1474.

XIX. Fridericus Mayr Patritius Augustanus Præpositus Frising. Ecclesiæ Cathedralis. 1475.

XX. Bernardus Arzet Patritius Augustanus Præpositus S. Mauritii Augustæ. 1478.

XXI. Narcissus Paumann Augustanus Abbas Benedicto-Buranus. 1483.

XXII. Marcus Hôrlein Patritius Augustanus Præpositus Frisingæ ad S. Andream, & S. Vitum ibid. 1485.

XXIII. Laurentius Felmann Augustanus Præpositus ad S. Georgium Augustæ. 1489.

XXIV. Joannes IV. Hardlieb Augustanus Abbas Thierhauptanus. 1496.

XXV. Conradus Môrlin Augustanus Abbas S. Udalrici Augustæ. 1496.

XXVI. Matthæus Lang Patritius Augustanus S. R. E. Cardinalis Archi-Episcopus Salisburgensis. 1501.

XXVII. Petrus Wagner Augustanus ex Priore Monasterii S. Udalrici Abbas Thierhauptanus. 1501.

XXVIII. Jacobus Beham Augustanus Abbas Fultenbacensis. 1503.

XXIX. Sigismundus Sânftl Patritius Augustanus Decanus Ecclesiæ Cathedralis Frisingensis. 1505.

XXX. Marcus Fugger Augustanus, Præpositus Ratisbonensis, Spirensis Herbipolensis, Bambergensis & Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri Augustæ. 1506.

XXXI. Paulus Lang de Wellenburg Patritius Augustanus, Præpositus Werdseensis in Carinthia & Canonicus Frisingensis. 1506.

XXXII. Joannes Koler Augustanus Cathedralis Curiensis & Passaviensis Præpositus. 1508.

XXXIII. Joannes Schrott Augustanus Abbas S. Udalrici Augustæ. 1510.

XXXIV. Christophorus Velser Patritius Augustanus Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Ratisbon. 1511.

XXXV. Lucas Imhoff Patritius Augustanus Præpositus S. Petri Aug. 1512.

XXXVI. Matthæus Hôrlein Patritius Augustanus Præpositus ad S. Andream Frisingæ. 1517.

XXXVII. Ægidius Rem Patritius Augustanus ex Canonico Passaviensi Episcopus Chiemseensis. 1520. Præfuit 16. annis. Obiit. 1536.

XXXVIII. Udalricus Hôchstetter Patritius Augustanus Canonicus Frisingensis & Præpositus ad S. Joannem Frisingæ. 1523.

XXXIX. Wolfgangus Andreas Rem à Kôtz Patritius Augustanus ex Canonico Augustano ibid. Cellarius, Decanus, Præpositus. 1526.

XL. Joannes Kônlin Augustanus ex Priore Abbas S. Udalrici. 1527.

XLI. Henricus Rehlinger Patritius Augustanus Præpositus S. Petri Augustæ. 1532.

XLII. Joannes Resslerus Augustanus Cathedralis Ecclesiæ Passaviensis Præpositus. 1532.

XLIII. Hieronymus Meittinger *Augustanus* ex Canonico Passaviensi Episcopus Chiemseensis. 1536.

XLIV. Simon Gollius *Augustanus* *Abbas* S. Udalrici. 1539.

XLV. Matthæus Rehlinger Patritius *Augustanus* Præpositus S. Petri *Augustæ*. 1540.

XLVI. Georgius Würsing *Augustanus* Præpositus S. Georgii *Augustæ* 1542.

XLVII. Christophorus Rehlinger Patritius *Augustanus* Præpositus S. Petri *Augustæ*. 1547.

XLVIII. *Antonius* Velser Patritius *Augustanus* Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Ratisbonensis. 1548.

XLIX. Hieronymus Velser Patritius *Augustanus* Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis Canonicus & Præpositus. 1563.

L. *Alexander* Secundus Fuggerus Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis, & Ecclesiæ Cathedralis Metensis Præpositus. 1563.

LI. Quirinus Rehlinger Patritius *Augustanus* Præpositus S. Petri *Augustæ*. 1566.

LII. Joannes Georgius Velser Patritius *Augustanus* Summi Pontificis Cubicularius. 1568.

LIII. Victor *Augustus* Fuggerus Ecclesiæ Cathedralis Ratisbonensis Præpositus, & Maximiliani Romanorum Imperatoris Consilii Ecclesiastici Viennæ Præses. 1568.

LIV. Joannes Henricus Rehlinger Patritius *Augustanus* Præpositus S. Petri *Augustæ*. 1576.

LV. Udalricus Kobolt *Augustanus* Præpositus Spaltensis. 1584.

LVI. Philippus II. Fugger Præpositus S. Mauritii *Augustæ*. 1588.

LVII. Victor Rehlinger Patritius *Augustanus* Præpositus S. Petri *Augustæ*. 1593.

LVIII. Sigismundus Fridericus Fuggerus Episcopus Ratisbonensis. 1598.

CLASSIS II.

Augustæ Natorum ad dignitates Ecclesiasticas evectorum ab anno 1600. usque annum 1708.

LIX. Hieronymus Fuggerus Præpositus S. Petri *Augustæ*. 1600.

LX. Jacobus Fugger SIXTI V. Pont. Max. Camerarius & Constantiensis Episcopus. 1604.

LXI. Christophorus Rehlinger Patritius *Augustanus* Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis Summus Custos & Præpositus ibidem ad Sanctum Vitum. 1607.

LXII. Chri-

LXII. Christophorus à Peütingen Patritius *A*ugustanus Præpositus Straubingæ. 1608.

LXIII. Joannes Jacobus Imhoff Præpositus Landishutanus. 1610.

LXIV. Marcus Fuggerus Canonicus Passaviensis & Præpositus Sancti Petri *A*ugustæ. 1611.

LXV. *A*ntonius Velser Patritius *A*ugustanus Ecclesiæ Cathedralis Frisingensis Præpositus, nec non Collegiatarum Ecclesiarum Spaltensis & Isnensis Præpositus. 1612.

LXVI. Joannes Baptista à Rembold Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Frisingensis. 1613.

LXVII. Melchior à Schôllenberg Patritius *A*ugustanus Strasburgensis Præpositus. 1623.

LXVIII. *A*ntonius Jacobus Fuggerus Præpositus Sancti Petri *A*ugustæ. 1624.

LXIX. Christophorus à Peüttingen Patritius *A*ugustanus Præpositus Sancti Mauritii *A*ugustæ. 1628.

LXX. Raymundus Rembold Patritius *A*ugustanus ex Imperiali Monasterio Weingartensi Professus & *A*bbas Blaubeürensis. 1630.

LXXI. Carolus Stengelius *A*ugustanus ex Lib. & Imp. Monasterio SS. Udalrici & *A*fræ *A*ugustæ *A*bbas *A*nhusanus. 1630.

LXXII. Carolus Fuggerus S. R. I. Comes Decanus Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgensis. 1637.

LXXIII. Dionysius ex Baronibus de Rehlingen & *A*ltenberg ex Monasterii S. Crucis Can. Reg. *A*ugustæ ibid. Decano Præpositus Wettenhusanus. 1658.

LXXIV. Gregorius Jos *A*ugustanus *A*bbas S. Udalrici *A*ugustæ. 1664.

LXXV. Sebastianus Rehlinger Patritius *A*ugustanus Præpositus S. Georgii Can. Reg. *A*ugustæ. 1664.

LXXVI. Joannrs Casparus Rembold Patritius *A*ugustanus Præpositus Sancti Petri *A*ugustæ. 1664.

LXXVII. Ignatius de Schellenberg Patritius *A*ugustanus Præpositus Sancti Petri *A*ugustæ. 1667.

LXXVIII. Benedictus Egckert *A*ugustanus *A*bbas Etalensis. 1668.

LXXIX. Christophorus Weiler *A*ugustanus ex Monasterio S. Udalrici *A*ugustæ *A*bbas Neresheimensis. 1669.

LXXX. Bernardus Neümair *A*ugustanus ex Monasterio S. Crucis Can. Reg. *A*ugustæ, Præpositus S. Georgii Can. Reg. *A*ugustæ. 1670.

LXXXI. Dionysius Raderus *A*ugustanus ex Monast. S. Udalrici *A*ugustæ *A*bbas Thierhauptanus. 1671.

LXXXII. Leonardus Frey J. U. L. *A*ugustanus Ecclesiæ Cathedralis *A*ugustanæ Decanus. 1674.

LXXXIII. Romanus Daniel Augustanus *A*bbas S. Udalrici *A*ugustæ. 1674.

LXXXIV. *A*nselmus Fendt *A*ugustanus *A*bbas Deggingensis. 1676.

LXXXV.

LXXXV. Josephus Dürr *A*ugustanus Urspergensis *A*bbas. 1681.

LXXXVI. Octavianus Imhoff Patritius *A*ugustanus Decanus S. Mauritii *A*ugustæ. 1681.

LXXXVII. Joannes Dürr *A*ugustanus Præpositus in Monasterio Wengensi S. Michaëlis Canon. Regul. S. *A*ugustanus Ulmæ. 1682.

LXXXVIII. Bonifacius Daniel *A*ugustanus *A*bbas Fultenbacensis. 1683.

LXXXIX. Felix Bröll *A*ugustanus Præpositus S. Crucis *A*ugustæ. 1688.

XC. Leopoldus Ilsung Patritius *A*ugustanus Præpositus S. Georgii *A*ugustæ. 1689.

XCI. Joannes Christophorus à Trestendorff Decanus Elvacensis & Locumtenens. 1690.

XCII. Franciscus *A*ntonius L.B. de Imhoff *A*ugustanus Præpositus S. Petri *A*ugustæ. 1697.

XCIII. Ignatius Desiderius à Peüttingen Patritius *A*ugustanus Decanus Elvacensis & Locumtenens. 1697.

XCIV. Cœlestinus Riederer *A*ugustanus *A*bbas Elchingensis. 1706.

XCV. *A*ugustinus Imhoff Patritius *A*ugustanus Præpositus S. Crucis *A*ugustæ die 26. Junii. 1708.

XCVI. Josephus Held *A*ugustanus Urspergensis *A*bbas electus die 13. Septembris anno 1708. non autem anno 1709. qui annus folio 387. & alibi perperam reperitur positus; adeoque corrigendus, & pro anno 1709. legendus annus 1708.



CA-

CAPUT I.

De Collegiatis Ecclesiis Earúmque

CAPITULIS,

Nec non de Augustanæ Diœcesis Collegiatarum Ecclesiarum Capitularibus.

IN parte I. *Hierarchiæ Augustanæ*, antequam de *Episcopis, Præpositis, Decanis,* & *Canonicis* Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ egi in *specie*, prius statum *Canonicorum, Clericorum* & *Nobilium* dilucidavi in *genere*, nimirùm, ut meo in opere occurreret, quod pro gloria *DEI* & utilitate *proximi* tam volverent Historiarum *Amatores*, quàm litterarum ac litteratorum *Fautores.* Eodem prorsus motivo impellente, *Collegiatis* Augustanæ Diœcesis *Ecclesijs* atque *Capitularibus* præpono in hoc *capite I.* definitionem & divisionem *Ecclesiarum Collegiatarum*, earúmque *Capitulorum* in genere, in alijs istius partis II. Capitibus adducendo prædictas Ecclesias & Capitula in specie. Itaque sit 1. *Motivum scribendi.*

SECTIO I.

De definitione & divisione Ecclesiarum Collegiatarum in genere.

ESt *Collegiata Ecclesia*, in qua sub aliquo Capite *Clerici* congregantur ut membra, habéntque sigillum & arcam communem &c. sicque ex Clericorum coadunatione & congregatione conficitur cor- 2. *Collegiatæ Ecclesiæ definitio.*

pus, quod *Collegium* (à colligendo, seu co-eligendo sic dictum appellatur. Vid. p. 1. *Hierarch. Aug. cap. 2. sect. 2.*

3. *Et divisio.* Collegiata Ecclesia alia est *Cathedralis*, alia *Collegiata Insignis*, & alia *Collegiata vulgaris*, seu absque insigni titulo. *Collegiata Cathedralis* appellatur, in qua præter Collegium Cathedra Prælati, seu sedes *Episcopi* & Principalis *Parochia* totius Civitatis & Diœcesis existit, atque in ea concuurens jurisdictio cum omnibus inferioribus Parochijs, & cum facultate omnibus Diœcesanis Sacramenta administrandi, adeoque, ob honorem *sedis*, seu *Cathedræ Episcopalis*, vocatur *Cathedralis*, prout per Cathedram *S. Petri* designatur universalis *Ecclesia Romana*.

4. *Ecclesia Cathedralis Matrix.* Quamvis autem sola *Ecclesia Cathedralis* propriè *Matrix* appelletur, ex communi tamen usu aliæ quoque Ecclesiæ, si sibi subjectas habeant, *Matres* dicuntur, cùm hujusmodi Ecclesiæ sint quasi *Matres* aliarum subjectarum, quæ idcircò *Filiæ* seu *Filiales* appellari solent. *vid. p. 1. c. l.*

5. *Non habet titulum alicujus Sancti.* Sub solo nomine *Ecclesiæ* absque ulteriori expressione alicujus *Sancti* vel adjectione particulæ *Cathedralis* apud Juris Interpretes *antonomasticè* intelligitur *Ecclesia Cathedralis* juxta antiquum stylum Curiæ Romanæ inquit *Barbosa* de *Canonicis & dignitatibus cap. 2. num. 6.* ex *Monach. in cap. quamvis. n. 5. post. Gloss. ibid. verbo: non extendit de præbendis* in 6. Ubi ex varijs Authoribus refert, quòd Ecclesia *Cathedralis* intitulanda sit sub nomine *Diœcesis*, non autem *Sancti.*

6. *Signa Cathedralitatis,* Ad *Cathedralitatem* probandam *Barbosa c. l. n. 7.* plura adducit adminicula, inter quæ *Cathedralitatem* ostendere asserit delationem sanctissimi *Sacramenti* in die Ejus festo, cùm processio *Corporis Christi* à Cathedrali debeat inchoari, & ibidem finiri, ut censuit *Sacra Rituum Congregatio in una Tirasonen. sub die 16. Augusti 1619.*

7. *Et Collegialitatis.* *Collegiata Ecclesia insignis* à tempore suæ erectionis præcedit alijs Collegiatis quamvis antiquioribus: sicut etiam *Collegiata simplex* præcedit omnibus Ecclesijs simplicibus, & quæ tantùm Parochiales sunt, etiamsi, antequam erigeretur, illi cederet. Ut censuit Sacra Rituum Congregatio *in una Firmana 24. Martij 1622. In una Nolana 10. Julij 1602. & in Terracin: sonissæ, 25. Februarij 1606. Barbosa c. l. n. 19. & 20.*

8. *Insignis Collegiatæ Ecclesiæ prærogativa.* Indicia & conjecturas *Collegialitatis*, ubi non constat de fundationis initio, attuli *p. 1. Hierarch: August. fol. 16. n. 12.* potissimam Collegialitatis esse *conjecturam* ex varijs Authoribus & decisionibus deducit *Barbosa c. l. n. 14.* Si in Ecclesia adsit aliquis uti Caput, &

Cleri-

Clerici vel Canonici ut membra. *Manifestum* quoque *Signum* Collegiatæ Ecclesiæ affirmat idem *Barbosa c. l. n. 15.* quando Canonici, seu Clerici in Ecclesia faciunt propria statuta. *Vid pars. 1. Hierarch. August. c. l.*

SECTIO II.

De Collegiatis Ecclesijs Augustanæ Diœcesis in specie.

NUmerantur à nostro Reverendissimo D.D. Abbate *Stengelio in Mantissa c. 5.* præter Ecclesiam Principalem & exemptam *Elvacensem* Collegia, vel Collegiatæ Ecclesiæ octo. 9. *Augustanæ Diœcesis Collegiatæ Ecclesiæ in specie.*

1. Collegiata Ecclesia *S. Mauritij Augustæ*: habet Præpositum, Decanum, Custodem, & Canonicos 12. Provisores 3. Vicarios Chori 18. Ministrum altaris. 1. Bursarium 1. Laicos 4. *Vid. cap. 2. fol. 54. & seq.*

2. Collegium *S. Petri in Perlagio Augustæ*: habet Præpositum & Canonicos 5. *Vid. cap. 3. fol. 77.*

3. Collegium *S. Gertrudis Augustæ* in Cathedrali Ecclesia, habet Præpositum & Canonicos 4. *Vid. cap. 4. fol. 87.*

4. Collegiata Ecclesia *S. Udalrici in Habach* Bavar: habet Præpositum, Decanum, & Canonicos 6. qui omnes Parochijs præsunt. *Vid. cap. 5. fol. 105.*

5. Ecclesia Collegiata *S. Petri in Dilingen*: habet Decanum, Parochum, & Capellanos 8. vid. *cap. 6. fol. 113.*

6. Collegium *SS. Philippi & Jacobi in Grönenbach*: habet Decanum & Capellanos 2. olim Canonicos 12. *Vid. cap. 7. fol. 115.*

7. Ecclesia Collegiata *B. Mariæ Virginis in Feuchtwang* oppido Marchionatûs *Brandeburgici* Lutherana nunc.

8. Præceptoria S. Antonij (al. S. Martini) Memmingæ. Hucusque *Stengelius c. l.* Quibus addenda est

9. Ecclesia Collegiata B. MARIÆ Virginis Miraculosæ ad *S. Petrum* Neoburgi, ætate *Stengelij* necdum fundata. *vid. cap. 8. fol. 128. & seqq.*

SECTIO III.

De Ecclesiarum Collegiatarum Capitulis.

10. *Capituli triplex significatio.*

CAPITULUM nomen est homonymum ad res diversas significandas ordinatum: nam

1. Significat *parvum caput*, vel *articulum* seu *extractum* aliquem aut compendium ex capite vel tractu longiore. Et in hac significatione textus in libris *Decretalium* appellantur *Capitula*, eò quòd ordinariè non tota Decretalis epistola, sed synopsis tantùm, vel *passus* ille, qui servire videtur intento, referatur.

2. Significat *locum*, in quo personæ Ecclesiasticæ communiter negotiorum, vel deliberationum gratiâ in unum convenire solent per tex. in *cap. in causis 30. de Elect.* suámque derivat nomen claturam à more Religiosorum, apud quos singulis diebus in ea Monasterij parte *capitulum* aliquod Regulæ legitur, ut notat *Gonzalez in cap. singulis in 7. de statu Monach. n. 2.*

3. Significat plures personas Ecclesiasticas in uno loco, communis consilij & auxilij gratiâ collectas & congregatas, per rubricam & textus in tit. *de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli.* Et in *tit. de his, quæ fiunt à majori parte Capituli.* Ita Clarissimus & Consultissimus Doctor ac SS. Canonum in Universitate Salisburg. Professor *Schmier ad lib. 3. Decretal. p. 1. cap. 4. Sect. 1. §. 1. fol. 94.* Ubi non minùs doctè quàm clarè ab eodem describitur, & explicatur

11. *Ejus definitio.*

Capitulum, quòd sit Corpus quoddam politicum ex pluribus personis Ecclesiasticis, communibus legibus & juribus ad communem utilitatem coadunatum.

12. *Capitulum appellatur Collegium, Universitas &c.*

Dicitur 1. *Corpus quoddam politicum* vel ùt alij dicunt, *mysticum* aut *morale.* Sicut enim ex pluribus membris justa symetriâ inter se colligatis corpus physicum & naturale consurgit, sic ex pluribus personis, nexu quodam politico inter se congregatis coallescit corpus *politicum*, *mysticum*, aut *morale.* Per textus in *cap. novit 4. de his, quæ fiunt* à *Prælat. sine consensu Capit.* & *cap. dilecta 4. de excess. Prælat.* Solétque aliàs *Collegium, Universitas* aut *Communitas* appellari. *L. Neque Societas 1. in pr.* & passim *ff. Quod cujuscunque Univerſit. nom. cap. ult. de judicijs.*

Dicitur 2. *Ex pluribus personis Ecclesiasticis*: nam ad *Capitulum*, sicut ad aliud quodcunque *Collegium* aut *Corpus politicum*, requiruntur plures personæ, atque ad minimum tres, juxta notissimam regulam in *L. Neratius 85. ff. de V. S.* ubi dicitur, quòd *tres faciant Collegium*. 13. *Requirit tres personas in fieri,*

Nec obstat *cap. nullus 1. de Elect.* Ubi duo vel tres ad *Congregationem* sufficere videntur. Nec adversatur *L. Sicut §. 2. ff. Quod cujuscunque Universit. nom.* Ubi decernitur, *Universitatem* in uno consistere posse. Distinguendum enim inter *Universitatem* in fieri & conservari. Nam in *fieri* seu in exordio *Universitatis* ad minimum tres personæ consociari debent. *dict. L. Neratius 85.* Sed postquàm *Universitas* per 3. aut plures in corpus quoddam morale coaluit, in uno quoque conservari potest *dict. cap. nullus 1. & d. L. Sicut. 7.* 14. *Non in conservari.*

Imò quamvis Canonici etiam ab Ecclesia Collegiata recesserint, vel hæc de præsenti non ampliùs existat Collegiata, adhuc tamen sufficit, illam habitu esse ad hoc ut censeri debeat Collegiata. *Felin. in cap. Accedentes num. 2. vers. possint etiam. Innoc. in cap. postulâsti. n. 1. de jure patronatûs.* Quos refert & sequitur *Rot. in Cremon. Præpos. 25. Febr. 1622. Barbosa c. l. n. 13.* 15. *Sufficit existere in habitu.*

Additur in descriptione: *Ecclesiasticis*; per *Capitulum* namque hîc non intelligitur quælibet *Communitas* aut *Universitas*, sed *Ecclesiastica*; nimirum ex Collegiatarum Ecclesiarum Clericis coadunata. 16. *Personæ esse debent Ecclesiasticæ.*

Dicitur 3. *Communibus legibus & juribus.* Quippe ex *præced num. 13. Capitulum* est quædam *Communitas*; adeoque exigit leges, res, & jura communia; aliàs, nisi legum, rerum, ac jurium comunium gauderet, *Singularitas* potiùs quàm *Communitas* dicenda foret, per *cit. L. Neque Societas 1. §. 1. ff. Quod cujuscunque Universit. cap. Quoniam 9. de vita & honest. Cleric.* 17. *Habere jura communia.*

Dicitur 4. *Ad communem utilitatem coadunatum.* Finis quippè cujusvis *Corporis Politici* seu *Mystici* est, ut membra particularia, quæ aliàs ad commodum privatum & particulare respiciunt, nexu quodam ac vinculo, communis subsidij gratiâ, connectantur; partim, quòd faciliùs pericliretur *unus*, quàm *unitas*, necnon *unione* seu *concordiâ* res etiam parvæ crescant, discordiâ res etiam magnæ dilabentur: partim, quòd *respectus rerum privatarum offecerit, officiatque publicis consilijs*, ùt verissimè ex *Livio* ait *König SS. Canonum Professor Emeritus, & Salisburgensis Rector Magnificus.* 18. *Ad communem Ecclesiæ utilitatem.*

19. *Et mutuo nexu unita.* Quòd si sine mutuo nexu, vinculo, & unione plures Clerici, Capellani, Vicarij, vel Beneficiati in eadem ponantur Ecclesia, numerum quidem faciunt, & multitudinem, *Capitulum* verò non constituunt, per *cap. delicta 14. de excess. Prælat.* Ubi *Gloss. in verb. non sint, &c. Passerin. de elect. Canon. cap. 10. num. 7. & 23.* ac fermè verbotenus *Schmier* sub. *num. 11. in fine* laudatus.

20. *Canonici non sunt omnes Capitulares.* Attamen, quamvis in una eademque Ecclesia plures reperiantur Ecclesiasticæ personæ invicem coadunatæ, nihilominùs ad *Capitulum* non omnes pertinent, nec *Capitulares* appellandi sunt, nisi vocem & suffragium in *Capitulis* obtineant. Unde *Canonici*, quos *Domicellares* vocant, carent suffragiô, nec *Capituli* aut *Capitularium* nomine comprehenduntur. *Reiffenstuel ad tit. de his, quæ fiunt à majore parte Capit. n. 4. Schmier c. l. n. 20. & seq.*

21. *Sed solum in Sacro ordine constituti.* Habent autẽ (saltem ex jure comũni) vocem & suffragium in *Capitulis* illi solùm, qui in sacris, sive majoribus Ordinibus, adminùs *Subdiaconatûs*, constituti sunt juxta, *Clem. ut ij, 2. de ætat. & qualit præfic. & Trid. sess. 22. de reform. c. 4.* quæ jura statuunt, ne quicunq; Clerici, sive *Sæculares* sive *Regulares* jure suffragij ac voce in *Capitulo* gaudeant nisi Ordine quodam majori, saltem Subdiaconatûs, insigniti sint. Optimâ ratione, ut ita, qui divinis officijs mancipati sunt, propensiùs inducantur ad suscipiendos sacros Ordines, & ne redditibus Ecclesiasticis suffarcinati, retrocedant, & statui Clericali valedicant. *Gloss. in dicta Clem. ut ij, Jacob Pignatell. tom. 8. consult. 115. n. 1.* Hinc votum datum ab eo, qui non est in Sacris, invalidum esse, etiamsi hoc sibi ab alijs fuerit concessum, post *Lezan. Cuch. Tambur.* & alios docet *cit. Jacob. Pignat. tom. 1. consult. 226. num. 4. König c. l. num. 4.*

22. *Exceptio Quorundam SS. Ordinum* Quantum ad cætera, *Capitulum Regulare* convenit cum *Sæculari* in omnibus ferè quæ de potestate & jure Capituli, tum sede vacante, tum Prælato vivente, à SS. Canonibus traduntur per textus *in cap. ne pro defectu 41. de Elect, cap. Contingit 3. de transact. cap. cùm in cunctis 1. de his, quæ fiunt à majori parte Cap. Barbosa ad rubr. tit. Ne sede Vac. n. 2. Schmier. c. l.* Disconvenit autem in eo, quòd *Capitulum Sæculare* habeat ordinariè bona ab Episcopo seu Superiore distincta: cùm tamen *Capitulo Regulari* propter votum paupertatis, tam Religiosis privatis quàm Superioribus commune, non nisi commune bonorum dominium competat. Sæpe citatus Clarissimus *D. Schmier c. l. n. 16.*

Attamen Religiosi, in quorum Regulis à Fundatoribus Ordinum est constitutum, ut, quoties aliqua præcipua in Monasterio agenda sunt, omnes omnino Juniores (*nullo Sacro Ordine initiati*) convocentur, non comprehendi sub *Tridentino cit. sess. 22.* defendit probabiliter *Engel in Colleg. Jur. Can. lib. 3. tit. 11. de his, quæ fiunt à majori part. Cap.* Rationem dat, quòd in dubio non censeatur Pontifex per generalem legem derogare particularibus statutis, nisi id exprimat. *c. 1. de const. in 6.* Licèt verò in *Concilio Trid.* & *cit. Clementina* etiam *Ecclesiarum Regularium* mentio fiat, possunt tamen illa verba commodè explicari de Ecclesijs aliorum Ordinum, qui talia statuta non habent. Ita clarissimus *P. Engel. c. l.* Hæc incidenter de Regularibus Capitularibus, nunc ad Sæculares. 23. *Convenientia & disconvenientia Capituli Regularis cum Sæculari.*

SECTIO IV.

De Augustanæ Diœcesis Collegiatarum Ecclesiarum Capitularibus.

DE his fusè agam, describendo eorum Ecclesias Collegatias. Quare 24. *Capitulares Ecclesiarum Collegiatarum.*

1. De Insignis Ecclesiæ Collegiatæ *S. Mauritij* Augustæ Capitularibus videatur *fol. 54. & seqq.*

2. De Ecclesiæ Collegiatæ *S. Petri* Augustæ Capitularibus videatur *fol. 78. & seqq.*

3. De Ecclesiæ Collegiatæ *S. Gertrudis* Augustæ Capitularibus videatur. *fol. 85. & seqq.*

4. De Ecclesiæ Collegiatæ *S. Udalrici* in Hâbach Capitularibus videatur. *fol. 106. & seqq.*

5. De Ecclesiæ Collegiatæ *S. Petri* Dilingæ Capitularibus videatur. *fol. 114.*

6. De Ecclesiæ Collegiatæ *SS. Philippi & Jacobi* in Grônenbach videatur. *fol. 119. & seqq.*

7. De Ecclesiæ Collegiatæ B. MARIÆ Virg. Miraculosæ ad *S. Petrum* Neoburgi Capitularibus videatur. *fol. 135. & seqq.*

Quia

Quia igitur præfati *Capitulares* in suarum *Ecclesiarum Collegiatarum* descriptionibus speciatim reperientur, certè laborem supervacaneum impenderem, in serendo huic sectioni *Collegiatarum Ecclesiarum Capitulares*, iterum subsequentibus sectionibus particulatim adducendos.

25. *Præceptoria S. Antonij.* Advertendum autem hîc est, quòd Reverendiss. D.D. Abbas *Stengelius num. 9.* inter Ecclesias Collegiatas *Præceptoriam S. Antonij Memmingæ* posuerit, cujus ratio & motivum me latet, cùm *Præceptoria* hæc inter *Monasteria* potiùs, quàm *Ecclesias Collegiatas* locum sibi vendicet: erat enim olim Religiosorum seu *Hospitaliorum* Ordinis *S. Antonij* sub *Superiore* (Præceptore seu Groß-Maister nominato viventium, & in uno domicilio à *Conrado Pincerna de* Winterstetten Sæculo decimo tertio opulentissimis cum Possessionibus fundato habitantium. Nec prædicti *Hospitalarij* aliam habebant Ecclesiam, nisi, juxta suas ædes satis amplas seu domicilium, aliquod Sacellum, Parochiali Urbis templo, *S. Martini* honoribus dedicato, adsitum. Quod quamvis etiamnum conspiciatur, id tamen unà cum ædibus, clavibus, instrumentis publicis, omnibúsque documentis *Adamus Brumer* Antonianus Præceptor ultimus, à fide Orthodoxa tempore Lutheranismi desciscens, Hæreticis extradidit, annua pensione sibi reservatâ. Posthàc census & proventus *Hospitalis* partim sunt abalienati, partim variè dispersi: *Domus* autem *Antoniana* à Lutheranis est diversis deputata usibus: ad Bibliothecam, ad Præconis habitationem ad Collegij Musici conventum, &c. omni Catholico exercitio prorsus præscriptô.

26. *Ecclesia in Feuchtwang.* *Stengelius num. 9.* citatus Collegiatis Ecclesijs Diœcesis Augustanæ insuper adnumerat Ecclesiam Collegiatam B. V. MARIÆ in *Feuchtwang*, quam olim floriusse ante Lutheranismum, facilè mihi persuadeo: sed quia ipsemet *Stengelius c. l.* fatetur *nunc Lutheranam*, adeoque *Capitularibus* destitutam, non videbatur operæ pretium, illam multis encomijs celebrare. Eapropter ad memoratas 7. Ecclesias Collegiatas, è Catholicorum manibus non ereptas progredior describendas, relictis duabus *Memmingensi & Feuchtwangensi* Ecclesijs (de quibus nonnihil videatur *num.* 137.) à Lutheranismo occupatis.

CA-

CAPUT II.

De Insigni Ecclesia Collegiata SS. Mauritij & Sociorum Thebæorum Martyrum Augustæ.

SECTIO I.

De Ortu & Progressu Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mauritij.

ANno 1020. Insignis Ecclesia Collegiata *SS. Mauritij* &c. pro 40. Presbyteris fundatur à *Brunone* Episcopo Augustano, *Henrici* II. Boiorum Ducis & *Giselæ* Burgundiæ Reginæ Filio, *Ottonis Magni* Nepote, nec non *S. Henrici* II. Imperatoris, claudi à crure fracto, & *Sancti* à vitæ puritate dicti, Fratre Germano. Vid. *p.* 1. *Class. 2. Sect. 16. per tot.* 1. *S. Mauritij Ecclesia fundatur.*

Anno 1029. *Bruno* vitâ devixit *Ratisbonæ*, corpúsque *Ratisbonâ Augustam* advectum, *Kunegunde* Imperatrice, & *Henrico* Rege pompam funebrem comitantibus. Funeratum autem est in choro Ecclesiæ *S. Mauritij* ante summam aram sub marmore elevato cum ista memoria, ab antiquæ simplicitatis Leönino Poëta lapidi incisâ. 2. *Bruno Augustæ sepelitur.*

Anno Domini cultus Pater est hic Bruno sepultus,
Munere de cujus fabricæ claret domus hujus,
Grates reddat ei legio Sacrosancta Thebæi
Obijt M. XXIX. in profesto S. Georgij.

3. *Ejus Epitaphium.*

Anno 1062. *Conradus Sonnebergius* Comes de *Balzhausen*, Fundatoris Collegiatæ Ecclesiæ *S. Petri* in monte *Perlach* Frater, redditus Ecclesiæ *S. Mauritij* munificâ adauxit manu: à cujus uxore *Richenza* liberales postmodùm additæ sunt donationes, *Comitissæ præbendæ* nuncupatæ, DD. Canonicis ad hæc usque tempora hujuscemodi *præbendis Comitissæ* fruentibus. Exauthoratus mortalitate præfatus Comes *Conradus* sepulturam obtinuit in navi Ecclesiæ *S. Mauritij* sub Mausoleo à terra elevato: ubi hoc legebatur epitaphium: 4. *Comes Balzhausen & Uxor dotant Ecclesiam.*

5. *Epitaphium.* *Conradus de Balzhausen Comes hujus Ecclesiæ Dotator in multis bonis. Obijt undecimo Calendas Decembris, & est hîc sepultus.*

6. *S. Mauritij Ecclesia varia detrimenta & incrementa.* Anno 1084. Memorata Ecclesia *S. Mauritij* flammis inopinato casu consumitur. Ex cineribus resuscitata corruit die *S. Urbano* sacrâ anno 1299. ruinâ nullum hominum nec opprimente, nec lædente. Ex ruderibus reædificata à *Friderico* Episcopo Augustano consecratur anno 1314. in festo *S. Matthæi.* Campanum æs cœlorum Reginæ dedicatum funditur anno 1333.

Duæ Missæ perpetuæ ab *Udalrico Ilsung* Patritio Augustano ex pretio vicinæ domûs angularis, textoribus 700. fl. venditæ, fundantur anno 1389. *Vid. p. 1. Hierarchiæ Augustanæ fol. 271.* Chorearum theatrum ex colle Perlach transfertur, & ante *S. Mauritij* Ecclesiam extruitur anno 1396. al. 1398. Destruitur 1634. *Vid. 1. cit. loc.*

7. *Langenmanteliorum Sacellū.* Circa annum 1360. *Joannes Langenmantel* Patritius Augustanus propè posticum Ecclesiæ *S. Mauritij* construxit Sacellum, ubi etiam sepultus quiescit, sequenti epitaphio suffragante.

8. *Epitaphium Joannis.* *Anno Domini M. CCC. LXVII. O. Joannes Dis Langenmantel Fundator in die S. Martini Præsulis.*

Postmodùm Sacellum istud ampliatum restauravit circa annum 1586. *Carolus Langenmantel* Patritius Augustanus, de quo ibidem hoc legitur Epitaphium.

9. *Caroli.*

Stravi lectulum meum.
Carolus Langenmantel VVolfgangi F. VVolf. N.
Sacellum cum ara & monumento
Divino cultui & bono Familiæ
A Majoribus constitutum
Ex paterna ultimæ voluntatis dispositione
Ampliatum instauravit, ornamentis auxit,
Anno P. Chr. N. M. D. LXXXIX.
Monumento inde mærens condidit
Jacobinam Maiam Barthol. F. Claudij N.
Quæ fuit uxor animo suo Karissima
Ea vixit An. XXX. M.. D...
Obijt An. M. D. XCIV. XVI. K. Martij

Ipse

Ipse vixit An. LIII. M.. D...
Objit An. M. DCX. VIII. K. Junij.

Contumulatus quoque hîc loci resurrectionis sententiam expectat Prænobilis Dominus *Octavianus Langenmantel* P. A. *Wolfgangi* Septemviri & *Sophiæ Renzin* Filius die 21. Martij anno 1613. natus. Judicij Assessoribus 1642. connumeratus: in album Senatorium 1645. relatus. Ad Consularem anno 1648. & ad septemviralem dignitatem anno 1661. evectus. Denique *Duumvir* 1664. renuntiatus. Honores indeptus vixit nulli invidus, ab omnibus amatus: justitiæ præfuit, odium inde non tulit: causas definivit, nec partes offendit: animô, consiliô, opera, immortale sibi nomen comparavit, meritò *Hierarchiæ* meæ inserendus, quia viris Ecclesiasticis addictissimus, simplicem Sacerdotem Monachum majore honore quàm suum Duumviratum veneratus. Viri encomium paucis istud complectitur epitaphium. 10. *Et Octaviani Duumviri, ejúsque encomium.*

Jacet hîc

Per cujus consilia stetêre plurimi! jacet Octavianus Langenmantelius Duumvir, cujus animi tranquillitatem nullæ fori tempestates turbare poterant: qui æquitatis melle amaritiem justitiæ adtemperare noverat: omnibus charus, nemini gravis præterquàm moribus, consilio, & tandem ætate LXXVI. major.

Lugete cives Patrem patriæ, & felicem in Domino ei anastasin precamini.

Interim.

Mæstissimi Liberi etiam post funera parentem suum honoraturi, hunc ei Cippum poni curârunt. A. O. R. M. DC. XC.

Anno 1427. Porticus frumentaria ponè Ecclesiam altiùs erigitur. Imbricibus tegitur 1546. *Vid. p. 1. fol. 276. Sanct-Mauritiani* Canonici non intermittunt processionem in festo *S. Udalrici* tempore Lutheranismi anno 1533. *Vid. p. 1. fol. 317.* 11. *Porticus frumentaria, &c.*

Anno 1443. Ecclesiæ chorus solùm tabulato fabricatus, concameratur, cryptâ subterraneâ per injectos lapides sublatâ. 12. *Chorus, Crux, Cappa pelliceæ, exequiæ, velum passionis.*

Anno 1459. Ponitur supra Cathedram S. Crux argentea pondere 9. marcharum.

Eodem anno 1459. In die Purificationis B. V. MARIÆ Reverendissimus D. Decanus *S. Mauritij* primò Choralem cappam pelliceam portavit.

Anno 1469. In *S. Mauritij* Ecclesia solenissimæ exequiæ celebrantur *Petri de Schaumberg* Cardinalis & Episcopi Augustani Reverendissimo D. D. Abbate *Ottoburano* ad aram operante. *Vid. p. 1. fol. 285.*

Anno 1490. Destinatur velum, passionis *Salvatoris* nostri historiam repræsentans, ad aram S. *Crucis*, tempore Quadragesimæ cooperiendam, pretio 68. florenorum.

13. *Turris Ecclesiæ.* Anno 1494. Dejicitur turris antiqua, altiórque erigitur nova, operariô mox ad operis principium è turri decidente, & fractis cruribus animam exhalante. Ecclesiæ tectum novis imbricibus contegitur, turríque 16. pedibus altiori ultima manus imponitur, superposito globo 13. modios hordei capiente.

14. *Pavimentū & armamētarium.* Anno 1500. Ecclesiæ pavimentum primò lapidibus sternitur. Et 1505. propè Ecclesiam *S. Mauritij*, Reipublicæ Augustanæ sumptibus, horreum construitur, pòst magnificè renovatum, & multifario armorum genere copiosè instructum, in armamentarium fuit conversum 1607. *Vid. pars 1. cap. 6. fol. 399. num. 61.*

15. *Canonicus Parochus* Anno 1516. *Jacobus Fugger* à Summo Pontifice impetrat Bullam, præsentandi in perpetuum Parochum & Ecclesiæ *S. Mauritij* Canonicum.

16. *Concionator Blaurer.* Anno 1529. *Antonius Blaurer* famosus Orator *Constantiâ Augustam à Conrado Stierlino* reddituum Ecclesiæ Collegiatæ *S. Mauritij* Curatore Sæculari ascitus ferventissimè pro fide Catholica concinatur. Vid. *p. 1. fol. 334.*

17. *Cœmeteriū profanatur.* Anno 1533. Ab Apostata *Marco Ehemo* reddituum *Sanct. Mauritianorum* Curatore sæculari invitis Canonicis (præter plures injurias Ecclesiæ *S. Mauritianæ* illatas) Cœmeterium ponè Divi *Mauritij* Ecclesiam solô æquatur, in viam stratam commutatur, & domus coriariorum, vel potiùs forum coriariorum, duodecim habitationibus instructum, juxtim ponitur, atque sumptibus Ecclesiasticis turris cuprô contegitur, priore ejusdem turris altitudine suppressâ.

18. *Religio infestatur.* Eodem anno 1533. Præfatus *Marcus Ehemus*, cooperantibus suis Asseclis, Ecclesiæ *S. Mauritij* Sacristiâ clausâ, claves æditúo surripuit: primam Missam manè aliàs circa tempus auroræ dictam abrogavit: ad Missam in altari Plebani (Früh-Meß) expensis DD. *Fuggerorum* quotidie cantandam, Ornatum Sacerdotalem, & ce-

reos extradendos, eidem æditu inhibuit: statuam *Salvatoris*, more antiquo in sepulchro collocandam, in loco obserato occultavit: *DD. Fuggeris* nihilominùs S. Calicem, vestes sacerdotales & omnia necessaria ad Missæ celebrationem requisita, aliunde comparata, subministrantibus.

Hoc eodem anno 1533. Eminuit, tumultuantibus *Lutheranis*, fervens Religionis zelus Domini *Antonij Fugger*, qui insano spiritui *Marci Ehemi* cedendum ratus, præterita aula temeraria dissimulans, Catholicum Concionatorem, & pro administrandis Sacramentis Sacerdotem, proprio ære constituit: ne devotio Catholicorum, ad festum *Ascensionis Domini* in Ecclesia *S. Mauritij* observata, impediretur, imagines Salvatoris & duorum Angelorum una cum columba pretio 20. florenorum è ligno exsculpi jussit, atque *S. Mauritij* Canonicos, ad devotum antiquæ consuetudinis cultum prosequendum, strenuè animavit, DD. Canonicis lubenti animô annuentibus. 19. *Ascensio Domini more antiquo peragitur.*

Quamvìs autem *Marcus Ehemus* ex signis haud obscuris solitos Catholicorum ritus, in festo *Ascensionis* exercendos, adverterit, ideóque testudinatum foramen, ad iconem *Salvatoris* è pavimento funibus in sublime trahendam, accommodatum, ligneis ferreísque cancellatis repagulis obstruxerit. Attamen DD. *Raymundus* & *Antonius Fuggeri* amplo cum syrmate, & numeroso cum Catholicorum populo, Ecclesiam S. *Mauritij* ingressi, per januam turris, ab æditu circumspectè reclusam, ascenderunt, atque destructis ligneis ferreísque cancellatis repagulis, & foramine aperto, *Salvatoris* statuam per illud consuetis cum cæremonijs traxerunt, Catholicis applaudentibus, & præ gaudio lachrymantibus, Acatholicis frementibus, atque antiquos Catholicorum ritus blasphemantibus. 20. *Marco Ehemo frustra impedimenta ponente.*

Vix completô devotionis actu, *Marcus Ehemus* indignabundus cum civium turma adveniens, in loco, pro *Servatore* ante sublationem designatô, miras gladiatoris instar gesticulationes exhibuit: æditu, ob reseratam turris januam contumeliosis verbis excepto, claves Ecclesiæ eripuit, non tantùm æditu & astanti populo Catholico, sed etiam Domino *Antonio Fuggero* minas intentavit, seditiosa ejus cohorte juxta minitantem Ducem semievaginatis gladijs ac pugionibus stante. Dein irâ percitus DD. *Canonicos Sanct-Mauritianos* convitijs appetijt, dejectis libris, & vesanô strepitu excitatô, tantam inter DD. Canonicos, horam Breviarij nonam in choro decantantes, confusionem excitavit, ut omnes aufugerint, DD. *Raymundo* & *Antonio Fuggeris* pariter è templo migrantibus; Catholicis qui- 21. *Catholicorũ ritus ab Acatholicis impetuntur.*

quibusdam propriâ ſponte domum reverſis, alijs è furibunda turma à templo fugatis.

22. *Et illuduntur.* His peractis, *Marcus Ebemus* aſſumpto ſuo Fratre *Hieremia Ebemo*, ac factioſâ cohorte, ad ante memoratum teſtudinatum foramen properat: icones *Salvatoris* Aligerúmque funibus alligari, & ritum Catholicorum imitari ordinat, factioſis facilè ſuo Duci obtemperantibus, & icones funibus alligatas per foramen teſtudinatum demittentibus. Cúmque icones ligneæ tringinta adhuc circiter pedibus à terra ſublimati penderent, juſſu & operâ *Hieremiæ Ebemi* funium directores ſimulabant funes quaſi è manibus elapſos, ſícque icones ligneæ ſuo gravi pondere in pavimentum prolapſæ in multa fruſta diſſiluêre, ſeditioſis caſum fortuitum fingentibus.

23. *Antonius Fugger ad cuſtodiam condemnatur.* Has aliásque inſolentias, à noſtro P. *Clemente Sender de ortu & progreſſu hæreſum* ad annum 1533. notatas, *Marcus Ebemus* civis Auguſtanus, & redditúum Sanct-Mauritianorum ſolummodò *Curator* impunè perpetravit. Econtra Illuſtriſſimus D. D. *Antonius Fugger Pater*, ùt propediem videbimus, *Patriæ* à *Senatu* vocatus, & tanquam ſeditioſus ad cuſtodiam, per ſeptem dies in portæ Gôggingenſis turri ſubeundam, condemnatus, reipſa in profeſto *S. Petronillæ* cuſtodiam adijt, quamvìs poſteriore die confeſtim dimiſſus, ac ſuæ libertati reſtitutus, è turri abiêrit, *Senatu* facultatem, domum repetendi, impertiente. Nempe cecinit veriſſimè *Juvenalis* Poëta:

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

24. *Canonici Auguſtâ migrant.* Anno 1537. DD. Canonici Sanct-Mauritiani *Landſpergam* migrant expulſo è civitate Clero. Vid. *p. 1. fol. 318.*

25. *Bucerus dominatur.* Eodem anno *Bucerus* Hæreſiarcha, *Argentoratô Auguſtam* ab Acatholicis vocatus, inſtituit, ut tribus diebus infra hebdomadam in Eccleſia *S. Mauritij* S. Scriptura idiomate latino interpretaretur. Vid. *p. 1. fol. 319.*

26. *Caroli V. funeraria deductio.* Anno 1559. Clerus & populus in inſigni Collegiata Eccleſia *S. Mauritij* ad inferias *Caroli V.* Imperatoris celebrandas congregatus, deductioni exequiali initium dedit. Lugubrem iſtum, ſed ſplendidiſſimum apparatum funebrem, *Carolo V.* Imperatori *à Ferdinando I.* Fratre *Auguſtæ* exhibitum, jam ſuccinctâ relatione adduxi *1. p. cap. 6. claſſ. 4. ſect. 6. 349.* quia autem funeraria hæc pompa in templo S. *Mauritij* cœpta, & profectò digna, quæ cum omnibus ſuis cæremonijs & ornamentis in poſteritatem transfundatur, perpetuæ memoriæ mandanda, idcircò eam ex *Friderico Stapbylo Ferdinandi I.*

di I. Imperatoris Consiliario, &c. de exequijs *Caroli V.* Imperatoris *fol.* 1378. *& seqq.* huc transfero, sequentibus verbis, ab hoc viro magnifico & excellentissimo conceptis.

Quanquam verò *Carolum* Imperatorem constet anno 1558. die vicesimâ (vicesimâ primâ) mensis Septembris ultimum vitæ diem feliciter piéque clausisse in regno *Castiliæ* apud cœnobium *S. Justi* non procul ab urbe *Valdoleta*: eum tamen charissimi Fratris sui obitum Augustissimus Imperator *Ferdinandus* non antè rescivit, quàm, cùm adulto jam autumno, conventum *Bohemicæ* nobilitatis habuerat *Pragæ*: planéque ipso tempore, quo ad hæc comitia Romani Imperij celebranda iter propè esset ingressurus. Eáque de causa necesse fuit, cum nec alibi tam citò, nec tam celebri in loco usitata exequiarum justa, more majorum persolvi possent, differri ad commodam opportunitatem hujus Urbis *Augustæ*. 27. *Ferdinandus I. mortem Caroli V. Pragæ percipit.*

Quare, cùm huc advenisset Imperator *Ferdinandus*, re cum peritis talium cæremoniarum deliberatâ, siquidem varijs ad id negotium rebus fuit opus, decreverat ad decimum diem Februarij certò parentare Fratri, quod ipsa dies Dominica *Reminiscere*, nos mutuæ devotionis admonere posse videretur. Estque id tempus idémque dies Illustrissimo Principi *Alberto* Duci Bavariæ, itémque Reverendissimo Michaëli Archiepiscopo Salzburgensi, & Reverendissimo *Ottoni Truchsess* Cardinali, Episcopo Augustano, aliísque Illustribus personis determinatè præfinitus. 28. *Parentalia determinat.*

At enim verò, DEO forsitan aliud dispiciente, ne ea, quam dixi præfinitam fuisse, die exequiæ fierent, varia intercedebant & ardua negotia, necessitásque ipsa quasi elegit diem *D. Mathiæ* Apostolo dicatam: quo die & natus *Carolus* Cæsar fuerat, & vicerat *Franciscum* Regem Galliæ, & diadema *Bononiæ* & sceptrum acceperat Romani Imperij: quæque dies illi fausta semper apparuerat, nunquam adversa: ut fatali quadam DEI providentia has *Caroli* exequias sic incidisse in hoc tempus posses dicere. Quo autem modo eæ istæ exequiarum cæremoniæ habitæ sint & peractæ, ex brevi hac descriptione mediocriter posse intelligi existimamus. 29. *Differt ad festum S. Mathiæ.*

Confestim Imperator *Frerdinandus*, ut venerat *Augustam*, in Cathedrali Basilica B. MARIÆ Virgini dicatâ, locum jussit futuris exequijs convenientem parari. Sunt autem eo in templo chori duo, alter vetus appellatur, qui in occasu finem templi claudit, alter novus ad ortum, in quo quotidiana sacra peraguntur. Inter hos duos choros directè in longum, & inter columnas obversè in latitudinem, medium 30. *Apparatus Ecclesiæ Cathedralis.*

medium eſt & oblongum ſpatium, in quo conciones haberi conſuetum. Hujus verò ſpatij utrumque latus aſſeribus contabulatum eſt, & undique concluſum, oſtris ſolummodo binis, in utroque latere utriusque chori relictis. Fabulatio autem ex ſolido aſſere confibulata, non altius aſſurrexit quinis pedibus, cum inſuper ad quaternos pedes fermè cancelli lignei contabulatis aſſeribus inſerti eſſent, ut qui extra hoc ſeptum ſtarent, forinſecus intra concluſum ſpatium introſpicere poſſent, & quomodo omnia ſacra adminiſtrentur, animadvertere.

In hoc intermedio ſpatio templi (vulgò à cœremoniarum Magiſtris *navis* dici ſolet) conſtructum fuit ligneum ædificium, quateris erectum trabibus, tignísque multis ſic extransverſo conclavatum, ut quaſi totum latioribus clatris, perſpicuum eſſet.

Apparatus Eccleſiæ Cathedralis. Parietes erant quatuor, quadrangulares quidem illi, ſed inæqualibus lateribus longi: bini enim columnis templi oppoſiti, erant pedum triginta ſex: & bini, quorum alter antiquum, alter novum chorum aſpiciebat, pedum viginti duorum: omnes autem quatuor parietes æqualiter alti pedes octonos. His impoſitum tectum è quatuor trabibus, ex ſuo cujusque parietis angulo, acclivi âſcenſu protenſis, leniter aſſurgens, acuminatum quidem, ſed obtuſum tamen verticem effigiabat. In cujus apice inſtar tenuioris columnæ, trabs alia ſtabat erecta, ſed multis variata crucibus, ad numerum cubicè multiplicatis, ad magnitudinem ex analogia rationis, prout quælibet crux minor cedens majori, ab ima parte omnes cruces obliquè conſurgentes, corymbi figuram efficiebant. Acumini huic biceps Aquila infixa fuit, quaſi volatilis, adeò in altum elevata, ut dorsô propemodum cavum fornicis ventrem attingeret. Ea tribus erat redimita coronis, Cæſarea una, quæ poſita inter duo colla aquilæ, duabus regijs, utraque ſuo utrilibet capiti accommodata.

Conſimiles trabeatæ columnæ erant quatuor, è ſuo cujúsque parietis angulo in altum porrectæ, pari formâ ac numerô crucum, ſed abſque Aquila. His ſanè trabeatis quatuor columnis ſingulis, virilis ſtatua affibilata fuit ſub baſe ejus corymbi, quem ex varijs formari crucibus, ſuprà dictum eſt. Quæ ſtatuæ pulla veſte, more antiquo indutæ, in manibus binos cereos habebant, & in pectore Avorum inaurata inſignia, ut hæ ipſæ quatuor ſtatuæ, ſymbolum eſſent antiquæ *Domûs Auſtriacæ*, quæ ex proximis quatuor avis ad antiquiſſimam Atavorum propaginem revolvi poſſe intelligerentur.

Cruces

Cruces verò pariter omnes insertis candelabris, quælibet album cereum candentem sustinebat.

Eadem ratio etiam in tecto *Castri Doloris* cernebatur: nam erat hoc tignis palmum latis, quoquò versum, quasi quadratis cancellatum fenestris, in quarum angulis candelabra singula infixa, suum quodque album candentem cereum habebat: ut universum Castrum velut stellati cœli speciem præbere videretur. Quanquam tigni trabésque omnes atro colore tincti fuerant.

Duæ præterea columnæ Herculis aureo argenteóque colore incrustatæ, una in dextro latere meridiem versus, in medio pariete tectum Castri fulciebat, in schedula aurea habens inscriptam hanc vocem: *PLUS*: altera in sinistro latere ad septentrionem pari modo, ut prior, fulciens in medio pariete tectum Castri habebat: *ULTRA*.

Apparatus Ecclesiæ Cathedralis.

In hoc Castro Doloris inane feretrum seu Cenotaphium positum fuit, planè in medio: de quo postea fiet mentio: nunc de navi, ùt vocant, dicam cætera. Fuerat enim illud spatium ab uno choro ad alterum totum atro pullóque panno vestitum, ídque non solùm contabulati parietes & columnæ templi usque fermè ad dodrantem universæ altitudinis, nec solùm cuncta altaria & vetus chorus circumquaque, verùm etiam & ipsum ubique in circumspecto eo spatio, quod navim appellant, pavimentum simili panno substratum erat.

Assuta etiam, ad certa tamen & diversa parietum intervalla, depicta insignia defuncti *Caroli* Cæsaris visebantur. Imaginésque remotæ ab aris fuerunt, & albæ cruces illarum locò, assutæ panno ei, quo & ipsæ aræ & columnæ pariter & universi parietes vestiebantur totius circumsepti spatij. Circumquaque autem ad omnes parietes cerei accensi continua serie dispositi fuerant, sic, ut cereus à cereo distaret uno pede, aut paulò plùs etiam.

Cùm verò aliàs eò in spatio, quod inter *novum chorum* & *Castrum doloris* fuit, esset *altare*, visum id erat satìs ad peragenda harum exequiarum Divina opportunum. Proinde constrata ea *ara* fuit holoserico panno, & locò imaginum crux ex filis argenteis holoserico attexta habebatur. Hactenus sanè de apparatu loci. Jam proximum est, de ipso exequiarum actu referre ea, quæ potissimùm acciderunt: primúmque de processione habita.

Quoniam autem, quo hæc parentalia sacra solenniùs possent decentiúsque prosequi, deputati eam ad rem fuerunt Episcopi quinque, Suffraganeus unus, Abbates duodecim.

31. *Caroli V. deductionem funebrem comitantes Episcopi,*

Episcopi fuerunt *Otto* Truchsess Cardinalis Episcopus Augustanus, cui tanquam loci hujus Ordinario primæ partes peragendi sacri debebantur, Præsuli aliàs rebus sacris peragendis mirè idoneo.

Michaël Archiepiscopus Salzburgensis Antistes certè, nulli secundus, sive pietatem sive doctrinam spectes, ardénsve studium religionis Catholicæ. Utinam decem tales Germania!

Urbanus Episcopus Gurcensis Cæsareæ Majestatis Aulicus Concionator, eloquentiâ & eruditione celeberrimus.

Martinus Hercules Canonicus Augustanus 1552. *Vid. cap. 9. ad annum* 1555. Episcopus Lavantinus, doctrinâ insignis & industriâ, ut negotijs feliciter conficiendis natum possis dicere.

Sequitur, quem antè nominâsse oportuit, *Georgius Drascovius,* Episcopus *Quinqueecclesiensis*, Vice-Cancellarius Ungariæ, Cæsareæ Majestati à secretioribus consilijs, vir vitæ sanctimoniâ rerúmque experientiâ, & omnis generis doctrinâ suspiciendus. Suffraganeus hujus loci *Michaël Dorenvogel*, æquè Theologus excellens, ac Concionator disertus. Vid. *p.* 1. *f.* 506.

32. *Et Abbates.*

Abbatum sanè primus, meritóque principem locum occupavit, *Georgius Campidonensis*, Princeps Imperij & Pater egregius, deinde *Jacobus* Abbas *S. Ulrichi*, itémque *Leonardus S. Montis* Abbas, *Casparus* Abbas *Ottenbajrensis*, *Ludovicus* Benedictbajrensis, *Sebastianus* Abbas Elchingensis, & reliqui, nomina enim, cùm hæc scriberentur, non erant omnia ad manum.

Hi quidem Antistites & Prælati omnes ornatu & Póntificalibus induti suis die *B. Mathiæ* Apostoli circa horam primam se contulerunt in ædem *S. Mauritij*, qnod id templum vincinum erat aulæ Imperatoriæ. Ad eandémque ædem reliquus Clerus & Monachi convenerunt, suo quisque ornatu indutus. Nec multò pòst incepta processio est hoc modo.

33. *Deductio funebris ex Ecclesia S. Mauritij.*

Principium processionis inchoaverunt tres Nobiles, Aulici Reverendissimi Cardinalis Augustani, qui tanquam antesignani ductores ante omnes ibant, post istos continuo magna turba libitinariorum secuta est.

Gestabat quidam crucem Cathedralis Augustanæ Ecclesiæ, quam mox aliarum Ecclesiarum cruces binæ in ordine sequebantur. His subjuncti thuriferarij: quos Scholastici pueri subsecuti, ex omnibus evocati scholis, suísque induti linteis vestibus: quorum finem sex Lectores Cathedralis Ecclesiæ claudebant. Hinc Monachi procedebant, primùm *Dominicani*, mox *Bernardini*, deinde omnes *Vicarij*,

carij,

carij, & continuò *Canonici* & *Prælati*, Decanus *S. Mauritij*, & Præpositus *S. Georgij*, Præpositus *S. Crucis*, Decanus ad *B. Virginem Chrystophorus à Freyberg*. Qui pallijs suis holosericis nigris amicti fuerunt omnes. A tergo horum gestabatur crux Cardinalitia, & mox duo Sacerdotes ibant argenteis candelabris cereos duos portantes; quos duo Sacerdotes sequebantur, alter argenteum thuribulum gestans magnum, alter argenteum vas aspersorium.

Hinc Abbates procedebant infulati, binis comitati ministris, altero, qui ferebat pedum, altero, qui demendæ infulæ serviebat; eodem modo in suo quivis loco & ordine Episcopi. Sed horum quisque cereum gestabat suum.

Hoc ordine Spirituales personæ & Clerus ex æde *S. Mauritij* egressi, flexo paululum itinere ad sinistrum latus Cæsareæ aulæ, procedebant eò usque, quoad sese commodè obvertere, & propè ad januam Cæsarei palatij præterire, & Cæsar ipse cum sæcularibus personis, Imperatorióque apparatu processionem continuare possent. Quia enim ad idem hoc tempus jam in palatium Cæsaris convenerant, Archiepiscopus *Moguntinus*, & Hispaniarum & Poloniæ Regum *Oratores*, itémque *Carolus* Archidux Austriæ, & *Albertus* Dux Bavariæ, & reliquorum Principum, communiúmque statuum *Legati*, & ipse *Senatus Augustanus*, cunctáque *Aula Cæsarea*. Ad idémque hoc tempus omnia in palatium Cæsaris congregata fuerant, ut vexilla, ut equi, & reliqua ornamenta, & arma militaria.

Verùm postquàm spiritualium processionis finis januam Cæsarei palatij attigisset, ibi quasi nova processio sæcularium instituenda fuit, sed ita, ut continuò hæc cum illa connecteretur. Quapropter mox è vestigio *Cardinalem* & *Archiepiscopum Salzburgensem* (hi enim spiritualium processionem claudebant) primùm pueri symphoniaci secuti sunt, & phonasci, ipséque horum præfectus *Petrus Massenus*, & mox Cæsareæ Majestatis *Sacellani*, omnes habitu convenienteornati. Inde secuti sunt *Præsides Senatúsque* Civitatis Augustanæ, & reliquarum Imperialium Civitatum *Legati*. Hinc continuò Sectarij & Scribæ Cæsarei, & post hos & Ducis *Bavariæ* & *Caroli* Archiducis & Imperatoris pueri nobiles unacum Præfectis suis & Pædagogis. Inde Principum, qui aderant, & imperatoris aulica familia, præcipuíque Consiliarij, ut *Ludovicus Stradin*, & Doctor *Schober*, & alij.

34. *Ex Palatio Cæsaris.*

Archiepiscopi Salsburgensis Cancellarius *Sebastianus Höfflinger*, *Erasmus à Kienburg*, Frater istus Præsulis, *Georgius à Thurn*, *Wolf-*

gangus Haunberger: Ducísque *Alberti* Consiliarij, *Wigulens Hund*, & *Joannes Zanger*, antiquæ nobilitatis *Bavaricæ* Lumina, & *Onosfrius* Berbinger, vir fide doctrináque præstans, & alij complures: itémque Cæsareæ Majestatis communes Officiarij, dapiferi, pocillatores & similes. Confestímque juniores *Barones* & *Comites*, sed omnes pullati, & in ordine terni semper. Huic spatio inserti *tubicines Cæsarei* fuerunt, imis tubarum partibus sursum obversis, vexillísque circa brachium dependentibus.

Directores verò ex parte sæcularis status, videlicet ut processio ritè fieret, vel ne quid etiam perperam eveniret in templo, supremus aulæ Mareschallus *Joannes Frantsam* Baro summæ authoritatis vir, nec minùs sapientiâ quàm genere illustris & opibus: *Bernardinus de Monesiis* Baro, Cæsareæ Majestatis Cubicularius: *Georgius Ilsung* antiquâ familiâ ortus, Prætor in utraque Suevia, litteris & virtute clarissimus. His adjuncti fuerunt auxiliares, *Gabriel Stein* Baro, *Adam Schencken*, *Marquardus à Stain*, *Hamman Truchsess* Baro, *Jacobus Kun*, *Joannes de Welsperg*. Post omnia ista, & vexilla regalia, & equi, cæteráque insignia secuta sunt hoc ordine.

35. *Vexillorum & equorum ordinatio.*

Illicò post tubicines, duo caduciatores, qui *Heroldi* dicuntur, alter *Bohemico* feciali vestitu insignis, alter *Ungarico*. Hinc vexillum & equus *Burgundici* Regni symbola: illud gestabat Dominus de *Perlamonte*, equum *Conradus à Freyberg*, & *Conradus* Junior à *Bemmelberg* ducebant.

Hinc vexillum Austriacum, quod ventis expansum gestabat *Dietmar de Losenstain*, equus ad Austriacum signum pertinens, ductus est à *Jodoco Josepho Barone de Turre*, & *Ferdinanuo Helffreich de Meckaw*.

Hinc Toletani Regni vexillum & equus, illud gestavit *Georgius à Fronsperg*, hunc duxerunt *Sebâstianus Lischcower*, & *Michaël Welden*. Hinc secutus *Joachimus Comes de Fürstenberg* gestans vexillum Regni Granati, & equus ductus à *Joanne Rechberg*, & *Marquardo de Stain* Seniore.

Hinc *Wolfgangus Dietrich* Comes de *Hardeck* gestavit vexillum Siculi Regni, & equum *Joannes de Wartenberg* Baro Bohemicus, & *Joannes de Landaw* duxerunt. Hinc Regni Neapolitani vexillum gestavit *Joachimus Schlick* Comes, Bohemiæ Cameræ Præses, equum duxerunt *Georgius Spaten*, & *Georgius Ludovicus de Sansheim*, uterque Cæsari à Consilijs.

Hinc

Hinc vexillum Arragonij Regni gestatum ab *Henrico* Comite *de Fürstenberg*, & equus ductus ab *Eberhardo à Freyberg*, & *Joanne Philippo Schad* de *Mittelbiberach*. Hinc vexillum Regni Leonensis gestatum à *Petro Fock*, qui ex præcipua Bohemicorum Baronum de *Rosenberg* familia est, vir insignis, & equum *Joachimus à Lemnitz*, & *Capar* Baro de *Wolckestain* duxerunt. Denique gestabatur Regni Castiliensis vexillum à *Ludovico* Comite de *Leonstain*, equus verò ductus à *Friderico Hofman* Barone, & *Wolfgango Wilhelmo de Mechselrain* Barone Bavarico.

Post hæc omnia conspiciebantur duo Imperatoria vexilla: quorum alterum Campestre vexillum Germaniæ est, Imperiali Aquilâ insignitum, quod gestabatur ab *Ulricho* Comite de *Montfort*, & equus, qui ad id vexillum pertinebat, ductus à *Felice* Comite de *Lodron* & *Wilhelmo de Gravenegg* Barone.

Ultimo loco maximum illud Romani Imperij vexillum Aquila Imperiali conspicuum portabatur à *Friderico* Comite ab *Oettingen*. Et quoniam tantæ molis id signum fuit, ut ab uno nequaquam potuerit sustineri, adjuncti Socij sunt *Georgius de Spaur* Baro, & *Joannes Haubitz* de *Piscowitz*, & *Petrus Keglowitz* Baro *Croata*, vir juvenis, sed tanta corporis proceritate, ut omnem bene magni viri staturam justo cubitu superet. Nec in tanta corporis magnitudine quicquam est, quod non nervosum, & non optimæ compagis exprimat proportionem pulcherrimè. Huic accedit animus æquè generosus, ac corpus robustum, litterarúmque & pietatis præclara commendatio, quæ dotes raræ in tantis viris solent concurrere. Equum verò, qui magno huic vexillo assignatus fuit, duxerunt *Sigismundus* de *Hornstain* Provincialis Dominus, & *Venceslaus Has de Hasenberg*.

Funebris equus *Caroli* Cæsaris solus absque vexillo, quòd eo ipse Cæsar defunctus, quasi usus intelligeretur, ductus fuit à *Ferdinando* Comite de *Orttenburg*, & *Henrico Erbtruchsess*, de *Walburg*. Hi equi omnes nigro holoserico convestiti fuerunt per corpus totum, usque ad ungulas etiam, & in utroque latere & pectore cujuslibet equi insignia ejus regni, cujus vexillum esse constabat, aureis filis & argenteis contexta conspiciebantur. Capita verò & caudæ pennis strutiaceis pulcherrimè ornata.

Equus autem is, qui ad maximum illud Romani Imperij vexillum pertinebat, aureo panno, aureísque ephippijs coopertus fuit, habuítque in pectore & in utroque latere Aquilam Imperialem, additis plumis illis equestribus, ut moris est. Lugubris equus *Caroli*

Cæſaris, tametſi & hic nigro holoſerico undique coopertus fuit, non tamen clypeum, nec inſigne ullum gerebat, niſi rubram Burgundicam crucem ex carmoſino panno intertextam.

36. *Inſignia in deductione funebri portata.* Illis verò, quæ jam dicta ſunt, ita procedentibus, ſecuta ſunt ornamenta Imperialia, primùm aurea galea, cui diadema Imperatorium impoſitum fuit, & ingens pluma ſtrutiacea à tergo dependens; eámque galeam *Sigismundus de Arch* portabat. Quem *Wolfgangus* Comes *Oettingen*, & *Jarislaus Bernſtain* præpotens Baro Bohemicus, ſecuti, geſtabant rotundam auro argentóque intertextam peltam Cæſaris. Chlamydem verò Imperatoriam, quæ aureis filis contexta fuit, *Reinhardus* Comes à *Solms* in aureo ſcipione portabat. Enſem verò eum, quo Cæſar armatus uti conſuevit, in vagina holoſerica reconditum, ſed mucrone in terram verſo habebat *Henricus* Dux *Lignicenſis*, Princeps juvenis & egregius.

Aureum Romani Imperij Sceptrum gerebat *Carolus* Comes de *Zollern* hæreditarius Imperij Camerarius, & Majeſtatis Cæſareæ Præſes Conſilij: aureum Imperij pomum *Jacobus de Seldeneg.* Diadema autem illud Romani Imperatoris proprium, gemmis, unionibúsque incomparabili pretio æſtimatis exornatum, geſſit *Joachimus* Baro de *Neuhaus*, Bohemici Regni ſupremus Cancellarius: vir & ingeniô & prudentiâ admirabilis.

Poſt hæc multi Electorum, præcipuorúmque Principum, qui ad hæc Comitia vocati fuerant, Conſiliarij atque Legati, omnes funebri, ut decebat, veſtitu, ſequebantur. Ibíque mox duo Caduceatores imperiales ibant, & ante hos ſtricto gladio Imperij Marſchallus. Atque hinc demum ipſe Imperator *Ferdinandus* lugubri veſte & pileo coopertus, pedes incedebat.

37. *Ferdinandus I. cum Syrmate uſque ad Eccleſiam Cathed.* Sed officij causâ, paulò longiùs circumfuſi ibant Optimates, propter eximias virtutes prudentiámque principes conſiliorum *Joañes Fautſam* Marſchalcus, *Leonardus* ab *Harrach*, *Martinus Gusmann*, itémque *Antonius*, & *Jacobus Fuggeri*, viri omnes illuſtri loco nati, præpotentésque Barones. Itémque *Georgius Sigismundus Seldius*, vir magnus, & theſaurus naturæ, Vice-Cancellarius, & *Joannes Ulrichus Zaſius* induſtriâ ſuâ & patris gloriâ clariſſimus, Cancellarius Alſatiæ, itémque *Georgius Meel*, Viceecancellarius Bohemiæ doctrinâ & virtute nobilis. Tum & hi, qui theſaurorum præfecti ſunt, *Erasmus* à *Gera*, *Melchior ab Huberg*, & alij nonnulli, quos non minùs oportuit, quàm cæteros nominâſſe honoris causâ, ſi cuncta conſcribi potuiſſent.

Cæſa

Cæsarem verò è vestigio secutus est *Phlilippi* Regis Legatus Comes *de luna*, & ad hujus sinistram Archidux *Carolus*, deinde Augusti Regis Poloniæ Orator *Martinus Cromerus* vir clarissimus, & *Albertus* Illustrissimus Dux Bavariæ, Princeps Catholicus, planéque, nunc murus *Israël*. Hi tanquam Cæsaris Agnati proximiores, junctim ibant omnes quatuor. Quos secutus est Archiepiscopus Moguntinus Elector, comitatus reliquorum Spiritualium Electorum Legatis. Hinc aliquot Cæsarei Consiliarij ibant, *Caspar Logus Præpositus*, & *Caspar de Vels* Baro, Præfectus militum Cæsaris, quorum ad quinquaginta subsequentes processionem universam claudebant; quanquam posteà etiam magna turba servitorum puerorúmque secuta, promiscuè & globatim obambulabant.

Ducenti autem pauperes funebri, atro, cucullatóque vestitu induti, suam quisque tenens ceream facem, cui insignia Imperatoria alligata appendebant, producebantur: sed hoc ordine, ut utriusque processionis latus, paululum à strata processionis via utrinque submoti, maximéque circa Cæsaream Majestatem sigillatim procedendo clauderent, Erant etiam ad latera passim Cæsarei satellites dispositi, inspectores, nequid inter procedendum inordinatè committeretur. Curaverat autem *Senatus Augustanus* à Palatio Imperatoris usque ad templum *B. Virginis* asseribus plateam consterni, ut processioni via esset quasi septa & facilis.

Posteà verò ad templum, quàm venisset processio, ibi totus *Clerus* (exceptis *Episcopis* & *Prælatis*) & *Capella Cæsaris*, nobilésque pueri, ubi templum ingressi essent, sinistrorsum divertentes ad veteris chori cornu, in navi per designatam januam (quam satellites, ne vulgus irrueret, custodiebant) intraverunt: sed mox divisi, Sacerdotes præcipui ad sinistrum latus *castri* apud altare substiterunt, scholastici autem pueri, communésque Sacerdotes se contulerunt in novum chorum. 38. *Ingressus deductionis in Ecclesiam Cathedr.*

Capella autem *Cæsaris* ascendit eam novi chori partem, quam cancellos appellant; pauperes verò cucullati ceroferarij in navim quoque introducti, ad latera ejus circum quaque continua serie dispositi fuerunt. Pueri nobiles circa altare remanserunt, ubi aliàs servire solent. Reliqua autem multitudo, ut *Senatus Augustanus*, *Legati* Civitatum, aliarúmque familiæ omnes jussi sunt antiquum chorum conscendere. Sed tubicines, qui hos sequebantur, collocati ad gradus chori veteris è regione *Castri doloris* stabant.

Cum

Cum porrò duo *Heroldi*, *Ungaricus*, & *Bohemicus* intrâssent, equi, usque ad valvas templi ducti, non tamen introducti, sed servis, ad stabula ut reducerentur, dati sunt: ipsi ductores ibant in templum. Vexilla autem & arma militaria defuncti Cæsaris in navim intulerunt designatæ personæ, & à tergo *Castri*, terni uno stantes ordine, illa tenebant, & quò quæ potiora, eò posteriora magìs: armáque militaria secundô loco, ultimô Imperatoria ornamenta cernebantur.

Cæsar verò ipsémet, cùm valvas templi introîsset, mox sub ingressum stabant *Cardinalis*, *Archiepiscopus Salzburgensis*, cæteríque *Episcopi* & *Prælati* cum suis subministrantibus. Ibi *Cardinales* factâ de more benedictione, *Cæsarem* lustrali aquâ aspersit, ivítque continuò unà cum astantibus & Prælatis in navim, ad sua quisque subsellia, quæ ab anteriori parte *Castri Doloris* erant atro pannô constrata.

Cæsar pergebat cum suis in eandem navim, & cùm intrâsset, tum vexilliferi, & armigeri, & qui ornamenta Imperialia ferebant, flexis, more aulico, poplitibus, adversus altare in orientem, mox, tergo obverso, idem fecerunt intranti Cæsari. Simúlque progressi vexillorum sex ante *Castrum Doloris*, terna ad utrumque latus navis posuerunt, totidémque à tergo ejusdem *Castri*, & terna ad utrumque latus, sicut suprà: è quibus tamen ultima duo, scilicet vexillum *Germaniæ* in sinistro, & vexillum *Imperij* in dextro angulo, ad chorum antiquum constituebantur.

Ad frontem *Castri* suspensa sunt militaria arma, *chlamys*, *pelta*, *galea*, *ornamenta* autem *Imperatoria* super cenotaphio defuncti Cæsaris, quod fuit in *Castro Doloris*, collocata sunt, *aureum pomum* in medio, & in hujus dextera parte *gladius*, in sinistra *sceptrum*, ipsum verò Imperatorium *diadema* ad caput cenotaphij in pulvino ponebatur. Fuítque hoc Cenotaphium bifariam coopertum, primùm nigro holoserico, cui insuta fuit argentea crux alba, deinceps textili aureô pannô, cui insuper intexta exargenteo panno crux alba fuit. In pavimentum usque satìs latè diffusa dependebant stragula.

39. *Chori antiqui apparatus.* Interea *Cæsar* unà cum suis antiquum chorum conscendit. Fuit autem is hoc modo instructus. Quia enim humilius aliquantò erat pavimentum ejus chori, quàm ut decenter ad podium ejus stare *Cæsar*, & prospectare in navim posset; allevatum est igitur, quasi sublicio ponte suffultum, subselliísque insuper ad ordinarias sessiones discri-

discriminatum. *Cæsaris* subsellium ad dexteram erat, præ reliquis nonnihil sublimius: à quo (sed spatio interjecto, in eodem latere tamen) stabat *Daniel* Archiepiscopus Moguntinus *Elector*, & reliquorum *Electorum Legati*, & continuò (verùm etiam loco paulò inferiori) erant aliorum *Legati Principum*. In opposito latere sinistro, in suis subsellijs stabant *Wilhelmus Erbtruchsess* nomine *Domûs Austriacæ*, & *Ludovicus* Electus *Tridentinus*, & item alij *Legati* Spiritualium Principum. Inter utrumque verò latus in medio pavimento passibus tribus à podio ejus chori subsellia erant, & pulpita effecta: in quibus constituerunt conlugentes, *Cæsari* proximiores, Comes de *Luna* locò Regis *Philippi*, Archidux *Carolus*, ut filius, *Martinus Cromerus* locò Augusti Regis Poloniæ, *Albertus* Dux Bavariæ ut Agnatus & Gener.

Subsellia omnia, similitérque pavimentum, & parietes hujus antiqui chori, optimo panno constrata, tectáque fuerunt. Cerei autem tam super *Castro doloris*, quàm in parietibus omnes paulò antè accensi erant, quàm processio intraret templum. His rebus eo, quo diximus, ordine peractis, parentandi initium fecit Cardinalis, & ex hujus præscripta Lege cæteri omnes.

Funebres vespertinæ preces primùm cantatæ sunt, posteà Vigiliæ parentales, & inter has habitæ lectiones novem, quæ ab *Episcopis* & *Prælatis* recitatæ sunt. Duravítque hic Divinus cultus ad horam sextam, concrematis intereà cereis 1500. Finito autem hoc Divino cultu, descendit cum suis *Cæsar*, & in navi ad gradus substitit. Accessítque *Cardinalis* & reliqui *Episcopi* & *Prælati*, & factâ benedictione, lustrali aqua aspersus *Cæsar à Cardinale*, templo exibat, & equo insidens in palatium suum reversus est, & ante eum *Heroldi*, atque absentium secularium Electorum *Legati*, proximéque Imperij *Marschallus* cum stricto gladio: post eum quatuor conlugentes, & mox ipse Moguntinus, & Legati absentium Electorum spiritualium, omnes hi equitantes *Cæsarem* ad palatium suum deduxerunt. 40. *Vesperæ exequiales cum conclusione diei solennitatis.*

Vexilla & arma defuncti *Cæsaris*, ornamentáque Imperialia in templo relicta sunt, & nocturnis custodita vigilijs in diem crastinum.

Eo, qui secutus est, die, in æde *B. Virginis Cardinalis* & *Archiepiscopus Salzburgensis*, cæteríque *Episcopi* & *Prælati* omnes manè convenerunt, suísque induti Pontificialibus, cuncta parabant ad peragenda exequiarum sacra necessaria. 41. *Initium solennitatis diei alteri⁹.*

Intereà & *Principes*, qui præsentes in Comitijs, & *Legati* eorum, qui aberant, manè ante sextam horam in palatio *Cæsaris* congregati, iterum *Cæsarem* eo modo, quo pridie reduxerunt, in templum deduxerunt. In vestibulo autem templi, sicut vesperi factum fuerat, *Cæsarem* benedictione exceperant cum aqua lustrali *Cardinalis* & *Salzburgensis* & *Clerus* reliquus. Quo peracto in sessionem suam *Prælati* in sua subsellia *Cæsar*, & *Princeps* & *Legati* abiverunt.

42. *Officium Sacrificij Missæ.* Inde parentalia justa auspicatus est *Cardinalis*: ipsémet enim Sacrificium pro defuncto *Cæsare* celebravit: Epistolam legit Abbas *Ursinius*, Evangelium cantavit *Caspar* Abbas Uttenburanus; deinde *Ludovicus Madrutius* Electus Tridentinus, Præsul ætate quidem juvenis, doctrinâ autem studióque *Philosophiæ* senilem adeptus prudentiam, in antiqui chori septentrionali parte ad gradus suggestum conscendit, qui paululùm reliquo pavimento editior fuit, habuítque orationem funebrem idiomate latino memoriter & ornatè dictam, atque à *Friderico Staphylo* de verbo ad verbum luci redditam à me autem *cap. 9. ad annum 1539. referendam.*

43. *Offertorium.* Finitâ oratione, pergit *Fridericus Staphylus* c. l. cœptum offertorium est, & hoc tali peractum modo. A sinistra parte antiqui chori tabulatum quoddam fuit extra navim, sed in navi tamen patente janua. Eóque in loco & vexilla erant, & equi holocerati, & militaria defuncti *Cæsaris* arma, & ornamenta imperatoria. Hæc quoniam ad aram DEO offerri debebant, intereà dum *Tridentinus* perorabat, personæ illis muneribus pridie assignatæ eisdem præfuerunt, omniáque ad oblationem suo ordine præparabant. Debebant autem ea omnia illo modo atque ordine offerri ad sacram áram, quo pridie vesperi in processione processissent, initio scilicet vexillum *Burgundicum* & huic destinatus equus, deinde *Austriacum* & hujus equus, & ita deinceps reliqua.

Nequid autem contra processus ordinem delinqueretur, Baro de *Monesis* & *Suevorum* Prætor *Ilsing* Ductores, primo loco præibant ad aram, & hos duo secuti *Heroldi*, *Ungaricus* & *Bohemicus*. Sed mox, ut è tabulato in navim venerant, obversi ad Cæsaream Majestatem, flexo genu honorem *Imperatori* suo exhibuerunt, paululúmque progredientes ad sinistrum latus aversi, propè *Castrum Doloris*, & defuncti *Cæsaris* Cenotaphium eundem honorem exhibebant: tertium eundem altari in accessu, dum id obirent: quartò, dum offerrent vexilla & equos: quintò dum in ingressu præterirent Cenotaphium

taphium

taphium defuncti *Cæsaris*; sextò dum ad conspectum Imperatoris revertissent.

Equi è navi templóque educti, sed vexilla ad tergum *Castri Doloris* suspensa, quemadmodum pridiè factum diximus. Simili reverentiâ honorísque significatione, sicut in vexillis & equis ostensum, declarata, ad eandem aram oblata sunt, & arma militaria, & Imperatoria ornamenta.

Eâ offertorij parte absolutâ, Cæsar ipse, præcedentibus duobus Imperij *Heroldis*, & *Marschallco* cum stricto gladio, ad altare perrexit, conjunctim subsequentibus quatuor conlugentibus, Comite *de Luna*, *Archiduce*, *Martino Cromero*, *Alberto Duce* Bavariæ, & post istos *Electore Moguntino*, cæterisque tum Electorum, tum Principum absentium *Legatis*. Datique singulis singuli sunt albi cerei, sed differenter magni, majoresque pro cujusque Principis sessione atque dignitate. Quos *Cæsar* & *Principes*, quibus aureos nummos inseruerant, & *Legati* pariter ad aram offerebant. *Cæsar* autem, ut unâ cum suis in chorum antiquum, & in sua quisque subsellia revertissent, vexilla ea in loco (habitô priùs *Cæsari* honore) in quibus pridie erecta ostendimus, reportaverunt. Similitérque & arma militaria ante *Castrum Doloris* suspensa sunt, & imperatoria ornamenta reposita supra Cenotaphia defuncti *Cæsaris*.

Peractô hôc exequiarum Sacrificio pro defuncto *Carolo* Imperatore, aliud officium de *Trinitate* incepit *Archiepiscopus Salzburgensis*, quod jam læto cantu per symphoniacos celebratum peractúmque est. Quo finito *Cæsar* descendens, acceptáque per Cardinalem benedictione, & aquâ lustrali aspersus, eo prorsus quo venerat processu, in palatium est reversus suum. Videatur etiam *pars 1. f. 349. & 350.* 44. *Finis alteri diei solennitatis.*

Altera, quæ proximè secuta est, hebdomade, scribit citatus *Staphylus*, prima die Martij pari ceremoniarum cultu parentatum quoque est *Mariæ Reginæ Ungariæ*. Nihil autem in hisce exequijs defuit, præter hæc scilicet. Non habita fuit processio: *Castrum Doloris* mutatum, factúmque fuit minus aliquantò, quàm *Cæsaris* erat, aliúdque positum cenotaphium, holosericô pannô subtus, desuper verò aureô coopertum, sed locò ornamentorum Imperialium, corona *Ungaricæ Reginæ* congruens collocata fuit. Prætereà pro *Caroli* Cæsaris clypeis & insignibus, *Mariæ Reginæ* insignia parietibus, facibúsque eis, quas pauperes gestabant, appensa fuerunt. In ipsis verò exequiarum sacris nihil mutatum, nisi ea, quæ personæ non congruebant. Habuit autem de laudibus, actáque vitâ *Reginæ Ma-* 45. *Mariæ Reginæ Ungariæ exequiæ.*

riæ elegantem orationem *Georgius Drascovitius Quinqueecclesiensis Antistes* disertus. Et quanquam oratio pro decore Reginalis personæ, non ita potuit splendere, sicut illa, quam luculentissimam de *Carolo* Imperatore Electus *Tridentinus* peroravit, ita tamen actione eam effecit suâ illustrem, ut præter morem nitere videretur.

46. *Et Mariæ Reginæ Angliæ.* Tertiæ exequiæ, ait citatus *Staphylus*, pro defuncta *Maria Regina Angliæ* habitæ sunt secundo die Martij. In eísque idem *Castrum Doloris* remansit, eædem cæremoniæ, insignia mutata duntaxat, & nomen personæ in sacris. De hac *Nicolaus Lanoius* & pietate & doctrinâ excellens Theologus de Societate JESU orationem recitavit insignem, quam hic quoque addi curavimus. Hucusque *Fridericus Staphylus* (omissis orationibus funebribus impressis) verbotenus relatus.

Hæc de duarum *Reginarum* & *Caroli V.* Imp. exequijs, hic incidenter insertis, nec non de altedicti *Caroli V.* Imp. pompa funeraria, in Ecclesia *S. Mauritij* inchoatà, & certè digna posteritati commendanda: nunc ad alias inferias, à DD. Canonicis *Sanct-Mauritianis* in propria Ecclesia suo munificentissimo Patrono celebratas.

47. *Antonio Fugger parentatur.* Anno 1560. Die 14. Septembris *Antonius Fugger*, diris vesicæ tormentis diu excruciatus, post perpessos ingentes dolores requiem æternam est ingressus, ætatis suæ 67. annorum. Quamvìs verò corpus ejus exanime *Babenhusium* fuerit transvectum, *Clerus tamen Sanct-Mauritianus* suo munifico Benefactori in sua *Ecclesia Collegiata* mausoleum, luminibus apparatúque lugubri magnificè exornatum, erexit: Officium Missæ solenissimum, festivâ adgemente musicâ, celebravit, nec non justa funebria pro viribus persolvit.

48. *Eleëmosinarius admirandus.* Erat præfatus *Antonius Georgij* filius, natus 1493. Matrimonio junctus Annæ Rehlingerin 1527. *primus Baro* Illustrissimæ Fuggerorum Familiæ; *Caroli V.* Imperatoris & *Ferdinandi* Regis Consiliarius; Pater pauperum: nam ante mortem cuilibet pauperi, in publico civitatis hospitali, ac tribus nosocomijs commoranti, quatuor aureos donavit: in egenos Patresfamilias & viduas mille Philippeos seu taleros distribuit; totidem quoque aureos mendicantibus per urbem impertivit: in die suorum parentaliorum singulis pauperibus, ad *S. Catharinam* se sistentibus, senos crucigeros extradi constituit, 4000. mendicantibus utriusque sexûs comparentibus.

49. *Author piarum fundationum mirificus.* Admiranda sunt, quæ altè fatus *Antonius* Ecclesiis, nosocomijs, pauperibus & Urbi *Augustanæ* præstitit: nam præter fundationes in templo *S. Salvatoris* & *S. Annæ Augustæ*, *Babenhusij* in arcis templo

plo, *Almagri* in regno *Castiliæ* factas, etiam *Augustæ* in suburbio *Jacobeo* unà cum cæteris *Fuggeris* in usum tenuium, sed frugi civium, centum & sex habitaculorum oppidulum condidit. Pro 50. subditis utriusque sexûs *Fuggeranis Waltenhusij* hospitale erexit: pro tribus honestis *Fuggerorum* subditorum filiabus *dotem*, pro eorundem filijs in *Academijs* studiosis, *stipendia* constituit. *Augustæ* in anserum monticulo pro occulto morbo infectis, & in foro equario pro *Enterocelicis*, *Herniosis*, & hujuscemodi morbo laborantibus nosocomium fundavit: insignem Bibliothecam amplissimam, libris cujuscunque scientiæ, ac linguæ refertissimam in Reipublicæ bonum, virorúmque Doctorum commodum, comparavit: *Babenhusij* pro juventute scholas aperuit. Insuper

Arces & pagos *Kirchheimium*, *Eppishusium*, *Duettensteinium*, *Abelsingium*, *Stettenfelsium*, *Oberdorffium* coëmit. Hisce addidit Imperialem Toparchiam *Dona-Werdanam*, *Babenhusium*, *Brandenburgium*, *Mickhusium*, *Waltenhusium*, *Rettenbachium*, *Plefs*, *Gablingam*, *Glöttam*, *Ebingam*, *Herbertshoffium*, *Bergren*, *Kiessendorffium*, *Edelriedt*, *Waglbach*, &c. 50. *De Illustrissima Fuggerorum Familia.*

Finito bello *Smalcaldico* pro Republica *Augustana* gratiam Cæsaris, nec non remissionem mulctæ usque ad 50000. florenos impetravit, eidémque Reipublicæ 50000. florenos mutuos tradidit, æternùm de Republica *Christiana* & *Augustana* meritus. 51. *Et Augustana Republicæ æternùm meritus.*

Legitur in *Babenhusanæ* Arcis & oppidi Ecclesia Parochiali sequens *Antonij* epitaphium:

D. J.

Sarcophagus. 52. *Ejus epitaphium.*

Antonij Fuggeri

Obijt

Pridie. Idus. Septembris

Anno M. D. LX.

Ætatis LXVII.

Quem

Filij mœstissimi

Patri incomparabili

F. C.

Filios quinque procreavit *Antonius*, nempe *Marcum*, *Joannem*, *Hieronymum*, *Jacobum & Petrum*. Ex his *Petrus* lucem terrigenam 53. *Antonij Filij.*

 vix

vix aspexit, illam illicò amisit, ad lucem inamissibilem translatus: reliquorum quatuor Filiorum hic est ortus & obitus.

54. *Marcus.* *Marcus Fugger* primogenitus *Antonij* Filius anno 1529. natus, anno 1597. denatus, in Ecclesia SS. *Udalrici* & *Afræ* quiescit *Augustæ*, ubi etiam epitaphio honoratus. Vid. *p. 1. class. 6. sect. 8. f. 374.* & *seq.*

55. *Joannes.* *Joannes Fugger* secundogenitus *Antonij* Filius, natus anno 1531. denatus 1598. in Ecclesia Arcis & Monasterij *Kircheimensis* quiescit, ubi etiam epitaphio honoratus. Vid. *p. 1. class. 4. sect. 10. f. 395.*

56. *Hieronymus.* *Hieronymus Fugger* tertiogenitus *Antonij* Filius, natus anno 1533. Cœlebs in *Oberdorff* ætatis 43. denatus anno 1573. Inde *Babenhusium* transvectus, & cum sequenti epitaphio est sepultus:

57. *Ejus epitaphium.*

Hieronymus Fuggerus
Dominus in Kirchberg & VVeissenhorn
Dñi Antonij Fuggeri Filius
Objit XV. Septembris.
Anno M. D. LXXIII.

58. *Jacobus.* *Jacobus Fugger* quartogenitus *Antonij* Filius, anno 1542. natus, *Annam Ilsungin* Matrimonio anno 1570. sibi jungit. In Ecclesia *SS. Udalrici* & *Afræ* Sacellum *S. Michaëli* sacrum anno 1580. extruit. Vid. *p. 1. cap. 6. class. 6. sect. 8. fol. 374.* *Augustæ* defunctus, & inde *Babenhusium* translatus, cum sequenti epitaphio est humatus:

59. *Ejus epitaphium.*

Illustris
Et
Generosus Dominus
Jacobus Fuggerus
Domini Antonij Fuggeri
Filius
Baro
In Kirchberg & VVeissenhorn
Dominus in Babenhausen
&c.
Et Consiliarius
Cæsareæ Majestatis.

Objit

Obijt
Anno CIↃ. IↃC IIX.
Septimo Februarij
Cujus anima requiescat in pace.
Vixit annos LV.
Menses X. ac dies VII.

Anno 1473. *Albertus* utriusque Bavariæ Dux Mausoleum *Brunonis* Episcopi Augustani anno 1546. à tumultuantibus Hæreticis devastatum instauravit, vel potiùs pro sua erga DEUM devotione, & nobilissimos Majores suos pietate, aliud substituit, addita inscriptione, jam in *parte 1. Hierarchiæ Augustanæ* fol. 167. allatâ.

Anno 1596. Fons *Mercurij* siphonibus in craterem seu labrum marmoreum amplissimum hinc inde aquam diffundentibus, instructus, ante Collegiatam *S. Mauritij* Ecclesiam erigitur. Vid. *pars 1. fol. 383.* 60. *Mercurij fons.*

Anno 1603. Fraternitas sub invocatione *SS. Josephi, Mariæ Magdalenæ*, & *Gertrudis* in Ecclesia *S. Mauritij* initium sumpsit. 61. *S. Josephi Fraternitatis incunabula & incrementa.*

Anno 1620. Titulum *S. Josephi* obtinuit, titulis aliorum Sanctorum omissis.

Anno 1624. Vexillum ex viridis & albi coloris serico Damasceno comparavit, Illustrissimis Fuggeris *Marco* & *Christophoro* munificâ manu concurrentibus.

Anno 1629. Conventum è schola in Ecclesiam *S. Mauritij* transtulit.

Anno 1632. Die 19. Martij Officium *S. Josephi* ultimum in Ecclesia *S. Mauritij* celebravit: eodem enim anno, *Suecis* urbem *Augustanam* occupantibus, in Ecclesia *SS. Udalrici* & *Afræ* Monachi *Udalriciani* festa SS. *Josephi* & *Mariæ Magdalenæ* solenni, quo poterant, ritu peragebant.

Anno 1633. *Suecis* dominantibus *Augustæ* DD. Canonici *Sanct-Mauritiani* urbe die 19. Maij migrare coguntur, universô Clerô Augustanô (præter Monachos Benedictinos ad *S. Udalricum*) iterum expulsô. Vid. *p. 1. class. 4. cap. 6. sect. 10. fol. 425. & class. 4. fol. 634. & 637.* 62. *Canonici Urbe migrant.*

Anno 1634. Propè Ecclesiam *S. Mauritij* in D. Parochi domo paries guttulis sanguineis sudat. Vid. *p. 1. class. 4. sect. 10. fol. 426. in fine.* 63. *Sanguinea gutta.*

Anno

Anno 1635. *Suecis Augustâ* vix discedentibus, Fraternitas *S. Josephi*, primò iterum decantatô Officiô, *S. Josephum* in Ecclesia *SS. Udalrici* & *Afræ* honoravit.

Anno 1655. Plurima incrementa & emolumenta accepit ab Illustrissimo D. D. *Joanne Baptista* de *Taxis*, &c. cooperante R. P. *Benigno Hibler* S. J. Concionatore. Vid. *sect. 11. propediem ponenda.*

64. *Sepulchrum Christi.* Anno 1672. Novum & perpulchrum Christi Servatoris nostri in *S. Mauritij* Ecclesia sepulchrum ad diem parasceves est erectum.

65. *Hierotheca Evcharistica.* Anno 1683. Reverendissimus D. *Franciscus Ziegler* SS. Canonum Licentiatus, insignis Ecclesiæ ad S. *Mauritium Augustæ*, & ad *S. Ciriacum in Wisensteig* respectivè Canonicus & Parochus, Reverendissimi & Serenissimi Episcopi Augustani Consiliarius ac Vicarius Generalis in Spiritualibus, *Hierothecam Evcharisticam* argenteam, cum aureo *SS. Evcharistiæ* receptaculo seu lunula, sacrario intulit.

66. *Conciones more aliarũ Ecclesiarum fundantur.* Insuper sacro *Oratori*, certis diebus aliàs ex suggestu non peroranti, salarium constituit, ut, sicut in ceteris principalioribus *Augustæ* Ecclesiis, sic ad *S. Mauritium* singulis diebus Festivis ac Dominicis conciones haberentur, ordinavit.

67. *Candelabra sex argentea, casulæ, &c.* Annò 1687. Admodùm Reverendus & Prænobilis Dominus *Franciscus Remboldt* Patritius Augustanus Collegiatarum Ecclesiarum ad *S. Mauritium* & *S. Petrum* Canonicus, concurrente *Corona* Prænobili ejus sorore, quatuor argenteis candelabris (Reverendissimô Capitulô *Sanct-Mauritiano* postmodùm duo prioribus consimilia addente) sacrarium locupletavit, atque anniversarium fundavit; sumptuosas tres casulas seu amictus sacerdotales, calicem argenteum cum pretioso velo & thecâ ad calicem, Ecclesiæ *Sanct-Mauritianæ* donavit, corpus suum, post multa beneficia, RR. PP. Ordinis *Prædicatorum* in vivis liberaliter præstita, eorum Ecclesiæ legavit, in Capella *S. Jacobi*, Remboldina nuncupatâ, cum epitaphio, *parte 1. fol.* 693. allatô, sepultus.

68. *S Mauritij Ecclesia fit Aulico-Cæsarea.* Anno 1689. Die 31. Augusti, Sacratissimus Imperator *Leopoldus I.* Augustissima Imperatrix, & Augustus *Ungariæ* Rex, sub campano ære præcipuorum templorum compulsatô, nec non sub tympanorum & buccinarum clangore, machinarúmque curulium fragore. *Augustam* ingressi, atque hac in urbe usque ad annum 1690. diem 3. mensis Februarij commorati, Collegiatam *S. Mauritij* Ecclesiam pro suis ordinarijs Catholicæ Religionis exercitijs, cæremonijs, piisque devotionibus accommodatissimam, selegerunt, eámque ceu suam Aulico-Cæsaream Ecclesiam quotidianis quasi ritibus Catholi-

cis

cis devotissimè frequentârunt, omnibus spectantibus, & pijssimum summorum *Magnatum* istorum cultum aliàs nunquam conspicientibus, zelum sanctissimum obstupescentibus. Inter præcipuas solennitates in memorata *S. Mauritij* Ecclesia tunc temporis peractas refero sequentes.

Anno 1689. Prænotato, die 13. & 14. Octobris in insigni Collegiata Ecclesia *S. Mauritij*, mausoléo 500. cereis albis apparatúque lugubri exornatô, coram altissimè dictis Augustissimis fuit parentatum defunctorum vigilijs, officiô (Aulico-Cæsareâ musicâ suaviter adgemente) sub mitra cantatô, pluribus sacris, aliisque exequialibus cæremonijs, serenissimo *Friderico Wilhelmo* Duci Palatino-Neoburgico, nato die 20. Julij 1665. gloriosè in obsidione Moguntina occumbenti die 23. Julij 1689. Missæ Officium cantabat Reverendissimus ac Illustrissimus D. D. *Eustachius Egolphus L. B. à Westernach* Episcopus Dioclensis ac Suffraganeus Augustanus. Quô ad finem perductô, justa & pia funebria fuêre persoluta à quatuor Mitratis Prælatis Regularibus incensatione mausoléi, lustrici fontis aspersione, adjunctis exequialibus precibus, à Romano Pontificali præscriptis. 69. *Inferiæ aguntur.*

Peractis hisce exequiarum cæremonijs, incepit solenne de B. V. MARIA officium læto cantu & sub mitra Reverendissimus & Amplissimus D. D. *Wilibaldus* Imperialis Monasterij Weingartensis Abbas, Musicâ Aulico-Cæsareâ amœnis vocibus, resonantibus tympanis & tubicinibus, omnísque generis musicis instrumentis, assonante. 70. *Missa solennis de B. V. MARIA.*

Eodem anno 1689. die 1. Novembris in insigni Collegiata Ecclesia *S. Mauritij* coram Augustissimis Imperatore & Imperatrice, Augustis *Josepho I.* Rege Ungariæ, & *Eleonora Maria Regina Poloniæ*, universáque Aulâ Cæsareâ officium solenissimum & Hymnus Ambrosianus, elegantissimâ Aulico-Cæsareâ Musicâ animatus, fuit decantatus, ob expugnatam urbem *Widinum*, aliquot millibus Turcarum ante occupatam urbem trucidatis. 71. *Et Hymnus Ambrosianus cantatur.*

Eodem anno 1689. die 15. Novembris, *S. Leopoldo Pio* Marchioni *Austriæ*, & Augustissimi Imperatoris Patrono titulari sacrô, festum hoc perquàm magnificè fuit celebratum: omnia opera servilia & commercia publica prohibebantur tabernis occlusis. In Ecclesia autem *S. Mauritij* finita concione, coram Augustissimis Imperatoribus, Augustis Rege Ungariæ & Regina Poloniæ, Electorissa Bavariæ, & innumeris Magnatibus habitâ, Missæ officium solennissimo 72. *Celebratur festivissimè Festum S. Leopoldi.*

nissimo ritu decantabatur, Aulico-Cæsareis Musicis inter tympanorum & buccinarum concentum suavissima Musicorum instrumentorum, vocum & sonorum varietate concertantibus. Post Divina, in Ecclesia *S. Mauritij* maximo cum plausu peracta, S. R. I. Electores, omnésque magni nominis Proceres pompaticis amictibus (*Galla* vocant) vestiti, Cæsareas & Regias personas ad Residentiam usque secuti Sacratissimæ *Cæsareæ Majestati* plenissimam sanitatem, vitámcitra incommodum longissimam gratulabantur. Deinceps sub basilicis Cæsareis epulis publicis, atque sub jucundissimo tympanorum & tubicinum clangore, in via Regia extra Residentiam personante, *cohors* quoque *civilis*, suo cum expanso vexillo se sistens, trinâ sclopetorum festivâ explosione applaudebat, tormentis bellicis triplo fragore ex munimentis urbicis pariter complaudentibus.

73. *Festum Præsentationis. B. V. Mariæ.* Eodem anno 1689. Die 21. Novembris in Ecclesia *S. Mauritij* Sacratissimus Imperator Festum *Præsentationis B. V. MARIÆ* solennissimo ritu celebrari voluit: Missæ Officio & Vesperis pridiè cum tota sua Aula devotissimè interfuit: Officium & pridiè Vesperas Reverendissimus & Amplissimus D. D. *Romanus* Liberi ac Imperialis Monasterij ad SS. *Udalricum* & *Afram* Abbas sub mitra cantavit, Musicâ Aulo-Cæsareâ festivissimè accinente.

74. *Exequiæ pro militibus Cæsarianis,* Eodem anno 1689. Die 24. Novembris mandante Augustissimo *Imperatore* in Ecclesia *S. Mauritij* hora 11. meridiana coram altissimè fatis Cæsareis & Regijs Majestatibus ac Electorissa Bavariæ peractæ sunt exequiæ pro *militibus Cæsarianis* tam in Romano Imperio ad Rhenum, quàm in Ungaria rebus humanis exemptis. Ponebantur ante aram duo nigri & albi coloris labara militaria, aliquot pyramidibus, ducentis ex cera Virginea cereis lucentibus, circumdata. Ad aram solenniter sub mitra operabatur Reverendissimus & amplissimus D. D. *Wilibaldus* Abbas Weingartensis, Phonascis Cæsareis suaviter more consueto, musicam instruentibus.

75. *Preces horariæ.* Eodem anno 1689. Die 30. Novembris in Ecclesia *S. Mauritij* ob felices progressus militares à *Divina Bonitate* Cæsareis exercitibus per elapsum fermè annum impertitos, gratiarum preces duodecim horarum institutæ, nec non *Missæ Officium* & pridie *primæ Vesperæ* ab Eminentissimo *Ungariæ Vice-Cancellario*, *secundæ* autem *Vesperæ* à Reverendissimo & Amplissimo D. D. *Felice ad S. Crucem Augustæ* Præposito sunt habitæ, Augustissimis Imperatore & Imperatrice, Augustis Rege *Ungariæ* & Regina *Poloniæ*, aliquibus Electoribus S. R. I Auláque Cæsareâ universâ sacros ritus frequentantibus.

Eodem

Eodem anno 1689. Die 6. Decembris in Ecclesia *S. Mauritij* festivitas *S. Nicolai*, atque die 25. Decembris lætissima *Nativitas Christi Servatoris* nostri cum duobus sequentibus diebus festivissimè fuerunt exactæ, Augustissimo Imperatore cum quatuor S. R. I. Electoribus in sua Capella Aulica, relictâ quiete nocturnâ, etiam horâ undecimâ & duodecimâ de nocte sacras vigilias, nec non sacra & Divina concelebrante. 76. *Festū S. Nicolai & Nativitatis Christi.*

Eodem anno 1689. Die 31. Decembris & huiatis anni ultimo, absolutis aggratulationibus & consuetis curialibus cæremoniis, in Ecclesia *S. Mauritij* magnificis & triumphalibus Vesperis annus iste fuit conclusus, Reverendissimo & Amplissimo D. D. *Felice* Præposito ad *S. Crucem* sub mitra Vesperas decantante. 77. *Nec non Vesperæ hujus añi ultimæ.*

In novo 1690. anno *Servatoris* nostri *Circumcisionis* festum, quo vocatum est nomem ejus JESUS, à Cæsareis & Regijs Majestatibus, &c. apud PP. *Societatis JESU* solitis sanctis exercitijs & pijs devotionibus: Festum autem *Epiphaniæ* seu SS. *Trium Regum* (in quod *Augustissimæ Imperatricis* anniversarius *Nativitatis dies* inciderat) profusis gaudiorum solennijs, in Ecclesia *S. Mauritij* fuit celebratum. Post concionem, hora 12. inceptam, Reverendissimus ac Serenissimus *Alexander Sigismundus*, &c. Episcopi Augustani Coadjutor cantavit Missæ Officium, admirabili vocum, tubicinum, tympanorum, tubarum aliorúmque instrumentorum musicorum modulamine adornatum. Sub Officio *Augustissimus Imperator* (Rege Ungariæ, & S. R. I. Electoribus, &c. comitantibus) ad aram *S. Crucis* munus obtulit, iterúmque priore & pulcherrimo cum ordine ad suum oratorium reversus, ad finem usque Missæ Officij perstitit, templô S. *Mauritij* innumerabilem junctim accurrentium multitudinem non capiente. Completis in templo *S. Mauritij* cunctis sacris, Rex Ungariæ, S. R. I. Electores, Legati, Principes, &c. festivo cum habitu *Augustissimo Imperatori* usque ad residentiam se comites adjungebant, consuetas aggratulationes deposituri. Post hæc saliare ac dapsile convivium erat paratum, duodecim tubicinibus cum tympanotriba sub convivio, & convivas, & audientes passim confluentes, lætissimo suo sonoro certamine exhilerantibus. Vespere eodem *Augustissimus Imperator* Ecclesiam S. *Mauritij* repetens, ordinarijs suis devotis exercitijs vacabat, Musicis Aulico-Cæsareis amodò suas functiones suavissimè exequentibus. 78. *Solennitates in novo anno & in festo Epiphaniæ peractæ.*

Eodem anno 1690. Die 19 Januarij solenissimè in Ecclesia Cathedrali fuit instituta Augustissimæ *Eleonoræ Magdalenæ Theresiæ* in 79. *Imperatricis coronatio.*

Regis electio & coronatio, Imperatoris ultima Augustæ devotio. S. R. I. Imperatricem coronatio. Die 24. Januarij in Ecclesia *SS. Udalrici* & *Afræ* Augusti *Josephi I.* in S. R. I. Regem electio. Die 26. Januarij in Ecclesia Cathedrali altedicti Augusti *Josephi I.* in S. R. I. Regem coronatio. His verò & sequentibus aliquot diebus in Ecclesia *S. Mauritij* solennitas nulla præcipuè memoranda est peracta, nisi quòd die 2. Februarij pridie discessûs *Augustissimi Imperatoris* post alloquia à tribus sacris Majestatibus impertita, tam Electoribus S. R. I. quàm Legatis, &c. primùm altedictus *Augustissimus Imperator* reliquum diei in Ecclesia *S. Mauritij* magna cum Augustanorum ædificatione impenderit. Nec non die 3. Februarij ante suum ex urbe abitum summo mane hanc eandem Ecclesiam pijssimè visitandô, ob beneficia *Augustæ* divinitùs accepta, DEO, ejúsque *Sanctis* gratijs actis, speciales devotiones persolverit. Cunctis deîn sapientissimè dispositis, *Augustâ* cum universâ Aula splendidissimo cum comitatu digressus, *Monachium* contendit, tormentis trino fragore ex vallis urbicis festivum reboantibus. Hæc quoad solennitates, Augustissimo Imperatore *Leopoldo I.* Augustæ commorante, in insigni Collegiata Ecclesia *S. Mauritij* celebratas. Nunc ad alia hujatis Ecclesiæ ornamenta.

80. *S. Mauritij icon argentea.* Anno 1693. Nobilis & Clarissimus Dominus *Joannes Baptista Sturm* J. U. D. ad *S. Udalricum* Cancellarius, & ad *S. Mauritium* Syndicus, fieri curavit iconem argenteam *S. Mauritij*; pectore tenus effigiatam, atque ad pretium 500. florenorum excurrentem.

81. *Peristromata.* Anno 1695. Chori parietes peristromatibus vestiti.

82. *Statuæ ligneæ variæ.* Eodem anno in chori parietum anconibus CHRISTUS Mediator DEI & hominum, & è regione Mediatrix DEI & hominum, nec non per navem Ecclesiæ 14. Apostolorum statuæ, sibi invicem oppositæ, sunt positæ.

83. *4. Icones.* Anno 1696. In Ecclesia Collegiata choro 4. prægrandes icones, scrinario opere eleganter marginatæ, fuerunt suspensæ 1. Ex munificentia *Joannis Francisci Remboldt* repræsentat *Christi* Nativitatem. 2. Ex munificentia D. *Seidleri* repræsentat conversionem *S. Pauli*. 3. Ex munificentia *Joannis Stephani Weiss* Canonici repræsentat Martyrium *S. Stephani*. 4. Ex munificentia *D. Eckert* Mercatoris repræsentat *Magorum* adorationem.

84. *Casulæ.* Anno 1697. Duo Sacerdotales amictus seu Casulæ auro filatæ dono sunt datæ, nec non Cranium ex Societate S. *Ursulæ* phrygia arte, velô byssinô, & thecâ phrygiata elaboratum.

Anno

Anno 1698. Chorus clathris inauratis munitus, nec non B. V. MARIA Mater Dolorosa sub cruce *Christum* passum in sinu gestans, & Sanctuarium seu Tabernaculum altari *S. Crucis* est impositum. 85. *Chorus munitur.*

Anno 1699. Ex munificentia præfati *D. Egckert* prægrandis icon judicij extremi seu justitiæ universalis, cum margine ex gypso, circumdata, oculis ingredientium Ecclesiam fuit objecta. 86. *Icon extr. judicij,*

Anno 1707. In Ecclesia tres Mercatores *Itali* seu *Sabaudi* Cives Augustani Iconem *S. Francisci Salesij* suspenderunt, eámque marginârunt coronis, parergis, aligeris, duabúsque columnis scrinario opere fabricatis, & multo auro obductis, colore cæruleo subinde interlucente. 87. *Et S. Francisci.*

Eodem Anno 1707. In Festo *Corporis Christi* Collegiata *S. Mauritij* Ecclesia ad solennem Processionem cum duobus novis vexillis rubris, auro largissimè filatis, floccatis, atque floribus intermixtim florentibus comparuit, Fraternitate *S. Josephi* suo novo vexillo æquè memoratam Processionem adornante. 88. *Vexilla pretiosa.*

Florent in Insigni Collegiata Ecclesia *S. Mauritij* duæ Fraternitates, nim. *S. Josephi* & *S. Mauritij* in magnum huiatis Ecclesiæ ornamentum; idcircò ejus progressibus meritò addendæ. Unde de memoratis Fraternitatibus subjungo duas Sectiones, illarum incunabula & incrementa referentes.

SECTIO II.

Incunabula & incrementa Fraternitatis S. Josephi ad S. Mauritium Augustæ.

ANno 1603. Die 3. Aprilis in Insigni Ecclesia Collegiata *S. Mauritij* ab *Institoribus*, *Restionibus*, *Olitoribus*, & *Pomarijs* è tribu Civicâ ad normam aliarum tribuum, Spirituali *Fraternitate* gaudentium, coëuntibus, sua incunabula sumpsit *Fraternitas S. Josephi*, non solùm sub invocatione *S. Josephi*, sed etiam sub invocatione *S. Mariæ Magdalenæ* & *S. Gertrudis* Virginis & Abbatissæ *Elpedianæ* instituta. 1. *S. Josephi Fraternitatis origo.*

Eodem anno 1603. Die 26. Maij prædicta *Fraternitas* à Reverendissimo Capitulo *S. Mauritij* impetravit primum altare templi ex cornu Evangelij, ad Divina Officia ab hac *Fraternitate* peragenda, determinatum, atque sacris quantocyùs initium fuit datum. 2. *Ara Fraternitatis.*

3. *Leges Fraternitatis.* Anno 1607. Statuta, Leges, & quædam particularia puncta, per typum fuerunt publicata sub solo titulo *Fraternitatis S. Mariæ Magdalenæ*, prout exhibet libellus hujus *Fraternitatis* arcæ inclusus.

4. *Indulgentiæ.* Eodem anno 1607. die 21. Maij *Paulus V.* Summus Pontifex memoratæ *Fraternitati* concessit indulgentias in præfato libello contentas.

5. *Indulgentiæ confirmantur.* Anno 1617. Die 2. Septembris Altedictus Summus Pontifex priores indulgentias confirmavit, & auxit, nec non die 24. Septembris Reverendissimus, Amplissimus, ac Clarissimus D. D. *Petrus Wabl* SS. Theologiæ Doctor, ad *S. Mauritium* Canonicus, & posteà Pro-Episcopus Augustanus huic Fraternitati nomen dedit. Vid. *p. 1. cap. 7. class. 2. fol. 507.*

6. *Fratres & Sorores Fraternitatis.* Anno 1618. Die 23. Septembris pro Domino *Joanne* à *Dösch* & *Abrahamo Hauser* Dominus *Christianus Weiss*, & *Gregorius Schückh* *Fratrum Magistri* (Brůder-Meister / ita Fraternitatis præcipui nominabantur) fuêre constituti. Quo anno die 10. Junij Illustrissima Domina, Domina *Maria Eleonora Fuggerin*, nata Comitissa de Zollern, Illustrissimi D. D. *Joannis Fuggeri* Conjux cum duabus Filiabus *Anna Maria*, & *Maria Catharina* Fraternitati inscriptæ sunt.

7. *Dubium de Indulgentijs.* Anno 1620. Dubium exoriebatur ex *Bulla* indulgentiarum anno 1617. die 2. Septembris à *Paulo V.* ut antè memini, expedita, nec citra fundamentum; cùm enim *Bulla* ipsa contineret hæc verba: *non tamen pro hominibus unius specialis artis*, &c. *Bullarum* autem verba valeant, quantum sonant; dubitabtur meritò: an homines unius specialis artis: item, an homines nullius artis (intellige mechanicæ) per hanc *Bullam* reddantur indulgentiarum participes.

8. *Fraternitas solum titulum S. Josephi retinet.* Quare ad tollendum omne dubium, scrupulum & scopulum, Reverendissimus D. D. *Decanus* cum suo Capitulo *Sanct-Mauritiano*, aliíque eximiæ authoritatis viri convenerunt, ad aliam Fraternitatem sub solo titulo *S. Joseohi* Christi Dnmini Nutritij, & Sponsi *Deiparæ* immacultæ Virginis erigendam, eámque ab *Henrico V.* Episcopo Augustano 1620. die 15. Julij confirmatam, atque à *Paulo V.* Papa indulgentijs locupletatam, obtinuerunt per *Bullam* anno 1620. die 27. Octobris *Romæ* datam. Cúmque hujus Fraternitatis tam *confirmatio Episcopalis*, quàm *Bulla Papalis* tantummodò exprimat titulum *S. Josephi*, inde evenit, quòd usque in hodiernum diem appel-
9. letur *Fraternitas S. Josephi*, titulis aliorum Sanctorum omissis.

Fraternitatis Festa specialia. Nihilominùs, quia in memorata *Bulla Papali* speciales indulgentiæ conceduntur pro Festo Nativitatis Immaculatæ DEI Genitricis,

bis, *S. Mauritij*, & *Mariæ Magdalenæ*, præcipuæ *Olitorum* Patronæ, ideò etiam à *S. Josephi Fraternitate* hæc festa speciali devotione peraguntur. Insuper per *Fraternitatem* istam, noviter sub solo *S. Josephi* titulo institutam, Fratres & Sorores, *Fraternitati S. Josephi* aliorúmque Sanctorum jam antehàc inscripti, non excludebantur, sed retinebantur nullâ novâ inscriptione nominum additâ.

Eodem anno 1620. nova *S. Josepi Fraternitas* novis statutis fulcitur, libellus statutorum in lucem publicam editur, & *Fratrum Magistri* titulô expunctô, Ecclesiasticus *Præsidens*, sæcularis *Præfectus* cum duobus Assistentibus, & *Secretarius*, per electionem constituendus præscribitur, summis & imis quantocyùs Fraternitatem *S. Josephi* ambientibus. 10. *Officialium diversa nominatio.*

Anno 1622. Die 22. Maij quatuor statuta, imposterum servanda, fuerunt proposita; sed post aliquot annos mutata, atque fructuosiùs ordinata. 11. *Fraternitatis nova statuta.*

Anno 1624. Die 19. Martij in Festo *S. Josephi* Officium Missæ solenne, Musicorum concentu animatum, primâ vice celebrabatur. Die 26. ejusdem mensis pro defunctis *Fratribus* & *Sororibus* Missæ Officium choraliter decantabatur. Die 7. Junij à Fraternitate *S. Josephi* novum *vexillum* ex viridis & albi coloris serico Damasceno, *Mediolani* in *Italia* confectô, fuit comparatum, atque in publica *Corporis Christi* Processione deportatum, adjunctis tribus juvenibus, *Christi* Crucifixi simulacrum & duas lucernas gestantibus. Die ultimo Septembris *Fraternitas S. Josephi* unà cum Militum Præsidiariorum *Fraternitate* primam Processionem ad B. V. MARIAM Lauretanam propè *Westheim* instituit. Hoc eodem mense Fraternitati *S. Josephi* preces sunt indictæ, pro tribus diebus ordinatæ. Atque mense Decembri ad 10. horarum preces Fraternitas quoque S. *Josephi* convocata fuit. 12. *Fraternitatis varia acta.* 13. *Vexillum, Processiones, preces.*

Ceterùm, quamvìs sessiones in schola *S. Mauritij* hactenus habitæ, functionésque spirituales, ac devotiones *Fraternitatis S. Josephi*, ex publicis Cathedris denuntiarentur: nihilominùs *Pedellus Fraternitatis* de domo ad domum obligabatur, prædictas sessiones & devotiones incorporatis *Fratribus* & *Sororibus* insinuare: hoc autem currente anno sola è Cathedris denuntiatio, ad *Fraternitati* incorporatos, aliósque devotos fideles convocandos, declarata est, permolesta *Pedelli* circuitione abrogatâ. 14. *Pedelli circuitio abrogatur.*

Anno 1628. Die 26. Januarij in schola *S. Mauritij* coram *Christi Crucifixi* simulacro, in apparata mensa posito, *congregatio* fuit habita, 15. *Sessionis titulus eliminatur.*

bita, atque *congregatio* isthæc hactenus *sessio* dici solita, nunc *conventus* nominari cœpit, titulô *sessionis* eliminatô.

16. *Missa hebdomadaria constituitur.* Eodem anno 1628. Die 26. Januarij in schola *S. Mauritij* à *Fraternitatis S. Josephi* Præsidente, Præfecto, Assistentibus, Secretario, aliisque in *conventu* extraordinario congregatis, Missa hebdomadaria ordinabatur, diebus Sabbatinis horâ septimâ, in altari Fraternitatis pro vivis ac defunctis Fratribus & Sororibus celebranda.

Cùm autem pro qualibet persona ex *Fraternitate* in Domino defuncta incruentum Sacrificium *Divino Numini* offeratur, atque per annum plura Officia Divina pro defunctis *Fratribus* ac *Sororibus* peragantur, idcircò Missa hebdomadaria postmodùm solummodò pro vivis Fraternitati incorporatis (ad felicem mortis horam per *S. Josephi* agonizantium præcipui Patroni patrocinium, impetrandam) dicenda decernebatur, varijs Benefactoribus ad impensas, in pium opus, liberali manu concurrentibus.

17. *Officium primum solenne.* Eodem anno 1628. Die 26. Augusti horâ nonâ in altari *Fraternitatis* primâ vice Officium solenne pro defunctis Fratribus & Sororibus, festivâ adgemente musicâ, fuit decantatum, non *Fratribus* & *Sororibus* duntaxat, sed etiam alijs magno numero confluentibus.

18. *Missæ horâ septimâ dicendæ mutatio.* Eodem anno 1628. Die 18. Octobris pro hebdomadaria *Missa Sabbatina*, horâ septimâ hucusque dictâ, assignabatur hora octava: brevì pòst iterum determinabatur hora septima: anno 1629. mense Julio denuò reducebatur ad horam octavam. Denique anno 1688. iteratò statuebatur hora septima pro memorata Missa, & quidem in altari S. *Josephi* privilegiatô, dicenda. Præter prædictam Missam eâdem horâ septimâ post quemlibet conventum ordinarium pro solis defunctis *Fratribus* & *Sororibus* legitur sacrum à priori Missa diversum.

19. *Anniversarium Officiũ & eleëmosyna.* Anno 1629. Die 21. Martij anniversarium Officium, cantu chorali consonante, pro *Fratribus* & *Sororibus* defunctis cantabatur. Item primâ vice pro *Fratribus & Sororibus* duæ Missæ sub Officio celebrabantur, atque finitis Divinis Officijs unus florenus & triginta crucigeri in pauperes erogabantur, more hactenus inconsuetô.

20. *Officium Missæ aniversarium musicè cantatum.* Hac ætate post *S. Josephi* Festum pro *Fratribus & Sororibus* defunctis cantu, ùt vocant, figurali cantatur Missæ Officium, duobus Sacerdotibus sub hoc Officio pro ijsdem defunctis Missam celebrantibus.

21. *Electio nova in Ecclesia S. Mauritij.* Eodem anno 1629. Die 24. Junij in *Fraternitatis* Conventu, è schola in Ecclesiam *S. Mauritij* translatô, per novam electionem

prævio

prævio hymno: *Veni S. Spiritus* musicè cantato, eligebatur in Præfectum Dominus *Thomas Fischer*: in Assistentes *Joannes Grundler* & *Leonardus Lindenmayr*: In Secretarium Dominus *Simon Zech*. Electionem *Hymnus Ambrosianus*, sonora musicâ applaudente, subsequebatur: denique *Fratres & Sorores* adhortabantur ad frequentiorem cultum, quàm hactenus consueverint, *S. Josepho* impendendum.

Eodem ánno 1629. Die 22. Julij Festum *S. Mariæ Magdalenæ* primâ vice cum solenni Missæ Officio, & concentu musico fuit celebratum. Quod etiamnum devotè observatur. 22. *S. Magdalenæ Festum.*

Eodem anno 1529. Die 26. Octobris Illustrissimi S. R. I. Comites *Fuggeri Marcus* & *Christophorus* Fratres, &c. restans adhuc debitum 113. fl. & 27. cr. ex serico damasceno *vexillo* viridis & albi coloris anno 1624. coëmpto, contractum, *Fraternitati* demissè supplicanti remiserunt. Quam munificentiam *Fraternitas* non solùm in publico Conventu promulgavit, & in annalibus adnotavit; sed insuper hujus gratiosi beneficij in omnibus consuetis Divinis Officijs memoriam promisit, nullâ unquam oblivione sepeliendam. 23. *Debiti remissio.*

Anno 1630. Die 2. Junij & die 22. Septembris Fraternitatis *S. Josephi Conventus* in Ecclesia *S. Annæ* instituebatur. Die 29. Decembris iteratò ad Ecclesiam *S. Mauritij* transferebatur. Ubi in hac *S. Mauritij* Ecclesia *Conventus* quosdam, *Fraternitati* incorporatos, de socordia arguebat, nec non per decretum negligentes, albo *Fraternitatis* eradendos, decernebat: diligentibus temporalem & æternam felicitatem, à DEO impetrandam, promittebat, Sanctis *Josepho*, *Maria Magdalena*, & *Gertrude* Virgine patrocinantibus. 24. *Translatio Conventûs ejúsque decretum.*

Anno 1631. die 22. Julij à *Fraternitate S. Josephi* prima & extraordinaria *Processio* ad septem Ecclesias peracta est, annalibus causam hujus *Processionis* nullibi exprimentibus. 25. *Processio ad septem Ecclesias.*

Anno 1632. Die 7. Martij in *Conventu* ordinario, in Ecclesia S. *Mauritij* instituto, 22. Fratres & 17. Sorores 6. florenos, 33. crucigeros, & duos offerebant hoc anno nummos; erátque *Conventus* iste ultimus, 20. die Aprilis *Suecis* urbem occupantibus. 26. *Conventus ultimus.*

Eodem anno 1632. Die 19. Martij *Fraternitas* in Ecclesia *S. Mauritij* Festum *S. Josephi* solenni Missæ Officiô celebravit: nec non die 6. Aprilis *Fraternitati Corporis Christi ad S. Crucem* ad Processionem, in die Parasceves prosequendam, tres florenos contribuit. 27. *Fraternitati Corp. Chr. tres floreni dati.*

Eodem anno 1632 Die 20. Aprilis *Suecis* urbem occupantibus, & 24. Aprilis *Gustavo* Rege *Sueciæ* urbem ingrediente, hoc & se- 28. *Suecorum tempore intermisso.*

F quente

quente anno ordinarij *Conventûs* fuêre intermissa, nec *Fratres* vel *Sorores Fraternitati* adscripti, nec ex Gazophilacio Ecclesiastico oblationes, aut consueti redditus percepti: sacra tamen *Fraternitatis* supellex ad *S. Udalrici* Monasterium, ceu ad locum tutiorem fuit deportata, *Monachis Sanct. Udalricianis* in Civitate persistentibus, omnibus reliquis viris Ecclesiasticis urbe die 19. Maij. 1633. emigrantibus.

29. *Ad S. Udalricum solennitas.* Anno 1634. Die 22. Martij, foribus Ecclesiæ *S. Mauritij* tempore Dominij *Suecici* semper occlusis, *Sanct. Udalriciani Monachi* in sua Ecclesia Festum S. *Josephi* solenni Officio celebrabant, unà cum fundatis Missæ Sacrificijs, aliàs pro Fraternitati *S. Josephi* incorporatis offerri solitis.

30. *Ad S. Salvatorem solennitas.* Eodem anno 1634. Die 11. Aprilis *Monachi Sanct - Udalriciani* è suo Monasterio extrusi, & in Societatis JESU Collegium intrusi, exercitia Catholica in templo *S. Salvatoris* peragebant: ubi 24. Julij *S. Mariam Magdalenam* solenni Missæ Officio honorabant.

31. *Ad S. Udalricum solennitas.* Anno 1635. Die 19. Martij, cùm pridie *Winckelius* Ex-Gubernator *Augustanus* cum *Suecico* præsidio *Augustâ* egressus, eámque *Wallius* cum *Cæsarianis* & *Bavaricis* copijs esset ingressus, in templo *S. Udalrici S. Josephus* musicali venerabatur Missæ Sacrificio, musicis pro suo amœno & placido labore à *Fraternitate* 4. fl. 30. cr. recipientibus.

32. *Conventus Fraternitatis post Suecorum Dominium.* Eodem anno 1635. Die 30. Septembris horâ primâ pomeridianâ in templo *S. Mauritij* iterum *Conventus*, tribus annis intermissus, instituebatur nova cum electione Officialium.

33. *Electio nova.* Anno 1637. Die 20 Septembris in *Conventu* iterum habito per novam electionem Reverendissimus D. D. *Decanus* insignis Collegiatæ Ecclesiæ *S. Mauritij* Præsidens, D. *Simon Zech* Præfectus, *Leonardus Lindenmayr*, & *Georgius Müller* Institor, Assistentes constituti sunt, nec non D. *Samuel Reisacher* in Officio *Secretarij* confirmatus.

34. *Nova ordinatio.* Anno 1638. Die 28. Februarij in Conventu ordinario decisum, & in spirituali exhortatione omnibus *Fraternitati* incorporatis insinuatum est, ne consuetæ oblationes in Sacrario seu in Sacristia, ut hucusque moris erat, deponerentur, sed in Gazophylacium mitterentur.

35. *Electio nova.* Anno 1649. Die 24. Octobris per novam electionem electus est in Præsidentem Reverendissimus, Nobilis & Clarissimus D. D. *Gaspar Zeiller* Episcopus Adramyttenus, &c. in Præfectum Nobilis

D. Mi-

D. Michaël Herzog Episcopatûs Augustani Burggravius: in Assistentes *Simon Zech* & *Melchior Ubelherr*: in Secretarium *D. Joannes Graff.*

Anno 1653. R. P. *Benignus Kibler* S. J. ad *S. Mauritium* Concionator, exhortationis officium in se suscepit, cùm anteà alius è Societate JESU Concionator ad S. *Annam* in conventibus exhortandô perorâsset. 36. *Fraternitatis incrementum.*

Memoratus R. P. *Kibler* magno fervore *Fraternitatis S. Josephi* honorem ac emolumentum promovere occœpit. Arcam quidem usque ad 1. fl. 36. cr. evacuavit, sed ex intentione optima, Divino Numine intentionem benedicente: nam Arca denuò pecunijs cumulata, licèt continuis expensis diminuta, semper tamen ditior fuit reperta, nunquam exhausta, in evidens Fraternitatis *S. Josephi* incrementum.

Anno 1655. Inter cæteros *Fraternitati* nomen dedit Illustrissimus D. D. *Joannes Baptista L. B. de Taxis* &c. Sacræ Cæsareæ Majestatis Veredariorum Supremus Præfectus *Augustæ* & *Rheinhusij*, nec non Serenissimi Ducis Palatino-Neoburgici *Camerarius*, qui confestim sequenti anno 1656. liberali manu sacram *Fraternitatis* thesaurum locupletavit quatuor candelabris argenteis, nec non pretiosô antipendiô ex serico attalico, floribus sericis intermixtim pulchro artificio florentibus, confectô, ejusdémque coloris & artificij casulam, *stolam*, manipulum, velum, & bursam addidit, dônativum centum florenis æstimatum. 37. *Joannis Baptistæ de Taxis munificentia.*

Anno 1657. Præfatus Illustrissimus D. D. *Joannes Baptista L. B. de Taxis* suam charissimam D. D. Matrem, *Neoburgi* piè in Domino, defunctam, transvehi *Augustam*, atque ad *S. Mauritium* ante *Fraternitatis* altare in suo sibi, suæque Prosapiæ apparato sepulchro, sepeliri curavit. 38. *Ejus Mater sepelitur.*

Contigit autem, quòd altè fato Illustrissimo D. D. *Joanni Baptistæ L. B. de Taxis*, apud infirmam ac moribundam charissimam D. D. Matrem *Neoburgi* commoranti, Adm. Reverendus Dominus *Leonardus Mayr* Parochus & Decanus *Neoburgensis* offerret libellum, à R. M. *F. Hieronymo Gratiano de Matre Dei* Carmelitano in vitam & laudem sanctissimi *Josephi* Hispanicè conscriptum, posteà ab *Octaviano* pijssimæ memoriæ Parente Illustrissimi D. D. *Joannis Baptistæ L. B. de Taxis* (ut affirmabat perdictus Dominus Parochus & Decanus) vernacula nostra linguâ donatum, atque per *Christophorum Mang.* Augustæ in turri B. V. MARIÆ anno M. DC. XV. impressum. Hunc libellum zelotes devotionis *S. Josephi* Illustrissimus D. D. *Joan-* 39. *Libellus vitam & laudem S. Josephi continens.*

nes Beptista Neoburgo Augustam secum afferens, R. P. *Benigno Kibler* ad perlegendum, ampliandum, & reimprimendum extradidit, impensis propio ære satisfacturus.

40. *Libellus ampliatur.* R. P. *Kibler* perlectô libellô, succum ex eo extraxit, & quidquid laudis in alijs Scriptoribus repererat, laboriosè congerens, novum quasi librum 35. philyrarum composuit: eúmque 8. iconibus exornatum, in lucem publicam sub sequenti titulo edidit.

PALMA JOSEPHINA;

Das ist:

Leben und Lob deß Hochheiligen Patriarchen Josephi, Christi Nähr-Vatters / und Mariæ Bräutigambs / in Gleichnus deß Palm-Baums / mit sonderem Fleiß beschriben / und auß unterschidlich bewehrten Scribenten / Lehrer- und Vätteren / sonderlich aber auß M. F. Hieronymo Gratiano de Matre Dei Carmeliter-Ordens zusamen / und vorgetragen / auf allerhand Ständ gerichtet / und nutzlich von den Predigeren deß Wort GOttes zu gebrauchen.

Ich will auf den Palm-Baum steigen / und seine Frücht ergreiffen. Cant. 7.

Gedruckt zu Augspurg durch Andream Aperger auf Unser Lieben Frauen Thor. Anno M. DC. LVII.

Illustrissimus D. D. *Joannes Baptista* debitum 284. florenorum ex libri impressione contractum numeratâ pecuniâ expunxit, *Fraternitati* exinde plurimum florescente.

41. *Mutationes & statuta.* Anno 1658. *Fraternitas S. Josephi* Administratorum suorum titulos immutavit, & quidem singulariter titulum *Præsidentis* in *Protectoris*, *Præfecti* in *Præsidentis*, *Assistentium*, in *Assessorum* titulum convertendo: Secretario antiquum suum titulum reliquit, eíque manuensem cum titulo *Expeditoris* adjunxit: post exhortationem Litanias, usque huc unitâ solùm voce recitatas, musicè decantandas ordinavit, atque nonnullas devotiones particulares constituit, quas unà cum omnibus Fraternitatis ordinationibus R. P. *Kibler* in libello sub titulo: *Enchiridion Sodalitatis* anno 1658. impresso, atque anno 1697. reimpresso refert, Reverendissimo ac Celsissimo *Ordinario*, nec non Reverendissimo D. D. *Vicario Generali* libellum approbante, & confirmante.

Acce-

Acceptatis & firmatis ſtatutis, in dicto libello comprehenſis, die 13. Januarij Poſt Drama ex *Lib. Judic. cap. 9.* excerptum, ac in theatro ante medium altaris S. *Salvatoris* erectô, exhibitum, electi ad normam ſtatutorum *Fraternitatis Adminiſtratores* promulgabantur, ut ſequitur: 42. *Drama ante promulgationem.*

PROTECTOR FRATERNITATIS.

Reverendiſſimus, Nobilis & Ampliſſimus D. D. *Gaſpar Zeiller* Epiſcopus Adramyttenus, Reverendiſſimi & Celſiſſimi Epiſcopi Auguſtani Conſiliarius intimus, Proëpiſcopus, & in Spiritualibus Vicarius Generalis, nec non inſignis Collegiatæ Eccleſiæ ad S. Mauritium Decanus. 43. *Promulgatio Adminiſtratorum.*

PRÆSIDENS FRATERNITATIS.

Illuſtiſſimus Dominus, Dominus *Joannes Baptiſta* L. B. de Taxis in *Rottenfels*, Sac. Cæſ. Majeſt. Veredariorum Summus Præfectus *Auguſtæ* & *Rhenhuſij*, Sereniſſimi Ducis Palatino Neoburgici Camerarius.

ASSESSORES FRATERNITATIS.

Prænobilis & Strenuus Dominus *Bartholomæus Veſenmayr* Reipublicæ Auguſtanæ Senator & Conſul, nec non Nobilis, Strenuus ac Clariſſimus Dominus *Erhardus Schreiber* Juris utriusque Doctor, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius, & Reipublicæ Auguſtanæ Advocatus.

SECRETARIUS FRATERNITATIS.

Nobilis Dominus *Theodorus Hayland.*

EXPEDITOR FRATERNITATIS.

Spectabilis D. *Matthæus Simon* ex præſidio Auguſtano & Metator Hoſpitiorum.

Finitâ *Fraternitatis Adminiſtratorum* promulgatione, *Hymnus Ambroſianus* ſubjungebatur, Muſicâ feſtivâ è tribus choris applaudente.

Illuſtriſſimus D. D. *Joannes Baptiſta L. B.* à *Taxis* vix Præſidens conſtitutus, ad honorem S. *Joſephi*, & ornamentum *Fraternitatis* propagandum, quantocyùs manum adjecit: die 16. Martij in templo S. *Mauritij* altare olim à ſuo Illuſtriſſimo D.D. Parente *Octaviano* poſitum (picturâ antiqua altaris ſervatâ) amovit, novum 297. fl. 30. cr. conſtans erexit; atque 176. fl. 30. cr. præſenti ære numeravit; 44. *Ara nova.*

vit: *Fraternitate* ex libro (Palmâ Josephinâ) & veteri altari venditô, restantem 121. fl. summam solvente.

In basi altaris sequens legitur inscriptio aureis litteris formata.

D. O. M.

Sancto Josepho hanc Aram ab Octavianno Patre erectam, illustriorem posuit Filius Joannes Baptista L. B. à Taxis. Anno M.DC.LVIII.

45. *Privilegium altaris.* Anno 1659. Ad septennium fuit impetratum *Breve Apostolicum*, vi cujus quilibet Sacerdos Collegiatæ Ecclesiæ *S. Mauritij* in altari *Fraternitatis* die Sabbatino celebrans, animam cujuslibet *Fratris* vel *Sororis* ex *Fraternitate S. Josephi*, quæ DEO charitate conjuncta ex hac vita migravit, è purgatorij flammis eripere valeat. Confirmatum est hoc *Breve Apostolicum* anno 1707. die 18. Martij ad septenium valiturum.

46. *Electio cum dramate.* Ab anno 1658. ordinarij Conventus, Statuta, in libello *Enchiridij Sodalitatis* contenta, & *Fraternitatis Administratorum* electiones, studiosè fuerunt observatæ. Anno 1663. hoc singulare additamentum accidit, quòd die 22. Julij in *Fraternitatis Administratorum* electione in umbilico Ecclesiæ *S. Mauritij* ante S. Crucis aram sit drama exhibitum, argumento ex *Eccles. cap. 3. omnia tempus habent*, desumpto.

47. *Magistratûs novi electio intermissa renovatur.* Ab anno 1663. electio novi *Magistratûs* singulis quinque annis instituenda, intervenientibus quibusdam impedimentis, non fuit exactè observata. Attamen anno 1695. iterum renovata, atque in hac novi *Magistratûs* electione aliàs jam ante aliquot annos electus constitutus est perpetuus ac constans

PROTECTOR.

Reverendissimus ac Prænobilis D. D. Octavianus Im-Hoff de Spilberg P. A. ad SS. *Mauritium* & *Petrum* respectivè Decanus, ac Canonicus.

PRÆSIDENS seu PRÆFECTUS.

Prænobilis Dominus Joannes Jacobus Im-Hoff P. A. Senator & Ædilis.

ASSESSORES.

Adm. Reverendus, Nobilis ac Clarissimus Dominus Ambrosius Appell, Reverendissimi ac Celsissimi Principis & Episcopi Augu

gustani Consiliarius Ecclesiasticus, ac Sigillifer, & ad *S. Petrum* & *S. Gertrudem* Canonicus.

Prænobilis Dominus Joannes Georgius Straub Episcopi Augustani à Camera Consiliarius, & Quæstor.

Adm. Reverendus ac Prænobilis Dominus Joannes Franciscus Rembold P. A. ad SS. *Mauritium* & *Petrum* Canonicus.

Nobilis ac Spectatissimus Dominus Antonius Egckert, Mercator.

SECRETARIUS.

Prænobilis Dominus Joannes Georgius Meizner J. U. D. & Actuarius Augustanus.

EXPEDITOR FRATERNITATIS.

Spectabilis ac Doctissimus Dominus Laurentius Rieder Cantor ad *S. Mauritium.* 48. *Assistentium numerus augetur.*

In Fraternitatis *Conventu* ante prædictam electionem, ut posthàc quatuor ex Confratribus in Assistentes seu Consultores assumerentur, statutum fuit, & statutum Reverendissimo Vicariatûs Officio oblatum, ac approbatum.

Ceterùm electio novi *Magistratûs*, antehàc vel in schola vel in Ecclesia *S. Mauritij* habita, hoc tempore in ædibus Reverendissimi ac Gratiosi D. D. *Decani* ad *S. Mauritium*, utpote constantis & perpetui Protectoris Fraternitatis *S. Josephi*, instituitur. Vota ab eodem Reverendissimo D. D. *Decano* colliguntur, electorum nomina publicè leguntur, & sequente Dominica vel Festo, pro temporis opportunitate, promulgantur hac cum solennitate. 49. *Fraternitatis S. Josephi Magistratûs modus eligendi.*

Magistratu Sanct-Josephino in Sacrario Ecclesiæ *S. Mauritij*, ejúsque Confratribus horâ primâ pomeridianâ in primùm memorata Ecclesia *S. Mauritij* congregatis, nec non prævia musicâ instrumentali finitâ, præfatus *Magistratus* antecedentibus R. P. Concionatore & Domino Fraternitatis *Capellano*, superpelliciô & stolâ amictis, è Sacrario egreditur, dúmque se in sua consueta subsellia recipit, *Fraternitatis* Dominus *Capellanus* (seu Domini Parochi Sanct-Mauritiani *Cooperator*: hic enim semper Fraternitatis *S. Josephi* officiô *Capellani* fungitur) datâ cum venerabili Sacramento benedictione, illud in ara *S. Crucis* exponit; ordinarius autem R. P. *Concionator* S. J. altâ voce preces consuetas, & ante Conventum dici solitas, subjungit. His absolutis suggestum concionatorium ascendens, post sacram exhortationem ad populum habitam, Confratres Fraternitatis 50. *Et modus promulgandi.*

tatis *S. Josephi* (si novi *Magistratûs* electio & ordinarius conventus eodem die peragantur) illo quarto anni tempore mortuos denunciat. Deîn, sub musica instrumentali repetita, *Magistratus* è subsellijs recedit, Reverendissimo D. D. *Protectore* Fraternitatis in suo loco persistente. Musicis verò suæ symphoniæ breviusculæ finem imponentibus, *D. Secretarius* Fraternitatis ante *S. Crucis* aram nomina Electorum novi *Magistratus* publicè & clarâ voce promulgat. Sequitur *Hymnus Ambrosianus*, oratio à Domino Capellano Fraternitatis *Hymno Ambrosiano* addita, & *benedictio* cum Venerabili Sacramento impertita. Musicis instrumentali musicâ applaudentibus, & actum solennem concludentibus.

51. *S. Josephi Fraternitatis Conventus quatuor.*

Porrò quatuor *Conventus* per annum in Festis *SS. Innocentium*, *S. Matthæi* Apostoli, *S. Annæ* Matris Deiparæ, & SS. Apostolorum *Simonis* & *Judæ* celebrantur, eodem fermè modo, quo electionis novi *Magistratûs* promulgatio primùm fuit descripta. Exceptis quibusdam cæremonijs; nimirum, quòd post exhortationem & mortuorum Confratrum denunciationem à R. P. *Concionatore* S. J. in Cathedra peractam, subjungatur Antiphona *Salve Regina*, *oratio de B. V. MARIA*, & *S. Josepho*, demum *Conventus* concludatur cum iterata Venerabilis Sacramenti benedictione, & Musicorum modulamine.

52. *Electio 1706. habita.*

Anno 1706. In nova & ultima *Magistratûs* electione, modô anteà relatô die 22. Decembris habitâ, constitutus, & die 28. Decembris promulgatus est

PROTECTOR

Reverendissimus, Nobilis ac Clarissimus D. D. Adamus Gressel SS. Theologiæ Doctor, & SS. Canonum Licentiatus, &c. ad *S. Mauritium* & ad *S. Petrum* respectivè Decanus & Canonicus, &c.

PRÆSIDENS seu PRÆFECTUS.

Nobilis & Spectatissimus Dominus Antonius Egckert, Mercator Augustanus.

ASSISTENTES.

Adm. Reverendus Dominus Georgius Hôslin SS. Canonum Licentiatus & Cathedralis Ecclesiæ Chori- Vicarius, Bursarius, & ad *S. Gertrudem* Canonicus.

Spectatissimus Dominus Sebastianus Zimmermann, Senator Reipubl. Aug.

Adm

Adm. Reverendus, Nobilis ac Clarissimus Dominus Joannes Michaël Sembler SS. Theologiæ Doctor, Reverendissimi ac Serenissimi Principis Episcopi Augustani Consiliarius Ecclesiasticus, Pœnitentiarius & ad S. *Mauritium* Canonicus, &c.

Nobilis ac Spectatissimus Dominus Joannes Gischet, Mercator Augustanus.

SECRETARIUS.

Nobilis ac Spectatissimus Dominus Georgius Prost, Senator ac ærarij publici Quæstor.

EXPEDITOR FRATERNITATIS.

Spectabilis ac Doctissimus Dominus Laurentius Rieder, Cantor ad S. *Mauritium*.

Nostrâ ætate plurima sumpsit incrementa & ornamenta Fraternitas ista. Quippe, præterquàm quòd Festum *S. Josephi* solennissimè celebretur cum decem horarum comprecationibus: cum matutinâ & vespertina Venerabilis Sacramenti Benedictione ac expositione: cum ante & pomeridiana concione: cum musicè cantato Missæ Officio, Vesperis, & psalmo quinquagesimo. Insuper crevit in divitem sacram supellectilem, & splendidum altarium & Ecclesiæ decorem, Reverendissimo D. D. Protectore Fraternitatis, aliisque devotis Fraternitati adscriptis pro ampliando sanctissimi Nutritij Salvatoris nostri honore admodòm solicitis. Quare 53. *S. Josephi solennitas ad S. Mauritium.*

1. Ad altaris nitorem duæ tabulæ argenteæ eleganter sunt reparatæ. 2. Aliæ duæ, argenteas icones *Christum* & *B. V. Deiparam* exhibentes, noviter elaboratæ. 3. Quatuor argentea candelabra olim ab Illustrissimo D. D. L. B. à *Taxis* Fraternitati donata, additô argenti augmento, renovata, nec non ad formam, moderno tempore Aurifabrorum arte conformem, redacta. 4. Ex munificentia Nobilis ac Spectatissimi Domini Egckert ad Festum *S. Josephi* & Conventus ordinarios magnificentiùs peragendos ponè S. *Josephi* aram, & circa aræ parietem tapetes suspensi, atque subsellia panno obducta. 5. Ex liberalitate R. D. *Michaëlis Schlageter* Parochi in Langweid sacer Fraternitatis thesaurus argenteo calice cumulatus, qui cum candelabris, tabulis & ceteris ornamentis custoditur in cista, ad hujusmodi supellectilem asservandam destinatâ, atque à Venerabili *Capitulo Sanct. Mauritiano* anno 1701. Fraternitati concessâ. Quibus & alijs Fraternitatis Benefactoribus vivis patrocinante *S. Jo-* 54. *S. Josephi Fraternitatis emolumenta & ornamenta.*

sepho DEUS T. O. M. retribuat seros post annos felicem vitæ exitum, Defunctis verò æternæ felicitatis prœmium.

SECTIO III.

Incunabula & incrementa Fraternitatis S. Mauritij ad S. Mauritium Augustæ.

1. *S. Mauritij Fraternitatis initium.* EOdem anno, quo Fraternitas S. *Josephi* initium sumpsit, nempe 1603. *milites* quoque *Præsidiarij* Augustani ad augendam DEI gloriam, & ad *Sanctorum* suffragium faciliùs impetrandum, statuerunt novam Fraternitatem instituere. Igitur obtentâ, ad hoc propositum pium implendum, à Prænobilibus pro tempore Duumviris D. *Quirino Rhelinger* & D. *Marco Welser* licentiâ, pro singulari suo Patrono *S. Mauritium* fortissimum militem, ac *S. Thebææ Legionis* Ducem, invictissimúmque *CHRISTI* Martyrem elegerunt.

2. *Impetrat pia exercitia in templo S. Mauritij peragenda.* Cùm autem ad hanc Fraternitatem promovendam etiam certâ Ecclesiâ atque altari opus haberent, consultissimum atque optimum fore judicârunt, si Ecclesiam, sanctissimo suo Patrono dedicatam, eligerent. Unde Venerabili Capitulo ad *S. Mauritium* memoriale & supplicationem scriptam demissè obtulerunt, atque sine difficultate obtinuerunt, quod petiêrunt, ut scilicet non solùm statutis temporibus *Conventus ordinarios* in prædicta *S. Mauritij* Ecclesia instituere, sed etiam, assignatô *S. Crucis* altari, suas functiones sacras peragere, uti & in certâ cistâ omnia, quæ ad *Fraternitatem* spectarent, ornamenta perpetuò asservare possent, eâ tamen conditione, ut per hanc benignam *Venerabilis Capituli* concessionem nullum Ecclesiæ aut *Capitulo* præjudicium, aut detrimentum accederet.

3. *Indulgentias Papales plenarias.* Ut verò Fratres Sororésque hujus Sodalitatis seu Fraternitatis majorem animæ fructum perciperent, & salus credentium in dies magìs augeretur, Sanctissimus in Christo Pater Papa *Paulus V.* huic Fraternitati plenarias Indulgentias anno millesimo sexcentesimo septimo benigissimè concessit. 1. Omnibus huic *Fraternitati* inscriptis in die inscriptionis, postquàm verè confessi & Sacratissimâ Communione refecti fuerint. 2. Omnibus Fratribus & Sororibus in articulo mortis, postquàm denuò confessi sacram Sinaxim sumpserint, si verò id propter infirmitatem nimiam, aut debilitatem præstare nequiverint, poterunt tamen plenarias Indulgeetias obtinere,

nere: dummodò contrito corde Sanctissimum nomen JESU ore vel mente pronuntiaverint. 3. Omnibus qui peracta Confessione, & sumpta Sanctissima Communione in Festo Tutelari *S. Mauritij*, vel si legitimè illo die impediti fuerint, in die infra octavam ejusdem Festi à solis ortu usque ad occasum talis diei Ecclesiam *S. Mauritij* & altare *S. Crucis* visitaverint, ibique aliquid devotè oraverint.

4. Sexaginta annorum Indulgentias lucrantur 1. qui in templo *S. Mauritij* Missæ Sacrificijs vel alijs Divinis, vel Conventibus ordinarijs vel privatis corde contrito intersunt. 2. Qui pauperes hospitiô recipiunt. 3. Qui se suis inimicis, vel pacem & concordiam inter inimicos, conciliant. 4. Qui fratres, sorores, vel alios mortuos ad Ecclesiasticam sepulturam prosequuntur. 5. Qui Fraternitatis processiones vel *Venerabile Sacramentum*, quando aut in processionibus, aut ad infirmum portatur, comitantur. 6. Qui infirmitate, aut aliquo impedimentô detenti, auditô campanæ signô orationem Dominicam & salutationem Angelicam pro salute animæ Defuncti aut infirmi (si pro infirmo datur signum) persolvunt. 7. Qui pro Defuncto ex Fraternitate quinquies orationem Dominicam & salutationem Angelicam recitant. 8. Qui peccatorem ad viam salutis reducunt. 9. Qui errantem & ignorantem in fide Catholica instruunt, aut aliud bonum opus exercent. 10. Septem annorum Indulgentijs & totidem Quadragenis gaudent, qui in Festo exaltationis *S. Crucis*, in Festo *S. Georgij* Martyris, & in Festo S. *Martini* Episcopi dictam Ecclesiam *S. Mauritij* & altare *S. Crucis* ibidem devotè orando visitaverint. Est *Quadragena* pœnitentia quadraginta continuis diebus in jejunijs (at non in solo pane & aqua) aut alia afflictione transigenda.

4. *Ac alias non plenarias.*

Conventus ordinarij per annum sunt quatuor, scilicet in Dominicis post quatuor tempora horâ primâ pomeridianâ, qui celebrantur eôdem prorsus modô, *Sectione præcedente* de Conventibus Fraternitatis *S. Josephi* descriptô.

5. *Conventus quatuor per annum celebrat.*

In singulis quatuor temporibus hæc Fraternitas ordinavit, ut pro omnibus fidelibus defunctis, præsertim Fratribus & Sororibus, sicut etiam infra octavam omnium fidelium defunctorum, Officium de Requiem musicè cantetur. Insuper disposuit, ut in Festo Titulari *S. Mauritij* horâ septimâ Officium musicè in honorem sanctissimi sui Patroni celebretur.

6. *Ordinat Missæ Sacrificia cum concentu musico.*

Præterea hæc Fraternitas constituit, ut in Festo S. *Georgij* & *S. Sebastiani* Martyrum, in honorem eorundem, horâ septimâ sacrum legatur. Pari modo quotiescunque Frater vel Soror dictæ Frater-

7. *Et sine concentu musico.*

ternitatis moritur, legitur unum sacrum pro solatio Defuncti vel Defunctæ.

8. *Conformat se in suis functionibus Fraternitati S. Josphi.* Quia verò sæpè dictæ *S. Mauritij* Fraternitati visum est, decentiùs, atque ad augendam DEI gloriam, & fidelium salutem, utiliùs fore, si *Conventus* ordinarij eâdem methodo, quâ Fraternitas *S. Josephi* utitur, deinceps celebrarentur, ut scilicet Concio seu Exhortatio non in sella coram altari *S. Crucis*, sed in Cathedra perageretur: & ab initio & ad finem cum exposito Venerabili Sacramento Benedictio daretur: ut Litaniæ posthàc non solùm recitarentur; sed musicè cantarentur; idcircò anno millesimo septingentesimo decimo Fraternitas hæc, & imprimis ejusdem p. t. electus Præfectus Prænobilis Dominus *Maximilianus Fanz* de *Rittersberg*, &c. Venerabili Capitulo ad *S. Mauritium* demissè supplicavit, ut prædicto modo deinceps *Conventus* celebrandi, licentiam benignè concederet, quod etiam facilè impetravit. Itaque dicto anno 1710. die 16. Martij, in Dominica quatuor temporum Quadragesimæ, prima vice Concio, seu Exhortatio ex Cathedra habita, Benedictio ad initium & ad finem data, & Litaniæ B. V. cantatæ fuerunt, &c. Vid. *Sectio præcedens num. 50. & seqq.*

9. *Plures eligit Officiales.* Fraternitas *S. Mauritij* quolibet triennio in Festis communiter Pentecostalibus *Magistratum renovat*: in renovatione autem Consultorum & Officialium majorem numerum, quàm Fraternitas *S. Josephi* observat. Cùm enim in Officiales plerumque assumantur milites, à frequentandis *Conventibus* sæpe impediti, ut ad excubias agendas non obligati, aliorum obligatorum suppleant vices, plures constituuntur Officiales; sicque *S. Mauritij* Fraternitatis Magistratus nunquam destituitur Officialibus à Fraternitate requisitis.

Anno 1709. in novi Magistratûs renovatione electus est

PRÆFECTUS.

10. *S. Mauritij Fraternitatis electi Officiales.* Prænobilis Dominus *Maximilianus Fanz* de *Rittersberg*, Legionis Cæsareæ supremus Locumtenens, ac Præsidij militaris Augustani Capitaneus.

ASSISTENTES.

Spectatissimus Dominus Joannes Fluehrer Decurio.

Nobilis & Spectatissimus Dominus Joannes Petter Excubiarum Præfectus.

SECRETARIUS.

Spectatissimus Dominus Joannes Ferdinandus Gezfridt, Metator hospitiorum.

SCRI-

SCRIBA.

Spectatissimus Dominus Ignatius Memminger, Decurio.

CONSULTORES.

Spectatissimus D. Andreas Bâhm, Subdecurio.
Spectatiss. D. Mathias Fluehrer.
Spectabilis D. Joannes Volckh.
Spectabilis D. Martinus Starckh.
Spectatissimus D. Joannes Jacobus Stainer, Decurio.
Spectabilis D. Andreas Fraas.
Spectabilis Vir Michaël Engelmayr.
Spectabilis Vir Joannes Petrus Düeths.
Spectabilis Vir Udalricus Stockhart.
Spectabilis D Mathias Elias Baurenschneider.

CUSTODES SACRÆ SUPPELLECTILIS.

Spectatiss. D. Mathias Fluehrer.
Spectabilis D. Joannes Volckh.

INSTRUCTORES TYRONUM.

Spectatissimus D. Ignatius Memminger, Decurio.
Spectabilis D. Mathias Elias Baurenschneider.

CURATORES ALBI.

Spectabilis Vir Michaël Kandl.
Spectabilis Vir Benedictus Widemann.
Spectabilis Vir Leonardus Müller.
Spectabilis Vir Joannes Hayss.

SACRISTA.

Spectabilis Vir Joannes Adamus Bichtel.

COOPERATORES SACRISTÆ.

Spectabilis Vir Michaël Bürckhle.
Spectabilis Vir Nicolaus Ludich.
Spectabilis Vir Georgi' Leinauer.
Spectabilis Vir Joannes Schaffheütl.

DUCTORES PROCESSIONUM.

Spectabilis Vir Casparus Maisinger.
Spectabilis Vir Joannes Sâgmiller.
Spectabilis Vir Joannes Erfurth.
Spectabilis Vir Joannes Hâllstainer.

11. *Vexillum & Castrum Doloris.*

Non omittendum hîc arbitrabar, quòd *Fraternitas* ista proprium *vexillum*, in medio pictum suum Tutelarem *S. Mauritium* repræsentans, in ejus Ecclesia exponat, atque in publicis Processionibus circum-

cumferat, nec non in memorata *S. Mauritij* Ecclesia ante aram *S. Crucis* in Officijs vel Missis de Requiem perelegans *Castrum Doloris* erigat, ornamentis illicò subjungendis decoratum.

Anno 1701. Prænobilis & Gratiosus Dominus *Maximilianus Fanz* de *Rittersberg*, &c. Legionis Cæsareæ supremus Locumtenens ac Præsidij militaris Augustani Capitaneus Fraternitatem *S. Mauritij* ingressus, nec non huiatis Fraternitatis *Præfectus* constitutus, larga ei beneficia præstitit.

12. *Fraternitatem munificâ manus renovat.*

1. Christum de cruce pendentem noviter inargentatum, *crucem* perpolitam, & 2. Novam cum Casside tribus struthionum plumis cristatâ, calvariam ordinavit. 3. Novum cum manubrio seu copulâ ex orichalco gladium *Castri Doloris* sandapilæ imposuit. 4. Scuta quatuor reparata huic sandapilæ affixit. 5. *S. Mauritij* iconem supra gazophylacium Fraternitatis collocatam, 6. Ipsum gazophylacium, 7. Album Sodalium, & 8. *Christi* Crucifixi majus simalacrum cum radijs, ac omnibus ad istius ornamentum pertinentibus, renovari curavit. Denique 9. Velum cæruleum, ex serico multitio recèns confectum, supra memoratum *Christi* simulacrum expandendum, dono dedit, munificus Fraternitatis *S. Mauritij* Benefactor, ejúsque multum labefactæ zelosus Instaurator.

13. *Votum Authoris.*

Ego præfatæ Fraternitati voveo plures munificos hujusmodi Benefactores, nec non cunctis Fratribus, in agone olim luctantibus, *S. Mauritium*, ejúsque Martyrij *Comilitones*, strenuos defensores, & fortes Cacodæmonum propulsatores, ut in extremis positi tales reperiantur, quales Divina Bonitas exigit, & quos suâ gloriâ beare decrevit. Duabus hisce *S. Josephi* & *S. Mauritij* Fraternitatibus hactenus descriptis, & in insigni istius *Sancti* Ecclesia Collegiata institutis, nunc progredior, ad ejus *Præpositos*, *Decanos*, *Canonicos*, &c. pro viribus hinc inde collectos.

SECTIO IV.

Catalogus Præpositorum Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mauritij Augustæ.

1. *Superiores, Canonici, Officiales, & catalogus Præpositorum.*

A Plurimis jam annis Insignis Ecclesia Collegiata *S. Mauritij* solummodò numerat *Præpositum*, *Decanum*, undecim *Canonicos*, & ex his *Custodem*. Præterea habet duos *Provisores*, & septem

Chori-

Chori-Vicarios, atque ex his *Ministrum altaris* seu *Subcustodem* nec non *Bursarium*. Nulla autem Jurisdictio in Canonicos, Provisores, vel Chori-Vicarios competit *Præposito*, sed soli *Decano*, qui hac quoque speciali prærogativa pollet, quòd institutionem ad Decanatûs dignitatem ab ipsómet *Episcopo Augustano* accipiat, prout modernus D. Decanus *Adamus Gressel*, &c. à Reverendissimo ac Serenissimo Episcopo *Alexandro Sigismundo*, finitis Divinis antemeridianis, ex Cathedrali Ecclesia redeunte, & habitu Episcopali etiamnum indutô, in suo Palatio hîc *Augustæ*, totâ præsente & spectante Aulâ, per impositionem *Bireti* fuit institutus die 9. Junij. anno 1706. Ceterùm Catalogus Præpositorum, quot invenire poteram, est sequens.

Præposituram - - - -	*Obtinuit.*
1. *Otto II. Comes Habspurgicus*, etsi sint, qui *Zeringensem* Ducem affirment, Vir summa prudentia & optimis moribus conspicuus, sed homo valetudiniarius, electus in Episcopum Constantiensem anno 1165. præfuit 4. annis obijt 1169. Vid. *cap. 9. ad annum* 1165.	Anno 1155.
2. *Sifridus de Höchstetten*, obijt 1188. cui ab Episcopo *Udalscalco* Comite Eschenlohensi succenturiatus.	1170.
3. *Henricus de Emersacher*, Capitulo Sanct-Mauritianô eligente *Henricum à Brentia*.	1188.
Desiderantur hîc Præpositi per integrum fermè sæculum succedanei.	
4. *Sigefridus de Wittislingen*, Cathedralis Ecclesiæ Decanus. Vid. *p. 1. c. 9. ad annum 1260. fol. 544.*	1265.
5. *Degenhardus Baro ab Helenstein & Haidenhaim*, *Hartmanni* Episcopi Augustani Comitis Dilingensis ex Sorore Nepos, in Episcopum Augustanum electus anno 1300. Rexit annis VII. obijt 25. die Novembris, anno 1307. Vid. *p. 1. cap. 6. ad annum 1300. fol. 256.*	1288.
6. *Gotfridus de Werffnach al. Neiffen*, Rector Ecclesiæ *Weissenbornensis* & Benefactor. Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ. Vid. *p. 1. cap. 10. ad annum 1307 fol. 590.*	1300.
7. *Conradus Comes de Schelcklingen.*	1313.
8. *Rudolphus de Hirnhaim*, Canonicus & Decanus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ. Vid. *p. 1. cap. 9. ad annum 1330. fol. 575.*	1333.
9. *Rudolphus ab Hochenhausen.*	

10. *Con-*

Obtinuit 10. *Conradus Fridbergensis.*

1345. 11. *Eberhardus de Bandeck* Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ
1362. al. Canonicus, Summus Custos, & Capellæ *S. Barbaræ* Fundator.
1386. Obijt Idibus Martij 1396. Vid. *p. 1 cap. 10. ad annum 1370.*

1396. 12. *Burchardus de Eisenberg* seu *Usenberg*, Canonicus & Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Præpositus. Obijt anno 1439. Vid. *p. 1. cap. 10. ad annum 1407. fol. 528.*

1439. 13. *Otto de Schaumberg*, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ 1427. Vid. *p. 1. cap. 10. ad annum 1427.*

1478. 14. *Bernardus Arzet*, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ. 1497. Vid. *p. 1. fol. 611.*

1526. 15. *Wolfgangus Andreas Rem à Kötz*, Patritius Augustanus J.U.D. Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, Decanus, Præpositus. 1580. Vid. *cap. 10. ad annum 1580.*

1585. die 16. *Wolfgangus Franz*, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Ec-
14. Mart. clesiastes. Restaurat ruinosam *S. Mauritij* Præposituram, priscæ venæ Poëta monumentum restaurationis, lapidi solido incisum, & in dictæ Præposituræ domo à dextro latere ædificata positum, his 2. versibus exprimente:

Vilis eram, jam jámque domus subitura ruinam,
VVolfgang Franz sumptu Præpositus renovat.
M. D. LXXXVI.

Vid. *p. 1. fol. 689.*

1588. 17. *Adrianus Bolitanus.*

1588. 18. *Philippus Fugger.* Vid *cap. 10. ad annum 1588.*

1592. 19. *Antonius* S. R. I. Comes à Montfort.

1595. 20. *Ernestus* L. B. *de Wolckenstein*, Cathedralis Ecclesiæ Au-
10. Maij. gustanæ Canonicus 1582. Auditor Rotæ, Canonicus Brixinensis, Decanus Tridenti, ubi obijt die 20. Aprilis 1616.

1616. die 21. *Joannes Baptista Remboldt*, Patritius Augustanus, Præpo-
1. Junij. situs ad *S. Andream* Frisingæ 1613. ibid. Cathedralis Ecclesiæ Præpositus 1618. Vid. *cap. 10. ad annum 1613.*

1627. die 22. *Melchior Kleselius* S. R. E. Cardinalis, Ecclesiæ *S. Stepha-*
9. Aprilis *ni* Viennæ Præpositus. 1578. *Episcopus* ibid. 1602. Obijt Neostadij die 18. Septembris 1630. ætatis suæ ann. 77. Corpus exanime *Neostadio Viennam* advectum in memorata S. *Stephani* Ecclesia ante altare B. V. M. tumulatum quiescit; utramque fortunam expertus, adversam tulit pari animi tenore, quo solebat faventem: dignus *obe-*

lisco,

lisco, quem Viennæ erectum sua cum Inscriptione ad Theoninos dentes retundendos hîc subjicio.

Melchior Kleselius — 2. *Kleselij Melchioris obeliscus.*
Natus Viennæ Anno M. D. LIII.
Obscuris parentibus:
Ut nihil suæ lucis
Debeat Natalium felicitati.
Cùm invidisset ei fortuna
Sanguinis claritatem.
A teneris
Virtutis ac Sapientiæ semitam ingressus,
Nunquam exorbitavit.
In Clerum adlectus
Sacramento se obstrinxit
Catholicæ Veritati
Contra errores decertandi.
Adolescentis eloquentiam
Suspexit Germania.
Vulgus Ciceronem appellavit,
Audivit eum è sacris pulpitis
Ingolstadium,
Adlegit VVratislavia Canonicum
Et Oratorem.
Ambivit Ernestus Austriæ Archidux:
Amplexus est Bavariæ Princeps,
Impetravit Rudolphus II.
Rom. Imperator
Et jussit,
Anno ætatis ejus XXVII.
Ecclesiæ Cathedrali D. Stephani
Præpositum,
Archigymnasio Austriaco Viennensi
Cancellarium præesse.

Utramque dignitatem
Annis tenuit omnino quinquaginta.
Dimidio sæculo ea egit,
Quæ plurium sæculorum
Industriam vincunt,
Memoriam acuunt.
Universitatem Viennensem
Lutheri tabe vitiatam purgavit:
Crembsium ab erroribus vindicavit,
Hippolytopolim Catholicæ Religioni
Restituit:
Neapolim Austriæ innovavit:
Duodecim oppida ad veritatem reduxit:
Plura servavit.
Universæ Austriæ
Ad orthodoxam fidem revocandæ
A Rudolpho II. *præfectus.*
Ut eum virtus efferret gloriosiùs,
Exercuit duriùs.
Tentatus minis, tulit:
Lacessitus injurijs, occalluit;
Lapidibus impetitus
In murum Religionis crevit:
Quæsitus ad mortem
Invenit immortalitatem.
Sui admiratores fecit,
Quos passus est inimicos.
Ut se plurium servaret commodis,
Loysensium rabiem effugit.
Curru inde sub fimo evectus
Miserias Jobi revocavit,
Ut involaret in glorias.
Gemma fuit:

Non ita sub fimo abscondi potuit,
Ut non emicaret splendore.
Ab Aquilinis oculis inventa est
Gemma pretiosa.
In Cæsaris oculos ubi sese infudit,
Illicò descendit in animos,
Episcopus Neostad.
Ac Viennnensis Princeps dictus
Factus est omnium Pater ac Servus.
Ad aulam accitus, ita tractavit humana,
Ut nunquam desereret Divina.
Utilis
Eloquentiâ ad flectendos animos;
Moderatione ad temperandos affectus,
Vehementiâ ad frangendos impetus,
Solertia ad arcana indaganda,
Consiliô ad explicanda implicata,
Prudentiâ ad futura præcavenda.
Sed,
Decumanam ibi expertus est tempestatem;
Ubi ludebat securitas.
Secundis velis ad altum potentiæ evectus
A suis desertus Favonijs
Naufragium fecit.
Perijsse credebatur,
Sed tabulâ Romam devectus
Purpuram retulit,
Sac. Rom. Eccl. Cardinalis creatus.
Vir utriusque Fortunæ,
Alteram tulit fortiter,
Alteram rexit temperatè:
Nunquam illi succumbens,
Nunquam isti velificans.

Cùm meritis implevisset terram,
Cœlo iter intendit ad præmium.
Moriturus
Ex asse Heredem DEUM
Testamento scripsit,
Hanc unam prolem habuit,
Quam in plurimorum
Hominum animis genuit.
Obijt,
Sibi, tempori, ac invidiæ superstes.
Ex austriæ oculis sublatus,
Vivit in animis;
Qui quia sunt immortales,
Nunquam moriturus.

1628. 13. Nov. 23. *Christophorus à Peütingen*, Patritius August. Auditor Rotæ, per resignationem Eminentissimi Cardinalis *Kleselij* Præposituram *S. Mauritij* adeptus. Vid. *cap. 10. ad annum 1628.*

1644. 28. Nov. 24. *Sixtus Fischer* SS. Theologiæ Doctor, Sacr. Cæsar. Majest. Consiliarius, Collegiatæ Ecclesiæ *S. Petri* Dilingæ Præceptor (Decanus) & Parochus. Vid. *cap 6. sect. 2.*

1656. 5. Febr. 25. *Joannes Reinhardus ab Eyb*, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Præpositus 1660. Vid. *p. 1. cap. 8. ad annum 1660. fol 537.*

1683. 5. Octobr. 26. *Bernardus Guilielmus* L. B. de *Leyden*, Dominus in affing, &c. Vid. *p. 1. cap. 10. ad annum 1686 fol. 661.*

1694. 4. Febr. 27. *Quirinus Kunchel* anno 1652. 1. die Februarij in pago *Hechstheim* prope *Moguntiam* nascitur: in Festo Purificationis B. V. MARIÆ die 2. Februarij sacro de fonte renascitur: adolescens ad litreras applicatus, *Moguntiæ* Studijs humanioribus inter suos condiscipulos semper eminuit, in Philosophia primam Baccalaureatûs & Magisterij lauream obtinuit: Juri utrique operam daturus, *Ingolstadium* se contulit, ubi die 24. Decembris anno 1674. ad Institutum Clericorum Sæcularium in commune viventium susceptus, *Frisingæ* anno 1678. die 26. Martij sacro Presbyteratûs ordine initiatur: *Ingolstadio Moguntiam* vocatus à Reverendissimo & Eminentissimo Principe ac D. D. *Anselmo Francisco* Archiepiscopo & Electore in Consiliarium Ecclesiasticum asciscitur, nec non Archiepiscopalis Seminarij

3. Kunchel Quirini epitome vitæ.

minarij ad *S. Bonifacium* Clericis Sæcularibus in communi viventibus tanquam Præses præficitur anno 1679. die 20. Novembris SS. Theologiæ & J. U. Doctor anno 1680. creatus, posthàc per plures annos publicè in Universitate *Moguntina* Studia Juridica magna cum laude docuit, nec minori laude Archiepiscopalis & Metropolitanæ Curiæ *Officialis* seu causarum Ecclesiasticarum *Judex* ordinarius renuntiatus, hanc quoque spartam operosè administravit usque ad annum 1691.

Opulentius animarum lucrum consecuturus, munere Præsidis Seminarij ad *S. Bonifacium* in manus Eminentissimi resignatô, imprimis Parochiam ad S. *Ignatium* Martyrem *Moguntiæ* anno 1682. Dein in Ecclesia Collegiatâ ad *S. Victorem Moguntiæ* ab Eminentissimo Canonicatum ceu perhonorificum additamentum anno 1683. Demùm aliam, nimirum ad *S. Quintinum Moguntiæ* anno 1690. in se suscepit, Parochiâ ad *S. Ignatium* Martyrem relictâ. Verùm sepositâ etiam Parochiâ ad *S. Quintinum*, *Officialatu*, & ad S. *Victorem Canonicatu*, ad majorem operam in convertendis hæreticis, & in confirmandis in fide orthodoxa Catholicis præstandam, anno 1691. mense Augusto, Parochus Catholicus tertius (duo Parochi ex instituto Clericorum Sæcularium in communi viventium assumpti jam antè præcesserant) onus Parochiæ *Heidelbergensis* subjit, à Serenissimo Electore Palatino, ejúsque Reverendissimo ac Serenissimo Germano Fratre *Ludovico Antonio* Ordinis Teutonici Supremo Magistro, & Episcopo *Wormatiensi* in numerum suorum Consiliariorum adlectus, & respectivè Pro-Vicarius Generalis *Wormatiensis* ac Decanus *Heidelbergensis* constitutus.

A Gallis 1693. eversâ & combustâ *Heidelbergâ*, non solùm omnibus etiam proprijs vestibus spoliatur, sed etiam caput imponere ligneo trunco à milite Gallo coactus, ac ultimum ensis ictum expectare jussus, summo vitæ discrimini se submisit. Superatô vitæ periculô ad gravia negotia expedienda *Romam* profectus, atque anno 1694. à Summo Pontifice *Innocentio XII.* Augustanâ Præpositurâ ad *S. Mauritium* donatus, *Româ* anno 1696 *Moguntiam* redux, à Reverendissimo & Eminentissimo Electore Moguntino *Lothario Francisco* in Præsidem Archiepiscopalis Seminarij ad S. *Bonifacium* postliminiò cooptatur, & intimis Consiliarijs Archiepiscopalibus adnumeratus, quâ Visitator Archidiœcesis *Moguntinæ* designatur; cúmque totam penè Archidiæcesin visitando peragrâsset, tum laboribus & negotijs, tum lenta quadam tabe exhaustus, Sacris Ecclesiæ Sa-

cramentis ritè provisus fiduciâ in DEUM plenus, in voluntatem Divinam plenissimè resignatus, actis DEO pro universis beneficijs gratijs, atque datis iteratis imagini *Crucifixi* osculis, in omnium Archiepiscopalis *Seminarij* Alumnorum, & multorum Sacerdotum præsentia, animam DEO commendantium, pijssimè præsidere desiit die 14. Decembris 1701.

4. *Ejus descriptio.* Vir fuit staturâ cum debita membrorum proportione formatâ, magna gravitate unà mira suavitate præditus, suavitate amorem, gravitate reverentiam sibi concilians. Castitate, liberalitate, & præcipua humilitate enituit: quamvis enim esset *Magnatibus* & *Principibus* acceptissimus, in magni momenti negotijs à summis & imis ceu oraculum consultus, eloquentiâ gravissimus, omni doctrinâ Theologicâ speculativâ, practicâ, Asceticâ ac Polemicâ, nec non Juridicâ instructissimus, omnibus virtutibus ornatissimus, cunctis tamen se suavem, mitem, affabilem exhibuit. Suâ suaviloquentiâ, insigni zelo, & peculiari concionandi dono, maximam tum Catholicorum tum Hæreticorum multitudinem ad se traxit, innumeros ad meliorem vitam perduxit, multos in orthodoxa fide confortavit, plurimos hæreticos, atque ex ijs etiam quosdam doctos Prædicantes ad veram fidem convertit. Libros typo subjecit eruditione scholasticâ, Polemicâ, subtilis ingenij acumine, solidè & dilucidè elaboratos. Præ ceteris laudem meretur nobilissimus ille liber Polemicus, sub titulo: *Lilium inter spinas* Moguntiæ 1694. idiomate Teutonico in lucem editus, & approbatus tanquam tanto Authore dignus: imò *quòd* author *nihil ferè ad controversias modernorum pertinens reliquerit, quantumvis difficile & ab alijs fortè prætermissum, quod non tradiderit, admirabili tum sapientiæ tum verborum profunditate, pondere & claritate, nec non exoptata brevitate facilem modum subministrante.*

Post DEUM *Quirinus* tenerrimè *Deiparam Virginem immaculatam* dilexit, quotidianis SS. precibus & exercitijs impensè coluit, elegans altare in Ecclesia, ubi fonte sacro lustratus est, ad ejus honorem suis expensis erexit, cantandas ante illud Litanias Lauretanas singulis Sabbatinis diebus fundavit, devotissimus usque ad vitæ terminum *Mariophilus.*

5. *Et Epitaph.* Reverendissimum *Quirinum* vivum Principes, Magnates, & Summi Antistites æstimaverunt, amaverúntque, Reverendissimus & Eminentissimus *Lotharius Franciscus* Archiepiscopus Moguntinus,

&c

&c. mortuum quoque sequenti honoravit elogiô, metallinis laminis lapidi marmoreo infixis, inscripto.

MEMORIÆ & HONORI

Plurimùm Reverendi, Amplissimi, & Consultissimi Domini Quirini Kunckels SS. *Theologiæ & J.U. Doctoris, Eminentissimi Archiepiscopi ac Principis Electoris Moguntini, &c. Consiliarij Intimi & Ecclesiastici, Protonotarij Apostolici, Semin. S. Bonif. in hac urbe Præsidis Cleric. sæcul. in commune viventium Sacerdotis, Viri uti à prudentia, scientia & consilijs rari, sic ob singularem erga omnes humanitatem, benevolentiam & humilitatem omnibus chari, die 14. mensis Decembris, anno 1701. ætatis suæ 49. annorum in Domino piè defuncti.* C. A. R. I. P.

28. ***Franciscus Georgius S. R. I. Comes de Schönborn & Reichelsberg***, Illustrissimi & Excellentissimi D. D. Melchioris Friderici S.R.I. Comitis de Schönborn & Reichelsberg Domini in Weyler, Heusenstamm & Martinstein, &c. &c. Filius; Eminentissimi ac Celsissimi Joannis Philippi de Schönborn in Archiepiscopum Moguntinensem electi 1647. die 19 Novemb. defuncti 1673. die 12. Febr. *Nepos*: Anno 1682. die 17. Julij ***natus***: Metropolitanarum & Cathedralium respectivè Ecclesiarum, Trevirensis, Spirensis die 18. Januarij 1705. Coloniensis die 27. Junij 17 Junij 1707. *Canonicus*, Insignis Collegiatæ Ecclesiæ ad *S. Mauritium* Augustæ Vindelicorum die 15. Octobris 1701. ***Præpositus.*** Vivat!

Obtinuit 1701.

6. Schönborn Comitis promotiones.

SECTIO V.

Catalogus Decanorum, quot invenire poteram, Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. *Mauritij Augustæ.*

I. Decanorum S. Mauritij Catalogus.

	Decanatum Obtinuit. Anno	*Obijt.* Anno
Henricus Hagenhofen.	1300.	
Sifridus de Ufhausen.	1323.	
Udalricus de Schöneck.	1360.	
Jacobus Kunzelmann.	1492.	

Bartho-

	Decanatum Obtinuit. Anno	*Obijt.* Anno
Bartholomæus Ridler, Decretorum Doctor.	1513.	
Marcus Harder.	1543.	
Martinus Amersee.	1550.	1556. 12. April.
Mathias Kager.	1556. 15. April.	1587. 1. April.
Udalricus Koboldt.	1587.	1589. 12. Junij.
Lazarus Schmidt, Rhainanus.	1589. 17. Junij.	1619. 3. Mart.
Petrus Wall, Episcopus Adramyttenus. Vid. *p.* 1. *class.* 1. *cap.* 7. *ad annum* 1618. *fol.* 507.	1619. 14. Mart.	1626. 5. Junij. resignavit.
Christianus Paul, SS. Theologiæ Doctor. Reverendissimi & Celsissimi Episc. Aug. Consiliari⁹.	1626 16. Junij.	1640. 26. Febr.
Casparus Zeiller Episcopus Adramyttenus, SS Theol. Doctor.	1640. 23. April.	1681. 4. Julij.

Vid. *p.* 1. *cap.* 7. *ad an.* 1645. *f.* 510.

Ubi ejus epitaphium mendosè descriptum, hac correctione emendatum, ita propono legendum.

2. *Zeiller Gaspari epitaphium.* *Hic quiescit laboribus & senio fractus Reverendissimus & Amplissimus D. D. Gaspar Zeiller Episcopus Adramyttenus, anno* M. DC. XXI, *Presbyter ordinatus: anno* XXIII. *in Summum Pœnitentiarium assumptus: anno* XXIV. *Doctorali Laureâ insignitus: anno* XXVII. *de Canonicatu Insignis hujus Collegiatæ Ecclesiæ provisus: anno* XXX. *Vicarius Generalis constitutus: anno* XXXX. *in Decanum electus & confirmatus: anno* XXXXV. *ad suffraganeatum promotus: pientissimè objit die 4. Julij anno* M. DC. LXXXI.

Obtinuit. 1681. 4. Aug. *Octavianus Im-Hoff* de *Spilberg* Patritius Augustanus, Collegiatarum Ecclesiarum *S. Mauritij* & *S. Petri* Augustæ Canonicus, illius Collegiatæ Ecclesiæ per compromissum electus. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1681.

1706. 9. Junij. 3. *Gressel Adami promotiones.* *Adamus Gressel* Meringæ in *Bavaria* die 24. Decembris, *Adamo* Protoplasto dicatâ (idcirco Adamus in Sacro regenerationis fonte nominatus) ab honestis Parentibus anno 1647. prognatus. Literis humanioribus *Augustæ Vindelicorum* absolutis, hîc etiam loci juxta Theologiam Moralem, tanto cum fructu Philosophiam frequentavit,

quentavit, ut ad Magisterij gradum ex Philosophia adipiscendum *Dilingam* profectus, in huiatis Urbis Almâ Episcopali Universitate anno 1667. inter primos Philosophiæ Magistros in catalogi serie collocari promeruerit. Studia autem sublimiora prosecuturus, perstitit *Dilingæ*, ac Illustrissimorum DD. Comitum *Truchsessiorum* S.R.I. Dapiferorum: ibidem studiosorum, aliquot annis Moderator constitutus, per quadriennium SS. Theologiæ, & per quinquennium SS. Canonum studijs non sine præclarâ nominis sui famâ operam impendit. Unde post laudabilissimam ex universa Theologia thesium defensionem; nec non post superata rigida examina & tentamina ex utraque facultate, ex Theologica quidem die 23. Aprilis, ex Canonica autem die 16. Augusti anno 1674. jure merito *Licentiatus* est creatus, denique die 21. Augusti 1699. ipsâ quoque SS. *Theologiæ Laureâ* condecoratus. Duplici memoratô Licentiatûs gradu acceptô, *Dilingæ* adhuc bienniô commoratus, postmodùm die 11. Julij 1678 Parochiam in *Gossheim* Diœcesis Eystetensis obtinuit. Ast extra Diœcesin Augustanam haud diu latere permissus, propediem mense Octobri 1679. illinc evocatus, ac honorificentissimo cum encomio testimonióque dimissus; ad *Capellaniam* Aulicam Dilinganam fuit promotus, atque duobus pòst annis, nimirum 1681. Reverendissimi ac Celsissimi Episcopi *Joannis Christophori*, &c. *Consiliarius* Ecclesiasticus, *Fischalis*, nec non Consistorij *Assessor* renunciatus. Postquàm igitur præfata munera Ecclesiastica laude maximâ peregit: *Bavariam*, *Palatinatum Neoburgensem*, & *Rhætiam*, Diæcesis Augustanæ ad 25. annos Visitatorem Generalem vigilantissimè & prudentissimè egit: Canonicatum ad *S. Petrum* anno 1684. ac Canonicatum ad S. *Mauritium* die 5. Octobris 1693 impetravit, hujus insignis Collegiatæ Ecclesiæ Decanus electus die 9. Junij 1706.

Vir tanto honore dignissimus, DEUM verò pectore amans, humanioribus pariter ac altioribus litteris probè imbutus, vitæ integritate, morum maturitate, regnandi mansuetudine conspicuus, qui pro viribus, quà animi religione quà ingenij eruditione, & domesticæ laudis decôre *Decanatûs* munus præclarè tuetur, atque laudabilissimi *Decani* præconia hoc currente anno 1711. cùm verbo tum exemplo promeretur. Verùm à debitis encomijs hic latiùs recensendis abstineo, gratæ posteritati curæ erit, ut debito honore Reverendissimi D. *Decani* virtutes & gesta celebret. Interim syncero ex animo precor, ut Decanatûs dignitas ei cedat in 4. *Ejus descriptio.*

 omnium

omnium adverſitatum exterminationem, omnium bonorum augmentationem, omnium irruentium malorum defenſionem, denique in deſideratam feliciſſimi finis conſummationem!

SECTIO VI.

I. *S. Mauritij Canonicorũ Catalogus.*

Catalogus Canonicorum, quot invenire poteram, Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Mauritij Auguſtæ.

Obtinuit Anno - - - *Canonicatum.*

1315. Hermannus Sax ex Canonico & Cuſtode S. Mauritij poſtulatus ad Decanatum Eccleſiæ Cathedralis. *Vid. p. 1. cap. 9. fol. 545.*

Ab anno 1500. *Chriſtophorus Mayr.*
Fridericus Fradel.
Joannes Jacobus à Schwangau.
Marcus Schellenberg.
Georgius Berger.
David Morenhaupt,
Udalricus Men.
Simon Scheibenhart, SS. Theol. Doctor.
Chriſtophorus Rummel.
Joannes Melchior Ilſung.
} Poſſeſſ. Canon. ann. incert.

1561. *Sebaſtianus Ulmann* ad Canonicatum & præbendam, per obitum Chriſtophori Mayr vacantes, poſſeſſionem accepit.

1562. *Martinus Schmidt* ad Canonicatum & præbendam, per liberam reſignationem Friderici Fradel vacantes, poſſeſſionem accepit.

1564. *Georgius Müller.*

1566. *Cornelius Harlemus à Roſenthal* ad Canonicatum & præbendam, per liberam reſignationem Joannis Jacobi à Schwangau vacantes, poſſeſſionem accepit.

1569. *Carolus à Peütingen* ad Canonicatum & præbendam, per obitum Marci Schellenberg vacantes, poſſeſſionem accepit.

1572. Nicolaus Elgardus SS. Theologiæ Doctor.

1572. Claudius Chryſoſtomus à Peütingen.

1573. Joannes Henricus Rehlinger ad *S. Petrum* Præpoſitus.

1573. Martinus Hueber.

1573. Wolfgangus Franz SS. Theologiæ Baccalaureus Præpoſitus 1585. ad Canonicatum & præbendam, per obitum Georgij Berger vacantes, poſ-

possessionem accepit. Naturæ concessit die 5. Septembris 1589. Vid. *p. 1. fol. 689.*

Obtinuit Anno

Michaël Dorenvogel Episcopus Adramyttenus ad Canonicatum & præbendam, per obitum Davidis Morenhaupt Sigilliferi vacantes, possessionem accepit. Vid. *pars 1. cap. 7. ad annum 1550. fol. 560.* 1575.

Udalricus Kobolt ad Canonicatum & præbendam, per obitum Udalrici Men vacantes, possessionem accepit. 1576.

Lazarus Schmid (anno 1589. Decanus.) 1577.

Michaël Marius SS. Theologiæ Licentiatus ad Parochiam, Canonicatui unitam, per obitum Simonis Schleibenhardt Theologiæ Doctoris vacantes, possessionem accepit. 1582.

Joannes Melchior Ilsung. 1584.

Joannes Rummel ad Canonicatum & præbendam, per obitum Christophori Rummel vacantes, possessionem accepit. 1585.

Sebastianus Starckh Parochus & Canonicus institutus. 1585.

Fridericus Ilsung ad Canonicatum & præbendam, per resignationem Joannis Melchioris Ilsung vacantes, possessionem accepit. 1586.

Joannes Jacobus Brauch, Doctor. 1587.

Christianus Tripp. 1587.

Christophorus Bechler. 1588.

Jacobus Keckh. 1589.

Petrus Avancinus. 1594.

Possess. Canon. ann. incert. — Ab anno 1600.

Sebastianus Denich, SS. Theologiæ Doctor Episcopus Alminiensis. Vid. *cap. 9. ad annum 1651.*

Christophorus à Peütingen Præpositus 1638. Vid. *cap. 10. ad annum 1668.*

David Millauer.

Philippus Ernestus Im Hoff, Patritius Augustanus.

Mathias Manderus.

Matthæus Schmidt.

Jacobus Renner ab Allmandingen, Canonicus *S. Petri* Augustæ 1624.

Joannes Drexel, Doctor Parochus.

Esaias Leuchart. 1603.

Joannes Oelzius, SS. Theologiæ Licentiatus, Parochus & Canonicus institutus. 1605.

Guilielmus Preüer. 1606.

Joannes ab Esch. 1607.

Obtinuit

1608. Joannes Haidenhofen.

1609. Guilielmus Gailkircher.

1610. Henricus Piscator.

1612. Georgius Gôlz J. U. D.

1615. Petrus Wahl, SS. Theologiæ Doctor, Decanus 1619. Episcopus Adramyttenus. Vid. *p. 1. cap. 9. ad annum 1618. fol. 507.*

1616. Joannes Carolus à Benthaim.

1616. Melchior Riederer Parochus & Canonicus institutus.

1616. Christianus Paulus Doctor Reverendissimi Consiliarius.

1627. Casparus Zeillerus, SS. Theologiæ Doctor, anno 1630. Decanus, Episcopus Adramyttenus. Vid. *p. 1. cap. 7. ad annum 1645. fol. 509.*

1630. *Jacobus Lenicius* ad Canonicatum & præbendam, per liberam resignationem Sebastiani Denichij Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonici, &c. vacantes, possessionem accepit.

1632. *Rudolphus Bechler* ad Canonicatum & præbendem, per resignationem Christophori à Peütingen vacantes, possessionem accepit.

Rudolphus Bechler primùm memoratus munificus in Ecclesiam B. V. M. in campo Lyceo, hierothecam Eucharisticam ibidem exornavit, hâc inscriptione munificentiam deprædicante. Adm. Reverendus Nobilis Clarissimus Dominus Rudolphus Bechler Colleg Eccles. SS. *Mauritij & Petri Augustæ Custos & Canonicus, mysticas has* SS. *Eucharistiæ figuras ex singulari affectu erga P. Martinum obtulit die 6. Septembris 1643.*

2. *Bechler munificus.*

1632. Henricus Frauenrath, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Quatuorvir Canonicus; obijt 1638. *p. 1. fol. 690.*

1634. Philipertus de Taxis.

1634. Joannes Osswaldus de Zimmeren, SS. Theologiæ Doctor, & Juris Utriusque Licentiatus, Summus Pœnitentiarius & Reverendissimi Consiliarius.

1634. Alexius Faber, Doctor ad Canonicatum & præbendam, per resignationem Davidis Millauer vacantes, possessionem accepit.

1635. Joannes Jacobus Ilsung de Kunnenberg.

1636. Martinus ab Ach, SS. Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus 1646. Vid. *p. 1. fol. 645.*

1638. Matthæus Wanner J. U. D. Reverendissimi Episcopi *Henrici* Cancellarius, Canonicus S. Petri.

Tobias

	Obtinuit
Tobias Schiller, Augustanus.	1640.
Magnus Philippus Bez, SS. Theologiæ Doctor.	1645.
Georgius Ludovicus Adam, SS. Theol. Doctor.	1646.
Philippus Henricus Rheter. Obijt 1673. Vid. *p. 1. fol. 690.*	1647.
Georgius Kraus. SS. Theologiæ & SS. Canonum Doctor, Episcopatûs Augustani Pœnitentiarius. Obijt 1669. Vid. *p. 1. fol. 690.*	1652.
Hieronymus Im-Hoff, Patritius Augustanus.	1653.
Joannes Philippus Wanner, Canonicus *S. Petri* Augustæ.	1653.
Joannes Stephanus Weiss, SS. Canonum Licentiatus.	1656.
Ignatius à Schellenberg, Patritius Augustanus.	1659.
Octavianus Im-Hoff de Spilberg, Patritius Augustanus. Decanus anno 1681.	1660.
Carolus Constantinus Im-Hoff, Patritius Augustanus.	1662.
Joannes Franciscus Remboldt, Patritius Augustanus	1669.
Matthæus Schmidt, Canonicus S. Petri Augustæ.	1669.
Franciscus Ziegler, SS. Canonum Licentiatus Parochiæ & Canonicatûs uniti possessionem accepit.	1669.
Joannes Georgius Geiger.	1669.
Joannes Keller, SS. Theologiæ Doctor, Reverendissimi Consiliarius & Fiscalis. Obijt 1673. Vid. *p. 1. fol. 690.*	1669.
Hieronymus Ambrosius Langenmantel P. A. ad Canonicatum per resignationem Philippi Ernesti Im-Hoff possessionem accepit.	1670.
Franciscus Brueder, SS. Canonum Doctor, Canonicatus, per resignationem Mathiæ Manderi vacantis, possessionem accepit.	1671.
Christophorus Schmidt Augustanus, Canonicatûs, per resignationem Matthæi Schmidt vacantis, possessionem accepit.	1672.
Guilielmus Ignatius Lang, SS. Canonum Licentiatus.	1673.
Franciscus Christophorus Schalckh à Reichenfeld.	1674.
Joannes Mauritius de Zimmeren.	1676.
Franciscus Guilielmus Aymair, J. U. D. Serenissimi Pœnitentiarius & Consiliarius. Vid. *p. 1. class. 4. cap. 10. fol. 662. ad annum 1697.*	1682.
Franciscus Octavianus Langenmantel, P. A.	Resign.
Georgius Reinhardus Haim ab Haimhofen.	1691.
Leopoldus Ignatius Langenmantel, P. A.	1692.
Adamus Gressel, SS. Theologiæ Doctor, & SS. Canonum Licentiatus, Reverendissimi Consiliarius & Fiscalis: Decanus anno 1699.	1693.
Wolfgangus Georgius Fridericus Hauser de Gleichenstorff.	Resign.
Joannes Ignatius Flâchel ab Altenburg SS. Canon Licentiatus, Serenissimi Consiliarius & Sigillifer, ad Parochiam & Canonicatum uni-	1700.

unitum ex obitu *Francisci Ziegler* vacantes, & à Reverendissimo ac Serenissimo Episcopo ex jure devoluto collatos, possessionem

Obtinuit accepit.

1701. Joannes Martinus Auer, SS. Theologiæ & SS. Canon. Licentiatus.

1703. Josephus Schwarz Augustanus.

1704. Joannes Michaël Sembler SS. Theologiæ Doctor, Serenissimi Con-Consiliarius & Pœnitentiarius.

1706. Gerardus Guilielmus de Dolberg.

1707. Josephus Ferdinandus Octavianus Im-Hoff. P.A.

1707. Josephus Deocharus Schneidt, SS. Theologiæ Licentiatus.

1708. Josephus Bartholomæus Brentano de Mezzegera.

ANNOTATIO

Ad Insignem Ecclesiam Collegiatam S. Mauritij Augustæ.

3. *Patroni & encœnia.* IN hac Ecclesia præcipui Patroni *S. Mauritius* & Sancti *Thebæi* Martyres venerantur: encœnia Dominicâ ultima Augusti celebrantur.

4. *Ara privilegiata.* Pro Ara *B. V. M.* impetratum est privilegium, vi cujus quilibet Sacerdos, quando in ea cujuslibet hebdomadæ feriâ II. celebrat pro anima, quæ DEO chritate conjuncta ab hac luce migravit, anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragij indulgentiam consequitur. Idem Privilegium ad diem Sabbatinum pro ara S. *Josephi* est obtentum, sed ad solam animam, ex Confraternitate *S. Josephi* defunctam, restrictum.

5. *SS. Reliquiæ.* Anno 1614. & 1631. In Cathedrali templo de Insigni Collegiata *S. Mauritij* Ecclesia publicè populo monstrabantur SS. Reliquiæ sequentes.

1. In Pulchro armario duo magna ossa de Societate S. *Mauritij*.

2. In argentea B. V. MARIÆ icone de ejus lacte, sudariolo, ac sepulchro.

3. In arca deaurata, præter alias quasdam, Reliquiæ de *SS. Martino, Nicolao, & Benedicto*.

4. In duabus alijs arcis inauratis duo sacra Capita de Societate *S. Ursulæ*.

5. In argenteo brachio de *SS. Martino, & Nicolao*.

6. S. Caput de Societate decem millium *Martyrum*.

7. In inaurata arca S. Caput de Societate *S. Gereonis*.

8. In

8. In argentea *S. Michaëlis* icone os S. *Jacobi* Majoris Apostoli.

9. In cruce argentea Reliquiæ de SS. Apostolis *Petro, Paulo, &* *Bartholomæo.*

10. In argento-inaurata arcula de *S. Victore* Costa, Reliquiæ de *SS. Innocentibus*, & SS. Apostolis *Simone Thadæo*, ac *S. Bartholomæo*.

11. In cruce inaurata aliquot particulæ de S. *Cruce*.

12. In brachio obducto argento de SS. *Joanne & Paulo* Martyribus Reliquiæ & plures incognitæ.

13. In argentea *S. Andreæ* icone, pectore tenus elaboratâ, radius seu os de brachio hujus S. Apostoli & plures aliæ Reliquiæ.

14. In argentea B. V. MARIÆ icone pars de sudario *Christi* Domini, & de ejus sepulchro.

15. In capsula quædam Reliquiæ variæ incognitæ.

Ceterùm arcæ, vasa, armaria, &c. cum quibus enumeratæ sacræ Reliquiæ anno 1614. & 1631. in Cathedrali templo publicè populo ostendebantur, vel Marte, vel turbulentissima temporum tempestate, ùt plurimùm sunt perdita: Sanctorum autem Reliquiæ nostra etiamnum ætate in Ecclesia *S. Mauritij* venerationi exponuntur, alijs ornamentis condecoratæ.

CAPUT III.

De Collegiata Ecelesia S. Petri Augustæ.

SECTIO I.

De Ortu & Progressu Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Augustæ.

Collegiata Ecclesia *S. Petri Augustæ* propè *Curiam* in colle, *Perlach* nuncupatô, ad forum piscarium sita, primum Fundatorem ignorat, pro suo secundo Fundatore veneratur *Schwiggerum II.* 1. *S. Petri Ecclesia Collegiata Augustæ.*
Schwiggeri I. al. *Schwigkeri*, Comitis à *Balzusa* ex *Saxoniæ* Ducatu, Civitatis & Provinciæ *Augustanæ* Præfecti (ob desponsatam sibi *Bertham Addgotzij* ultimi Comitis *Schwabeggensis* Filiam Comitatum *Schwabeggensem* uxoris nomine obtinuit) Filium, qui

Anno

2. *Dotatur, & consecratur.* Anno 1064. Pro Præposito & tribus Canonicis, honestè sustentandis, prædia, villas, & mancipia in *Lamating* & *Rauna* donando, præfatam Ecclesiam Collegiatam *S. Petri* dotavit, eámque *Embrico* Comes à *Leiningen* Episcopus Augustanus, hujus Ecclesiæ dotatæ Promotor, in honorem *S. Petri* Principis Apostolorum anno 1067. consecrans, unâ Capellam *S. Felicitati* Viduæ & Martyri dedicavit.

3. *Fundatoris sepulchrum.* Anno 1074. In Ecclesiæ à se dotatæ umbilico conditur tumulo, à terra elevato, corpus exanime *Schwiggeri II.* cum tali inscriptione:

4. *Epitaphium.* *Anno Domini* M. LXIIII. III. *Kal. Junij hæc Ecclesia dotata est per Nobilem Dominum Schwiggerum Comitem de Balzausen residentem in Schwabegg. Qui obijt* M. LXXIIII. *2. Idus Aprilis, cujus ossa in hac sunt recondita fossa.*

Insignia Fundatoris.

5. *Epitaph. II.* *In eadem Ecclesia Collegiata* S. Petri *hæc lapidi incisa legitur memoria. Hic situs est Dominus Schwigger Illustris Comes in Baltshausen & Schwabek una cum Domina Berta nobilissima conjuge sua, qui hanc ditaverunt Ecclesiam.*

Anno P. Chr. N.

Millesimo sexagesimo septimo.

Ibidem conspicitur sequens sepulchralis inscriptio:

6. *Epitaph. III.* **Da ligen begraben der Edl und frum Herr Schweigger Graf zu Baltzhausen / sambt seinem Ehe-Gemahl Frau Bertha / etc. Diser Graf hat** anno Domini M. LXVII. **dise Kirchen / so vor vil Jahren zuvor abgebrunnen / widerum erbauen / und mit vil Gut begabt / denen GOTT Genadt.**

7. *Inscriptiones sibi opposita interpretantur.* Adductæ inscriptiones sibi ipsis adversari videntur, primâ ex illis anno 1064. duabus posterioribus anno 1067. Ecclesiæ *S. Petri* dotationem eloquentibus. Verùm ex 1. *p. class.* 1. *sect.* 8. *fol* 97. benigna cum interpretatione exponendæ sunt; nimirum quòd annus 1064. Ecclesiæ *S. Petri* jacta fundamenta, annus autem 1067. eandem Ecclesiam in sua perfectione absolutam referat: *Embricone* Episcopo Augustano hoc ipso anno 1067. *S. Petri* Ecclesiam consecrante.

Defla-

Deflagrat memorata Ecclesia Collegiata cum majore parte suburbij *S. Jacobi* repentinis ignibus die 20. Aprilis anno 1151. 8. *Ruina.*

Concidit reædificata, pluribus oppressis hominibus, subitaneo casu anno 1182.

Dotatur ab *Eginone* Præposito hujus Collegiatæ Ecclesiæ redditibus pro alendo *IV. Canonico* anno 1299. & pro alendo *V. Canonico* anno 1330. 9. *Et fundatio pro 2. Canonicis.*

Suspenditur anno 1338. al. 1348. in *S. Petri* turri seu Campanili campana classica (Sturm-Gloggen) ad populum in gravissimis incendiorum vel hostilium armorum periculis convocandum destinata: his tamen temporibus nunquam per annum pulsatur, nisi in Magistratûs renovatione, & in ferenda capitali sontium sententia. Fuit hæc campana classica ab *Hugone* cive *Norinbergensi* fusa, atque alteri minori ac viliori confractæ substituta, ponderátque 40. centipondia. 10. *Campana Classica.*

Anno 1371. *Sebastianus Ilsung* Patritius Augustanus ad vicinam sibi Ecclesiam S. *Petri*, assignato certo salariô, constituit antiphonam *Salve Regina*, singulis diebus Sabbatinis finitis Vesperis decantandam, titulô *Ilsungici Salve* hodiedum remanente. 11. *Ilsungicum Salve.*

Ponitur statua *Deiparæ Virginis* sat magna (moderno tempore extra templi *S. Petri* chorum, ad pilam seu columnam collocata, ex cornu epistolæ cernitur) à *Sebastiano Ilsung* anno 1474. Postmodùm à *Joanne & Felice Ilsung* restauratur 1620. Deinceps exornatur à *Joanne Melchiore Ilsung* Reipublicæ Augustanæ Duumviro 1670. 12. *Statua B. V. M.*

Ponitur alia statua *S. Petri* Apostoli (de facto statuæ priori è regione respondens) ab *Octaviano Secundo Fuggero* anno 1581. Posthàc ab Hæredibus *Fuggeris* renovatur 1625. Collegiô *S. Petri* eandem statuam condecorante 1683. 13. *Statua S. Petri.*

Suspenditur anno 1410. in præfata S. *Petri* turri alia campana, vulgò horaria appellata, mille pondo librans. 14. *Campana.*

Tegitur eadem turris plumbeis laminis antehàc imbricibus operta anno 1435. al. 1406. Erigitur altior ex sectis lapidibus anno 1526. Absolvitur turris cum globo deaurato eidem imposito, 5. siliginis modios capiente 1527. Instruitur horologio rotali, duabúsque campanis eodem anno. 15. *Turris.*

Obteguntur cupro fornices Institorum (Canonicis vehementer obnitentibus) circa templum S. *Petri* & turris 1531. & 1533. 16. *Institorum fornices.*

Exornatur sæpè dicta turris horologijs sciathericis à Mathematico *Christophoro Schissler* & à Pictore *Georgio Sorg* anno 1561. 17. *Horologium*

18. *Ara Princeps.* Fundatur Princeps in Ecclesia altare ex munificentia *Antonij Jacobi Fugger*, nec non hujus Collegiatæ Ecclesiæ *Præpositi* anno 1624.

19. *Ara S. Josephi.* Fundatur altare S. *Josephi* ex munificentia *Ignatij de Schellenberg* Patritij Augustani, & hujus Collegiatæ Ecclesiæ *Præpositi* anno 1696.

20. *Ara D. Pauli.* Fundatur altare D. *Pauli* Apostoli ex munificentia Adm. Reverendi Nobilis & Clarissimi Domini *Adami Gressel* SS. Theologiæ Doctoris & SS. Canonum Licentiati, Reverendissimi & Serenissimi Episcopi Augustani Consiliarij, Consistorij Assessoris, & Fiscalis, nec non Collegiatarum Ecclesiarum *S. Mauritij* & *S. Petri* Canonici, nunc illius etiam Decani.

21. *Lampas argentea.* Ditatur Sacrarium lampade argentea, & hierotheca Evcharistica ex eodem metallo ex munificentia Adm. Reverendi Nobilis & Clarissimi Domini *Ambrosij Appell*, SS. Theologiæ Licentiati, Reverendissimi & Serenissimi Episcopi Augustani Consiliarij & Sigilliferi, nec non Collegiatarum Ecclesiarum *S. Petri* & *S. Gertrudis* Canonici anno 1696.

22. *Ara B. Virginis.* Fundatur altare B. *Virginis de bono consilio* ex munificentia Adm. Reverendi Prænobilis & Eruditissimi Domini *Hieronymi Ambrosii Langenmantel* Patritij Augustani, *S. Mauritij*, & Collegiatæ hujus Ecclesiæ Canonici anno sæculari 1700.

23. *Ara Christi.* Fundatur eodem anno 1700. altare *Servatorem* nostrum, in olivarum monte luctantem, & ab Angelo confortatum, venustissimè Italico penicillô elaboratum, exhibens, ex munificentia Nobilis & Strenui Domini *Antonij Egckert* Mercatoris Augustani, & hujus & aliarum Ecclesiarum Dotatoris munificentissimi, atque immortali memoriâ dignissimi.

24. *Egckert munificentia.* In Ecclesia PP. Soc. JESU splendidissimam aram *S. Francisco Xaverio* sacram posuit; Cathedram concionatoriam erexit, nec non ad ejusdem Ecclesiæ instaurationem & decorem suppetias liberalissimas suppeditavit. Apud *PP. Carmelitas* artificiosissimam aram, Christi sepulturam repræsentantem, construxit. Ad Sacellum magnificum, ab Anglici instituti domicellis extructum, insuper ad puellas in domo pauperum sustentandas, adjumentum pecuniarium opulentum contulit: huiatis pauperum domûs potiùs Fundator quàm Dotator dicendus. *S. Udalrici* sacrario casulam seu amictum sacerdotalem locupletissimum intulit; idémque *S. Udalrici* sacrarium alijs sex aurô filatis pretiosissimis amictibus Sacerdotalibus locuple-

cupletavit, tot additis bursis, velisque ad calicem aptandis. Ad templum *S. Afræ* in campo *Lycio* exornandum 200. florenos contribuit, atque vix ulla sacra ædes vel in urbe vel extra urbem peregrinationibus celebris reperietur, ubi non ejus liberalitatis aut devotionis monimentum conspicietur. Prætereà fundavit pro infirmis in *Xenodochio peregrinantium* ad eorum solatium tres Missas hebdomadatim legendas. Fundationem fecit pro 4. studiosis in domo S. Josephi: pro 3. puellis apud Anglici instituti Domicellas, & pro 3. Catholicis civium infantibus in Orphanotrophio alendis. Constituit in Gymnasio PP. Soc. JESU pro Studio Polemico Professorem ordinarium, ac ex eadem Societate Concionatorem in Ecclesia Monialium Monasterij ad Stellam, quot diebus Festis & Dominicis perorantem, nec non in Ecclesia PP. Prædicatorum Prædicatorem Christianam doctrinam per hebdomadam semel exponentem, assignatis stipendijs.

Denique *Antonius* præter eleëmosynas in quotidianos egenos ostiatim mendicantes, & in domesticos inopiâ laborantes, liberalissimè dispersas, per testamentum pijs causis ac pauperibus omnium bonorum suorum dimidiam (non mediocris opulentiæ) partem legavit. *Dum tempus habebat, operans bonum, & bonum (Galat. 9.) faciens, non deficiebat* liberalitate, sed solo corporis robore, quod post graves renum dolores patientissimè perpessos, Sacramentis omnibus ritè munitus anno 1711. die 6. Februarij terræ mandandum reliquit, animâ ad recipiendos thesauros, per manus pauperum in cœlum deportatos feliciter, ùt pie ominari licet, avolante. 25. *Et testamentum.*

Funus ad Ordinis *PP. Prædicatorum* Ecclesiam deportatum, in hypogeo *Egckhertino* sepultum est. *Antonij Egckhert* vitæ compendium complectitur sequens epitaphium.

Vivis *Curam*

Cœli 26. *Ejus epitaphium.*

Mortuis *Curiam.*

Siste Viator

Lege & luge.

Heu! Cecidit Urbis nostræ Augustanæ Corona,

Civium sanè Columna,

ANTONIUS EGCKHERT.

 Ætate

Ætate 59. annorum,
Senior cumulo Meritorum,
QUI
Zelo pietatis omnibus præluxit,
ET
Vitam planè insontem duxit,
DILEXIT
Decorem Domûs Domini.
Si nos taceamus,
Clamant Templa, Ornamenta, Monumenta.
Crevit cum eo Misericordia,
Ut dicere licuerit,
Pater eram pauperum, oculus cæco, pes claudo.
Profuit cunctis
Consilio, auxilio, solatio.
Erat
In moribus gravis, at conversatione suavis.
Mercator dives, non avarus.
Divitiarum verus Dominus, non servus.
Haud tenax terrenorum Amator,
Sed fidelissimus Dispensator,
Sic, quod miraculo par est,
Transivit per bona temporalia,
Ut non amitteret æterna.
Verbo.
Obijt, & abijt
Exemplar bonorum, Decus Mercatorum,
Patronus Religiosorum,
Exornator Sacrorum, Fundator Piorum,
Pauperum Christi quotidianus Refocillator.
Dixisse, ANTONIUM obijsse,
Est nimiùm dixisse, luxisse nunquam.

At tu Viator
Sis æmulus ANTONII imitator.
Sin es Mercator,
Disce mercari, disce cœlum lucrari,
Admirare, imitare, precare.
Quid?
Qui luxit coram hominibus,
Luceat corom DEO & Angelis
In perpetuas æternitates.
LaCrIMabVnDVs reLege.

Porrò Ecclesiæ S. Petri Sacrarium ditatur argenteis quatuor candelabris ex munificentia Adm. Reverendi Prænobilis & Eximij Domini *Ferdinandi de Buecholz* Canonici Capitularis (fabricâ Ecclesiæ aliquatenus concurrente) anno 1701. Et eodem anno ditatur Sacrarium alijs duobus argenteis candelabris ex munificentia Adm. Reverendi & Prænobilis Domini *Francisci Remboldt* Patritij Augustani. 27. *Candelabra argentea.*

Est etiam Sacrarium thuribulô & navicula argenteis, amictibus Sacerdotalibus, aliísque, pro Missæ Sacrificio decenter celebrando, requisitis sufficienter instructum. Ipsum quoque templum ad partem anticam est pario marmore stratum, novo perpulchro *Servatoris* nostri sepulchro, ad diem *Parasceves* erigendo, adornatum, nec non ceteris ornamentis, ad devotionem attrahentibus, apparatum. 28. *Et alia ornamenta.*

Ceterùm habet prædicta Ecclesia Collegiata *S. Petri Præpositum*, & quinque *Canonicos* Presbyteros, ejúsque *Præpositus* specialibus & insignibus pollet prærogativis. 1. *Præpositi* dignitas est præcipua in sua Collegiata Ecclesia. 2. *Præpositus* gaudet privilegiô conferendi Canonicatus suæ Ecclesiæ Collegiatæ alternativè cum Sede Apostolica. 3. Recipit redditus & proventus separatim à Capitulo. 4. Habet sub sua jurisdictione subditos sibi obligatos ad præstandum homagium seu fidelitatis juramentum, uno vel duobus DD. Canonicis de Capitulo *S. Petri* præsentibus. Imò 5. Habet Vasallos etiam *Nobiles*, qui investituram bonorum (inter quæ Arx & Oppidum *HochenRanna* numeratur) sub feudali qualitate existentium, petere, & fidelitatis juramentum memorato D. *Præposito* præstare tenentur. 29. *Præpositi prærogativæ.*

Collatio autem *Præpositura S. Petri* primitùs Reverendissimo *Episcopo* Augustano jure pleno competebat: attamen anno 1548. per concordata Nationis Germanicæ, cum *Nicolao V.* inita, jus conferendi *Præposituram S. Petri* Romano Summo Pontifici cessit; nihilominùs possessio *Præpositura* vel Canonicatûs Ecclesiæ Collegiatæ *S. Petri*, tantummodò per Seniorem & Canonicos legitimè confertur, post solitum ipsi *Capitulo* juramentum præstitum.

SECTIO II.

30. *Præpositorũ S. Petri Catalogus.*

Catalogus Præpositorum Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Augustæ.

Obtinuit - - - - *Præposituram.*

Anno 1150. 1. RUpertus, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ anno 1145. Vid. *p. 1. fol. 585.*

1248. 2. Wernherus, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ & Summus Custos anno 1238. Vid. *p. 1. fol. 588.*

1252. 3. Hildebrandus de Rechberg, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ, & Summus Custos anno 1245. Vid. *p. 1. f. 588.*

1273. 4. Bero, al. Henricus (ex litteris datis Augustæ anno 1273.) de Rechberg, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ anno 1260. Vid. *p. 1. fol. 588.*

1299. 5. Egino Comes de Schelckingen, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ anno 1286. Fundator reddituum pro duobus Canonicis, honestè imposterùm sustentandis.

1343. 6. Fridericus de Thirnheim.

1360. 7. Burchardus Comes ab Oettingen al. Tettingen, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ anno 1376. Vid. *p. 1. f. 594.*

1388. 8. Bertholdus Truchsess à Kielenthal, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ, & Præpositus in Habach anno 1388. Vid. *p. 1. cap. 9. fol. 546.*

1407. 9. Nicolaus de Gumpenberg, Præpositus Frisingensis Ecclesiæ Cathedralis, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ anno 1405. Vid. *p. 1. fol. 596.*

1430. 10. Joannes Guerlich, Doctor, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ, & Summus Custos. Vid. *p. 1. cap. 10. class. 1. fol. 598.*

11. Al-

Obtinuit

11. Albertus de Rechberg. 1454.

12. Joannes Gossoldt, DD. Licentiatus, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ, de quo vide annum 1462. *p.* 1. *cap.* 10. *class.* 2. *fol.* 602. 1472.

13. Theodoricus Mayr, DD. Licentiatus, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ anno 1475. Præpositus Eystettensis 1474. Obijt 1507. 1484.

14. Udalricus de Aresingen, Doctor. 1490.

15. Joannes Fitzlaw al. Teusensaus, Ecclesiarum Cathedralium Augustanæ & Eystettensis Canonicus, Plebanus in Straubingen, & Fundator beneficij SS. *Wolfgangi* & *Onuphrij* in Ecclesia Augustana Cathedrali. Vid. *p.* 1. *cap.* 10. *class.* 2. *fol.* 605. 1492.

16. Paulus Koler, Licentiatus. 1496.

17. Otto Müelich Doctor, cui tanquam Præposito & Domino in Lamatingen, subditi Lamatingenses homagium præstiterunt die 24. Februarij anno 1499. 1499.

18. Marcus Fugger, Georgij & Reginæ Im-Hoff Filius. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1506. 1506.

19. Lucas Im-Hoff Patrititius Augustanus. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1512. 1512.

20. Joannes Dietenhamer, veteris Capellæ Ratisbonæ Præpositus. 1531.

21. Henricus Rehlinger Patritius Augustanus. Vid *cap.* 10. *ad annum* 1532. 1532.

22. Matthæus Rehlinger Patritius Augustanus. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1540. 1540.

23. Christophorus Rehlinger Patritius Augustanus. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1547. 1547.

24. Quirinus Rehlinger Patritius Augustanus. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1566. 1566.

25. Joannes Henricus Rehlinger Patritius Augustanus. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1576. 1576.

26. Victor Rhelinger Patritius Augustanus. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1593. 1593.

27. Hieronymus Fugger. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1600. 1600.

28. Marcus Fugger, Canonicus Passaviensis. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1611. 1611.

29. Antonius Jacobus Fugger, Canonicus Passaviensis. Vid. *cap.* 10. *annum* 1624. 1624.

30. Ca-

Obtinuit

1651. 30. Carolus Ferdinandus à Muggenthal, Dominus in Waal, Canonicus Salisburgensis & Passaviensis. Obijt anno 1684.

1664. 31. Joannes Casparus Remboldt de Neusess Patritius Augustanus. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1664.

1668. 32. Ignatius Schellenberger Patritius Augustanus, Canonicus ad *S. Mauritium* 1659. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1668.

1696. 33. Franciscus Antonius L. B. de Im-Hoff Augustanus. Vid *cap.* 10. *ad annum* 1696.

31. *Catalogus Canonicorũ S. Petri.*

SECTIO III.

Catalogus Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri Augustæ.

Obtinuit - - - *Canonicatum.*

1247. Henricus Zusmerhauer.
1299. Landolphus Canonicus.
1300. Henricus de Heinhoven, ædificavit domum antiquam.
1300. Conradus de Heinhoven, Primus 4. Canoniæ.
1330. Conradus Pileator, Primus 5. Canoniæ.
1406. Albertus de Hirnberg.
1407. Nicolaus Bidermann.
1407. Joannes de Kirchhaim, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Chori-Vicarius. Vid. *p.* 1. *fol.* 667.
1407. Petrus Kessler.
1407. Jodocus Menchingen.
1407. Conradus Ruhinger.
1410. Nicolaus Nagengart.
1424. Henricus Buell.
1438. Joannes Aman de Edelstetten.
1438. Joannes Medicus.
1440. Conradus Seiboldt.
1442. Erhard Reittenawr.
1442. Conradus Koch, sepultus in Capella.
1442. Udalricus Rollstetter.
1442. Joannes Jäger.
1455. Joannnes Schuchmayr.

	Obtinuit
Joannes Sigmayr.	1470.
Andreas Gossolt.	1471.
Udalricus Pister.	1471.
Joannes Westermayr.	1471.
Joannes Rueff.	1471.
Joannes Ziegler.	1471.
Henricus Schram.	1472.
Joannes Pfister.	1507.
Leonardus Mayr.	1508.
Joannes Altensee, Licentiatus, Reverendissimi Vicarius, &c.	1520.
Conradus Gag.	1520.
Henricus Vittel.	1521.
Joannes Bauknecht.	1526.
Leonardus Henhover.	1526.
Valentinus Gossoldt.	1526.
Joannes Winckler, Doctor.	1527.
Franciscus Rotthuet, Doctor.	1528.
Udalricus Eckstein.	1532.
Christophorus Baumgartner.	1535.
Leonardus Oberhauser.	1535.
Symbertus Morenhaupt, Reverendissimi Sigillifer.	1542.
Hector Mielich.	1544.
Joannes Laimann, Reverendissimi Suffraganeus & Officialis. Vid. *p. 1. fol. 504.*	1545.
Theophilus Rem Doctor, & Canonicus Cathedralis Ecclesiæ. Vid. *p. 1. fol. 618. & 619.*	1550.
Udalricus Sigmayr.	1550.
Bernardinus Hirschman, dictus Abbat.	1550.
Vitalis Stimpflin.	1550.
Stephanus Closner.	1551.
Antonius Schwarz.	1565.
David Morenhaupt, Reverendissimi Sigillifer.	1565.
Sebastianus Ulmann, Reverendissimi Sigillifer.	1571.
Bernardus Messenhauser.	1571.
Georgius Miller, Canonicus ad S. Mauritium.	1576.
Michaël Dorenvogel, Doctor, Suffraganeus. Vid. *p. 1. fol. 506.*	1581.
Udalricus Koboldt, Decanus S. Mauritij.	1581.
Claudius Chrysostomus à Peüting.	1581.
Georgius Sackel, Doctor.	1586.

1588. Joannes Elsnerus, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Chori-Vicarius, & Reverendissimi Episcopi Sigillifer, obijt 1598. Vid. *p.* 1. *fol.* 669.

1590. Bernardus Klingenstain, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Chori-Vicarius, & Capellæ Magister. Vid. *p.* 1. *fol.* 671.

1600. Joannes Götz, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Chori-Vicarius. Vid. *p.* 1. *fol.* 672.

1601. Georgius Cæsar, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Chori-Vicarius. Vid. *p.* 1. *fol.* 672.

1602. Joannes ab Esch, Canonicus ad S. Mauritium.

1610. Joannes Jacobus Brauch Doctor, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ anno 1612.

1610. Jacobus Gretner.

1615. Wolf. Ernestus Gruner, Doctor. Vid. *p.* 1. *fol.* 691.

1616. Georgius Burckart, Doctor.

1617. Michaël Schmidtner, SS. Theologiæ Licentiatus, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Chori-Vicarius, Pœnitentiarius & Sigillifer. Vid. *p.* 1. *fol.* 673.

1619. Andreas Tandler, quondam Parochus all' anima in *Roma*.

1624. Jacobus Renner de Allmandingen, Canonicus ad S. Mauritium.

1624. Alexius Faber, Doctor.

1625. Joannes Ludovicus Hueber.

1627. Joannes Bruchmayr, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus, Sigillifer. Vid. *p.* 1. *fol.* 676.

1627. Joannes Jacobus Reitter.

1634. Martinus ab Ach, Doctor, Canonicus SS. Mauritij & Gertrudis, postmodùm Canonicus Summi Templi 1646.

1635. Henricus Frauenrath, Canonicus S. Mauritij. Vid. *p.* 1. *fol.* 690.

1637. Rudolphus Bechler, Pat. Aug. & Canonicus ad S. Mauritium. 1632.

1638. Matthæus Wanner, J. U. D. Reverendissimi Episcopi Augustani Cancellarius & Canonicus S. Mauritij. 1638.

1642. Thomas Miller, Cathedralis Capituli Augustani Bursarius & Notarius. Vid. *p.* 1. *fol.* 675.

1653. Joannes Engler, Summi Templi Chori-Vicarius & frugum Præfectus, qui per resignationem D. *Martini ab Ach* hunc Canonicatum in Curia Romana obtinuit, & possessionem 28. Augusti accepit. Vid. *p.* 1. *fol.* 677.

Joan-

Obtinuit

Joannes Philippus Wanner Pat. Aug. qui per resignationem D. sui Cognati *Matthæi Wanneri* hunc Canonicatum adeptus est, & possessionem obtinuit die 16. Septemb. 1653.

Georgius Thomas Pader, Summi Templi Chori-Vicarius, obtinuit Canonicatum D. *Volcardi Gruneneckh* Hollandi in Curia Romana. Vid *p. 1. fol. 681.* 1654.

Philippus Henricus Rether, Doctor, Canonicus ad S. Mauritium. Vid. *p. 1. fol. 690.* 1656.

Georgius Mayr, Parochus in Oberhausen. 1658.

Matthæus Schmidt, Canonicus ad S. Mauritium. 1659.

Hieronymus Ambrosius Langenmantel de Westen Pat. Aug. & ad S. Mauritium Canonicus, ac Senior. 1666.

Octavianus Im-Hoff à Spilberg, Pat. Aug. & ad S. Mauritium Decanus. 1671.

Ambrosius Appell, SS. Theologiæ & SS. Canonum Candidatus, Celsissimi Principis Sigillifer, ad S. Gertrudem Canonicus. Vid. *p. 1 fol. 684.* 1673.

Joannes Franciscus Remboldt de Neuseß Pat. Aug. ad S. Mauritium Canonicus. Vid. *p. 1. fol. 693.* 1678.

Adamus Gressel SS. Theologiæ Doctor, & SS. Canonum Licentiatus, ad S. Mauritium Decanus. 1684.

Ferdinandus Adrianus à Buechholz. 1696.

Joannes Martinus Auer, SS. Theolog. & SS. Canonum Licentiatus. 1699.

Joannes Franciscus Schenfeldt, SS. Theologiæ Candidatus. 1705.

Joannes Ignatius Flachel ab Altenburg, SS. Can. Licent. Serenissimi Consiliarius & Sigillifer, Canonicus ad *S. Mauritium.* 1707. 1707.

Laurentius Kurz, Chori-Vicarius Summi Templi. 1708.

Leopoldus Ignatius Langenmantel à Westheim, Pat. Aug. Canonicus ad S. Mauritium.

ANNOTATIO

Ad Ecclesiam Collegiatam S. Petri Augustæ.

32. *Ecclesiæ Patroni, Encœnia, solennitates.*

IN hac Collegiata Ecclesia quotannis S. *Petrus* tanquam Patronus Tutelaris & Titularis, nec non *Anniversarius Dedicationis* Ecclesiæ *dies* cum primis Vesperis & Divino Missæ Officiô, musicè decantato, celebratur. Anniversarius autem dedicationis Ecclesiæ dies Dominicâ, Festum *S. Mariæ Magdalenæ* immediatè antecedente, peragitur. In hujus Ecclesiæ Collegiatæ Capella, *S. Felicitati VII. filiorum Martyrum Matri*, consecratâ, singulis annis die 10. Julij

memorata VII. filiorum Mater, Martyr, & vidua à pluribus Sacerdotibus, DEO incruentum Sacrificium litantibus, veneratur.

33. *Canonicorũ S Petri functiones.* DD. *Canonici* Collegiatæ Ecclesiæ *S. Petri* quotidie Missam conventualem, ùt vocari solet, dicunt, nec non in quavis angaria, atque in annua fidelium defunctorum commemoratione, vigilias mortuales persolvunt, cæteroquin ad Chori cantum non obligati.

34. *Processio.* Authoritate D. D. Abbatis *Stengelij Comment. rer. Aug. p. 2. cap. 29. fol. 140.* ad hanc Ecclesiam Collegiatam solennis olim instituebatur cum *Venerabili Sacramento* processio, *Catharinâ Ilsunganâ* proprias in isthanc processionem expensas conferente.

CAPUT IV.

De Collegiata Ecclesia S. Gertrudis Augustæ.

SECTIO I.

De Ortu & Progressu Collegiatæ Ecclesiæ S. Gertrudis Augustæ.

1. *Fundator.* ANno 1071. Collegiata Ecclesia *S. Gertrudis* fundatur primitùs extra Ecclesiam Cathedralem ab *Embricone Comite de Leiningen* Episcopo Augustano ad honorem *S. Gertrudis*, nec non S. *Jacobi* Majoris, *Matthæi*, *Clementis & S. Barbaræ*, vel potiùs ad honorem *Magnæ Virginis DEI Matris*, *S. Gertrudis* ac *omnium sanctarum Virginum*, secundùm litterarum fundationis exemplar, quod ità sonat.

2. *Fundationis litteræ.* *In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Embrico non meritis, sed DEI gratia favente, Præsul Augustanus. Notum sit omnibus Christianitatem vera fide, Divinóque timore colentibus, tam superventuris, quàm coram positis, qualiter nos in honorem Deiparæ Virginis MARIÆ, & S. Gertrudis, & omnium sanctarum Virginum Oratorium quoddam construximus, ipsum videlicet vero & æterno secundùm ordinem Melchisedech Sacerdoti offerentes, significativum*

tivum Redemptionis animæ pretium, & quemadmodum ex abjectissimo quodam & sordidissimo loco, id est, sterquilinio, curâ purgationis adhibitâ, sanctificatum DEO templum confecimus, ita ille nostrorum, mundatâ peccatorum labe, habitaculum sibi cordis nostri dignetur efficere, &c.

Ludovicus Comes de Helfenstain, Canonicus Augustanus anno 1250. Præpositus Cathedralis anno 1271. Præpositus S. *Gertrudis* anno 1256. Legavit ex proprijs suis bonis *Bidingen* in *Algoia*, & ibidem decimas majores, pro IV. Canonico *Sanct-Gertrudiano* sustentando, nec non quasi secundus Fundator obijt anno 1288. 3. *Canonici IV. fundatio.*

Anno 1356. præfatum *Oratorium*, seu (vid. *cap. 1. sect. 2.*) *Collegiata S. Gertrudis* Ecclesia in ipsam Ecclesiam Cathedralem recipitur, numerátque juxta *Præpositum* Canonicos quatuor, speciali jure, à Capitulo Cathedrali independente, pollentes. Vid. *p. 1. fol. 265.* Præpositorum talem collegi Catalogum. 4. *In Cathedram receptio.*

SECTIO II.

Catalogus Præpositorum Collegiatæ Ecclesiæ S. Gertrudis Augustæ. 5. *Præpositorũ Catalogus.*

Præposituram - - - -	Obtinuit Anno
1. Volckmarus de Thalhofen, Canonicus & Præpositus Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ anno 1230.	1235.
2. Wolfradus de Neiffen.	1237.
3. Ludovicus Comes de Helffenstein, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus, & Præpositus anno 1271. Vid. *p. 1. cap. 8. classʃ. 1. fol. 527.*	1256.
4. Egino de Schelcklingen, Præpositus S. Petri Augustæ. 1299.	1290.
5. Rudolphus de Hirnhaim, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus, & Decanus, anno 1333. Vid. *p. 1. cap. 9. classʃ. 1. fol. 545.*	1329.
6. Sifridus de Stainhaim, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus anno 1350. Obijt 1368.	1355.
7. Henricus de Waul, ex nobili & antiqua prosapia Equitum (olim Episcoatûs Augustani Pincernarum Hæreditariorum) progenitus, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus anno 1345.	1388.

Obtinuit
1398. 8. Joannes Kochner, DD. Licentiatus, ex Canonico *S. Gertrudis* postmodùm Præpositus, & Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ. 1415.

1421. 9. Joannes Gverlich DD. Doctor, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus & Summus Custos anno 1425. Vid. *p.* 1. *cap.* 10. *class.* 1. *fol.* 598.

1439. 10. Otto de Schaumberg, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus anno 1427. Vid. *p.* 1. *cap.* 10. *class.* 1. *fol.* 599.

1446. 11. Georgius de Bernstat al. Reinstatt, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus 1413. Obijt 1451.

1451. 12. Albertus de Stein, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus 1431. Obijt 1461.

1461. 13. Georgius de Gottsfeld, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus 1453. Obijt 1476.

1492. 14. Matthæus Mareschallus de Pappenheim & Biberbach J. U. D. Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus anno 1494. Vid. *p.* 1. *cap.* 10. *class.* 3. *fol.* 610.

1498. 15. Bernardus Adelmann ab Adelmansfelden, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus anno 1498. & Scholasticus anno 1505.

1503. 16. Conradus Im-Hoff, Patritius Augustanus.

1508. 17. Joannes Altensee DD. Licentiatus, Vicarius Generalis anno 1508. Fundator Missæ seu Beneficij perpetui in Cœmeterio prope Parthenonem *S. Stephani* ad honorem *S. Salvatoris* consecrato die 15. Junij 1498. al. 1497. Obijt ultimo Decembris anno 1520.

6. Fundator Missæ in S. Salvatoris cœmeterio.

1521. 18. Henricus Vitel.

1525. 19. Joannes Jung, Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis Cānonicus & Scholasticus.

1532. 20. Georgius Jung, Ecclesiæ Cathedralis Wormatiensis Canonicus. Obijt 1559.

1559. 21. Carolus de Wiltberg, Ecclesiæ Cathedralis Wormatiensis Canonicus.

1583. 22. Joannes Hieronymus Stor ab Ostrach, J. U. Licentiatus, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus 1582. Decanus ibid. 1595. Vid. *p.* 1. *cap.* 9. *class.* 2. *fol.* 552.

1587. 23. Joannes Udalricus Hallmayr, J. U. D. Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus 1557. Vid. *p.* 1. *cap.* 10. *class.* 3. *fol.* 622.

24. Za-

Obtinuit

24. Zacharias Furtenbach, J. U. D. Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus 1597. Decanus 1617. Obijt 1633. Vid. *p. 1. cap. 9. Class. 2. fol. 552. & seq.* 1599.

25. Christophorus Furtenbach Nepos Prædecessoris, cui successit per resignationem die 18. Martij factam. 1618.

26. Alexius Faber, SS. Theologiæ Doctor. 1629.

27. Cornelius Henricus Motmannus, Capellanus Summi Pontificis, & ipsius S. Palatij causarum Auditor. Obijt Romæ die 24. Aprilis 1638. 1633.

28. Sebastianus Müller, SS. Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Augustanæ Canonicus, Episcopus Adramyttenus, & Suffraganeus. Vid. *p. 1. cap. 7. class. 2. fol. 509.* 1639.

29. Guilielmus Adamus Motmannus, Canonicus Leodinensis ad S. Petrum. 1642.

30. Henricus Meringus J. U. D. Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis Senior, Presbyter, Canonicus, & Capitularis: Serenissimi Electoris *Maximiliani Henrici*, &c. Consiliarius intimus ac Judicij Curialis & Appellationum Præses: *Alexandri VII.* Pontificis Maximi, anteà *Coloniæ* Nuntij Apostolici, & inde ad Pacis Monasteriensis tractatus obeuntis Minister fidelissimus, ob fidelissima præstita servitia ab altè fato *Alexandro VII.* anno 1655. die 7. Aprilis in Summum Pontificem electô, Præposituram *S. Gertrudis* obtinuit. Ita lego & colligo ex *precum Gertrudianarum* libello, *Coloniæ* anno 1698. editô, ac Reverendissimo & Amplissimo viro Domino, Domino *Henrico Meringo* dedicatô. Ubi dedicationi exprefsè inseritur, quòd ob *fidelia servitia, &c. Collegij S. Gertrudis Augustæ Vindelicorum Præpositurâ* fuerit honoratus. Dedicans tamen libellum prædictum, unà cum DD. *Canonicis Gertrudianis Augustanis*, errat in *S. Gertrudis* persona; nam ab *Embricone* Episcopo Augustano anno 1171. Collegium S. *Gertrudis* est erectum in honorem *S. Gertrudis Nivellensis*, *S. Gertrude Elpediana* (ex cujus Vita libellus ille, Domino *Henrico Mering* dedicatus, preces continet) nondum natâ, ùt fusiùs in annotatione demonstrabo. 1658.

7. *Alexandro VII. obsequia præstat.*

8. *Libellus ipsi offertur.*

Ceteroquin Reverendissimus *Henricus Meringus* munificus fuit *S. Gertrudis* Præpositus; etenim 500. fl. dono dedit pro lumine perpetuo ante *S. Gertrudis* aram in ejus Capella nutriendo, ex *sect. seq. n. 38.*

9. *Est munificus.*

31. Hen-

Obtinuit 1698. 10. Mering-promotiones.

81. Henricus Meringus J. U. D. Ecclesiæ Metropolitanæ & Collegiatæ SS. *Ursulæ*, &c. *Coloniæ* Canonicus, Presbyter, Capitularis, Judicij Aulici Electoralis & Appellationum intra *Coloniam* Præses, nec non ad Cameralia Archidiœcesis deputatus Capitularis, successit suo cognato *Antecessori* per resignationem sibi factam die 14. Julij.

SECTIO III.

Catalogus omnium Anniversariorum à DD. Canonicis Collegij S. Gertrudis singulis annis celebrandorum.

1. S. Gertrudis Canonicorũ obligationes.

CAtalogus iste reperitur in S. *Gertrudis* Capellæ Sacrario, ubi in tabella ibidem suspensa, sequentes leguntur obligationes, hoc ordine & modo notatæ.

1. Embrico Episcopus Augustanus, Fundator Collegij S. *Gertrudis*, obijt in die *Abdon & Sennen* 30. Julij anno 1077. Cujus Anniversarium Canonici ibidem peragere tenentur, ac singulis annis, nimirùm die prænotatô, aut alio competente in remedium animæ suæ, suorúmque parentum quatuor Missæ Sacrificia celebrare, vocatis duodecim (nunc sex) sedium Fratribus. Vid. *pars 1. cap. 6. sect. 19 per totam. fol. 175.*
2. Anniversarius D. Georgij Jung, Præpositi S. *Gertrudis* & Canonici Wormatiensis.
3. D. Ottonis de Schaumberg, Præpositi S. *Gertrudis* & Georgij Drexels Socij chori, accersitis altarium *SS. Trinitatis* & S. *Leonardi* Capellanis. Vid. *p. 1. fol. 599.*
4. D. Joannis Adelgais Pœnitentiarij Augustani, & Canonici S. *Gertrudis*. Obijt 1584. Vid. *p. 1. fol. 668.*
5. D. Joannis Schmezels Socij chori, & Joannis Barnstainers Plebani in Effingen, vocatô Capellæ S. *Christophori* Capellanô.
6. D. Jacobi Braun Socij Chori, & Joannis Kopp Plebani in Grossaittingen, vocatis, altaris S. *Stephani*, & Capellæ S. *Catharinæ* Capellanis.
7. D. Sebastiani Stegmillers, Canonici S. *Gertrudis*, & Socij chori, vocatis duodecim (nunc sex) sedium Fratribus.

8. D. Joan-

8. D. Joannis Hafs Canonici *S. Gertrudis*, & Joannis Altensee, Præpositi *S. Gertrudis*, vocatô Capellanô altaris *S. Salvatoris* Capellæ in cœmeterio.

9. D. Joannis Emblers, Canonici *S. Gertrudis*, & Adami Herz, Plebani in Lechausen, vocatîs, alt. *S. Annæ* & Capellæ *S. Catharinæ* Capellanis.

10. D. Udalrici Köglers, Socij chori, & Georgij Ulster, *S. Mauritij* & *S. Gertrudis* Canonici, vocatô, alt. Capellæ S. *Hilariæ* Capellanô.

11. D. Joannis de Ramingen, Canonici Ecclesiæ Augustanæ, accersitis sex Lectoribus ad vigilias, & sedium Fratribus: & Joannis Umher Socij chori, vocatô *S. Georgij* Capellano.

12. Reverendissimi D. D. Friderici Comitis de Zolleren bonæ memoriæ Episcopi Augustani, vocatis quatuor Capellanis, D. Pœnitentiario, *SS. Georgij & Barbaræ*, *SS. Vitalis & Victoris. Vid. p. 1. class. 4. cap. 6. sect. 3. per totam.*

13. D. Udalrici Baur, Canonici *S. Gertrudis.* Peragitur bis in anno, vocatîs sedium Fratribus.

14. D. Mathiæ Scheelen, Socij chori, & Canonici S. *Gertrudis*, vocatîs duobus Lectoribus senioribus, vel alijs ad Vigilias. Item duobus Capellanis *S. Catharinæ & S. Ursulæ*, cum sedium Fratribus.

15. Reverendissimi D. D. Henrici de Liechtenau, felicis memoriæ Episcopi Augustani, vocatîs Capellanis, D. Pœnitentiario, *SS. Georgij & Barbaræ*, *SS. Vitalis & Victoris. Vid. p. 1. cap. 6. sect. 4. fol. 304.*

16. D. Petri Hueber, Canonici *S. Gertrudis*, & Ministri altaris, & Bartholomæi Henisch, Civis Augustani.

17. D. Stephani Weisenfeldt, Canonici Quatuorviri, accersitis duobus Capellanis alt. *S. Barbaræ* & Capellæ *S. Ægidij*, & duobus Lectoribus: & Georgij Drexels, Socij chori, vocatô Capellæ *S. Leonardi* Capellanô.

18. D. Georgij Brey, Canonici *S. Gertrudis*, & Socij chori, & Petri Ullenhausers von Dippach / Clerici Trevirensis Diœcesis.

19. D. Joannis à Werlich Doct. Canonici & Custodis Augustani, & Præpositi *S. Gertrudis*, & Conradi Kappold Canonici S. *Gertrudis*, & Socij chori, vocatô S. *Annæ* Capellanô.

20. D. Joannis Lezelters, *S. Mauritij* & *S. Gertrudis* Canon. & Friderici Stainbach, Canon. *S. Gertrudis*, & Socij chori.

21. D. Berchtholdi Schwem Syndici Capituli, & *Agathæ* uxoris suæ, accersîtis tribus Capellanis altarium *S. Nicolai*, *S. Georgij*, & *S. Othiliæ*.

22. D. Udalrici Sigmayrs, Canonici SS. *Gertrudis*, & *Petri*, Socij chori.

23. D. Joannis Layrmann, Suffraganei, & Official. Aug. & Canonici *S. Gertrudis*, adjunctis duobus Capellanis D. Suffraganei, & altaris decem millium Martyrum. & D. *Martini* Suffraganei, ac in Spiritualibus Vicarij, vocatîs duobus Capellanis alt. *S. Mathiæ* & *S. Annæ*. *Vid. p. 1. fol. 499. & fol. 504.*

24. D. Udalrici Bâuir, *S. Mauritij* & *S. Gertrudis* Canonici, vocatîs sedium Fratribus.

25. D. Caroli de Wilberg Præpositi *S. Gertrudis*, & Canonici Wormatiensis, & Caspari Faiglin, Socij chori.

26. Annæ & Brigittæ Däublerin Sororum, vocatîs alt. *SS. Valentini* & *Castuli* Capellanîs.

27. D. Udalrici Nördlingers, civis August. qui olim in Capella *SS. Trium Regum* peragebatur; nunc in Capella *S. Gertrudis* usque ad revocationem.

28. D. Adriani ab Eisch, Canonici *S. Gertrudis* & Socij chori, vocatîs Capellanis *SS. Trium Regum*, & *Andreæ* in crypta, duobus Lectoribus & sedium Fratribus. *Vid. p. 1. fol. 670.*

29. D. Joannis Her[illegible]millers, Canonici *S. Gertrudis*, & Socij chori. de anno Domini 1610.

30. D. Georgij Cap[illegible]mayrs, Pœnitentiarij, & Canonici *S Gertrudis*, & Socij chori. Vid p. 1. *fol. 671.*

31. D. Mathiæ Rüb[illegible] Bursarij, & Canon. *S. Gertrudis*, accersitîs Capellanis alt. *SS. Mathiæ & Servatij*, nec non *SS. Castuli & Othiliæ*, & ejus amicis, cum sedium Fratribus. Obijt anno 1626. Vid. p. 1. *fol. 674.*

32. D. Georgij *Aichi*[illegible], Can. *S. Gertrudis*, & Socij chori. Vid. *p. 1. fol. 673.*

33. Quatuor Missæ pro D. Joanne Keller, SS. Theologiæ Doct. Reverendissimi Fi[illegible]e, Canonico S. *Mauritij*, & *S. Gertrudis*. Vid. *p. 1. fol. 69*[illegible]

34. Missa una pro D. Georgio Murer, Reverendissimi Consiliario Ecclesiastico, & quondam Sigillifero. Vid. *p. 1. fol. 680.*

35. Missæ quinque ([illegible]llo determinato die assignato) legendæ pro D. *Barbara* Blarer *de Wartensee*.

36. Missa

36. Missa funebris pro D. *Jacobo Martio*, è Quatuorviris, & *S. Gertrudis* Canonico 21. August. Benefactore Ecclesiæ Cathedralis. Vid. *p.* 1. *fol* 677. *& seq.*

37. D. Georgius Thomas Bader, Canon. & Senior ad S. *Gertrudem*, & *S. Petrum*, donavit Sacello suo 100. fl. unà cum argenteo Crucifixo pro tribus perpetuis Sacris dicendis anno 1685. Vid. *p.* 1. *fol.* 681.

38. D. Henricus Mering, Præpositus S. *Gertrudis* 500. fl. Capellæ nostræ donavit, pro perpetuo lampadis lumine in medio oratorij *S. Gertrudis* nutriendo, atque pro quatuor Sacris quotannis legendis anno 1698.

39. D. Simon Strehl, J. U. Licentiatus Canon. ad S. *Gertrudem*, donavit Sacello suo 100. fl. pro perpetuo anniversario dicendo, anno 1703. Vid. *p.* 1. *fol.* 687.

ANNOTATIO

Ad Ecclesiam Collegiatem S. Gertrudis.

Quia DD. *Canonicos Sanct- Gertrudianos* in cultu sui Collegij *Tutelaris* errare, & quidem errore substantiali, utpote personam concernente, deprehendi, idcircò ad errorem istum corrigendum, scire oportet, quòd sacer *Ordo* S. Patriarchæ *Benedicti* inter SS. Virgines die 17. Martij cum DD. *Canonicis Sanct- Gertrudianis* veneretur Officio Canonico *S. Gertrudem* Virginem Abbatissam *Nivellensem*, *Patre Pipino magno de Landis* Brabantiæ Duce, Matre *Ittâ* (al. *Idubergâ*) progenitam: die autem 17. Novemb. præfatus S. Ordo officio Divino colit *S. Gertrudem* Virginem Abbatissam *Elpedianam*, *Eislebij* in Germania (alterius postea, heu! quàm dissimilis prolis, *Lutheri* patria) è Comitibus de *Hackeborn* natam. Utraque natalibus, vitæ innocentiâ, religione, sanctimoniâ erat clarissima: utraque eximium par columbarum, genuini ex columbario *S. Scholasticæ* pulli: utramque eadem instituti professio eduxit, eidémque amor *Christo* arctissimè colligavit: utramque tamen disiunxêre Parentes, locus, tempus, Patria, Divini favores, Monasteria & miracula. 12. *S. Gertrudis Nivellensis & Elpidiana.*

S. Gertrudis Brabantina Abbatissa Nivellensis, à Matre *Itta* in aula pijssimè educata, spretis mundi illecebris, innocentissimè adolevit. Accidit fortè, ut, *Pipino Gertrudis* Parente *Dagobertum* Francorum Regem ad epulum invitante, inter primos Optimatum *Austra-* 13. *S. Gertrudis Nivellensis.*

siorum Ducis Filius unà veniret, castísque amoribus erga *Gertrudem* captus, Regem epulo assidentem nuptiarum Authorem supplex rogaret. Rex supplicis precibus permotus, equidem ad conciliandum connubium Orator accessit. At *Gertrudis*, quæ jam cum matris lacte (instillante ipsâ) amorem puritatis hauserat, se dudum *Christo* desponsatam, demissisimè respondit, nec se unquam hominem mortalem *Regi seculorum immortali* prælaturam, constanti animo affirmavit, suspensis ad responsum virginis Principum animis, & ipsómet Rege *Dagoberto* obstupescente. *Pipino* Patre mortuo, Filia *Gertrudis* & *Itta* Mater ex suis copiosissimis facultatibus *Nivellam* Ordinis *S. Benedicti* Monasterium, suasu *S. Amandi* Episcopi, condiderunt, sacrum de manu ejusdem *S. Episcopi* velamen acceperunt, postmodùm Monasterio Filia & Mater immigrârunt. Cúmque quàm plurimæ puellæ etiam nobilissimæ pietatem *Ittæ* & *Gertrudis* æmularentur, novo tot jam confluentium Virginum contubernio *Itta* primitùs præfuit, huícque post fata *Gertrudis* successit, & candidissimam virginitatis vestem omnium virtutum genere, veluti polymito opere, exornavit. Nec defuit ornandæ Virgini *Gertrudi* ipsum suis prodigijs cœlum: quippe oranti non semel sphæra ignea splendorem addidit. Invocata à periclitantibus, multis milliaribus dissita, maris procellas domuit, & naufragantibus opem tulit. Alijs rem domesticam curare jussis, ipsa orando, contemplando, libris impallescendo, SS. Mysteria, Spiritu Divino revelante, auditoribus explanando, dies extrahebat, interim jugi inediâ & thorace setoso virgineum corpus excrucians. Paulò ante mortem *Wilfetrudem*, ab infantia *Nivellæ* eductam, optimis moribus Virginem, in vicem sui Parhenonem moderari jussit; cúmque triduo à mortalitatis metâ abesset, de hora mortis admonita, & de nuntio, quòd *S. Patritius* (cujus natalem die eodem Ecclesia colit) mortuæ animam esset excepturus, exhilerata, nec non omnibus sacris munita, ad suum sponsum die 17. Martij sanctissima Virgo ad annum Virginei partûs 664. al. 659. ætatis suæ 33. læta migravit, odore mox cellulam suavissimo perfundente. Quam ne sibi subtractam indoleret Patria, mirifico & perenni gratiarum fonte adhuc se comprobat præsentem. Prodigijs post manes celeberrima, decimo à morte anno, cum *Vulcanus* sævissimis flammis Monasterium depasceret, *Gertrudis* velum capitis oppandere ignibus, flammásque restringere, visa est, *Vulcani* & *Neptuni* indomitorum Dominatrix.

Hæc

Hæc eſt vita laconicè deſcripta *S. Gertrudis Brabantinæ*, cui anno 1071. *Embrico* Epiſcopus Auguſtanus *Oratorium* dedicavit, éſtque ab illa, in altari *Sanct-Gertrudiano Auguſtæ* depictâ, longè diverſa. Quare iſta *S. Gertrudis* in altari *Sanct-Gertrudiano* depicta, à nativitatis loco nominatur *Islebica*, fuítque iſthæc *S. Gertrudis Islebica* Abbatiſſa primùm *Rodardenſis*, poſtmodùm *Elpediana*, lectiſſima *Chriſti* Sponſa, DEI & cœli delicium, tantis favoribus (teſte *Bloſio* in ſui Monilis appendice §. 4.) cœlitùs dignata, *ut, niſi homines ſcirent potentiam & bonitatem Chriſti Domini eſſe interminam, vix credere poſſent, illum tantæ amicitiæ familiaritatem præcellentiſſimæ Matri ſuæ in terris exhibuiſſe, quantam Gertrudi demonſtravit.*

Quinquennis Parthenoni *Urbis Rodardæ* illata, priùs amare cœlum didicit, quàm mundum nôſſet, mundo veriùs oſtenſa, quàm conceſſa, propiorem Angelis quàm hominibus rationem vitæ inivit. Divinis revelationibus mirè illuſtrata, non ſolùm libros Divinæ Sapientiæ conſcripſit, ſed adeò ſuper communem hominum ſortem eminuit, ut ad illam tanquam *Oraculum Delphicum* undique viri fœminæque concurrerent, & nemo ab ea ſine conſolatione abiret. 14. *S. Gertrudis Elpidianæ vita epitome.*

Quanti *Divinus Architectus* hanc à ſe conditam puritatis aulam fecerit, quàm dulcem in ea repererit manſionem, ex ipſius *Divini Architecti*, cum *S. Mechtilde* (ſoror germana erat in eodem *S. Gertrudis* Monaſterio profeſſa & Cantrix) colloquio colligere licet: *Ego*, aiebat, illam (*Gertrudem*) *ſingulari modo præ alijs* (l. 2. inſin. fol. 43. & 72.) *inhabitandam elegi.* Et ad alteram *Gertrudi* valdè familiarem dicebat: *Ego ut delecter in ipſa elegi eam mihi* (c. l. fol. 75.) *inhabitandam.* Et alibi: *ab infantia eam portavi, intérque amplexus meos fovi, ipſam ſervans immaculatam in illam uſque horam, quâ ſe perfecta plenáque mihi voluntate univit: tunc enim è diverſo in illius amplexus cum omni virtute Divinitatis meæ illi me ipſum totum reddidi. Unde ferventiſſimus amor illius erga me tunc adeò etiam eſt liquefactus, adeóque è regione erga illam meus, quomodo vapor ignis præcedens liqueſcit ad flammam, mox ſequentem.* Addidítque: *Tanta hujus animæ delectatione afficior, ut ſæpenumero dum ab alijs hominibus offendor, meipſum in ea* (lib. 1. inſin. fol. 17.) *quieturus inſinuem.* Rurſus *Cœleſtis Sponſus* lib. 1. inſin. fol. 14. ante cor ſuum oſtendit monile præfulgidum mirabiliter ornatum (erat enim in modum trifolij triangulum) dicens: *Hoc continuè in Sponſæ meæ amorem monile circumferam, quod eſt in modum trifolij, ut innoteſcat univerſæ cœli curiæ. In* 1. *folio refulgente ſignificatur, eam mihi inter omnes proximam eſſe, nemo enim*

 hodie

hodie vivit hominum, qui sive per intentionem puram, sive per bonam voluntatem mihi quàm illa sit vicinior, aut conjunctior. In 2. folio elucet, *ad nullam animam in carne viventem adeò me esse gratiâ ac favore inclinatum, atque ad illam.* In 3. folio resplendet, *nullum esse mortalem hodie, qui fideliùs sinceriúsque omnia dona mea recepta referat in gloriam, quàm ipsa, utpote de his nihil penitus sibi vendicans, aut usurpans.* Adjecit quoque: *Nusquam optatiore congruentioreve modo me invenire potes, quàm aut in Sacramento altaris, aut deinde in hujus meæ dilectæ corde ac anima.* Et c. l. fol. 18. ait: *Ego cor meum tam misericorditer quàm inseparabiliter ejus animæ conjunxi, ut mecum effecta sit unus spiritus.* Porrò alteri cuidam: *Ego,* inquit, *totus sum illius, & eam per amorem inseparabiliter mihi univi, sicut argentum & aurum per ignem in unum metallum conflantur.* Et iterum: *Ipsa est mihi lilium electum, quod manibus meis portare affecto. Suprema námque mihi est voluptas in anima hujusmodi casta ac pura morari: ipsa rosa est mea, suaviter olens, ipsa est cunctis cœlitibus dulcis suavisonáque Harmonia.* Alibi *Reginam, Imperatricem, columbam* absque felle, *sponsam*, &c. appelitans. Quod ne lateret sponsam, priusquàm id alijs patefaceret: *Ego,* dicebat, *elegi te, ut in te per gratiam meam inhabitem, & ut in delicijs* (lib. 1. infin fol. 75.) *utar te.* Item: *Ex quo amorem meum in te constitui, nunquam paterer nos ab invicem separari.* Et eodem amoris excessu: *Amor meus in tantùm tibi intricatus est, quòd sine te beatè vivere nolo.*

15. *S. Gertrudis gratiæ stupendæ.* Inde purissimus Virginum Sponsus *Gertrudem* sibi in sponsam septem annulis subarrhavit, suæ sanctissimæ *Matri* in filiam dedit, & cordi esse jussit: ab ista *Matre* Beatissima *Gertrudis* vicissim velut altera *Mater* dulcem parvulum JESUM à natali Domini usque ad purificatæ *Virginis* festum educandum accepit. Cum *S. Joanne* simul recumbente supra pectus Domini, & quidem à parte dextra, recumbere singulari dilectionis privilegiô meruit. *Christi* Sponsi cruciatus piâ oratione crebriùs recolenti *Sponsus* sanguinum sacratissima quinque vulnera impressit, nec dispersim, quod alijs, sed collectim, ejus virgineo cordi continuus ejusdem cordis Hospes. Ex assidua meditatione & oratione, omnibus penè viribus consumptis, cùm reficienda esset, castissimus Virginum Sponsus *quasi in vulnere* (l. 3. infin. c. 45.) *suavissimo benedicti lateris sui cœnaturam saporosissimam ipsi Gertrudi confecit.* Alia vice *cor suum cum corde sponsæ commutavit:* Vel eidem suæ Sponsæ sæpiùs in signum (l. 4. infin. f. 509.) *mutuæ familiaritatis,* aut in specialis amicitiæ prærogativam, donavit:

vit: alio tempore cor suum pro templo, corpus pro claustro, tradidit, inquiens: Respice ad cor meum: *Hoc manebit* (l. 3. insin. f. 237.) *templum tuum, & corpus meum de cætero erit tibi pro claustro.* Sanctissimæ Trinitati virens munus offerens, *animam suam* (l. 3. insin. c. 18. §. ult.) *similitudine arboris radicem habere fixam in vulnere lateris JESU Christi conspexit. Æstuans, anhelans, & currens in siti desideriorum veniens ad fontem vivum, reclinavit eam Dominus ad vulnus amatorium sanctissimi lateris sui* (l. 4. insin. c. 3.) & propinans calicem salutaris: *Bibe*, inquit, *nunc de corde meo spiritualiter suavissimæ Divinitatis meæ efficacem influxum.*

Quamvis *Gertrudis* tantis naturæ & gratiæ dotibus eniteret, dono prophetiæ & plurimis miraculis nitesceret, *Regem, Reginam* Cælorum, nec non *Cœli Cives* frequentissimè adspectabiles haberet: insuper frueretur multo & quasi continuo DEI colloquio, *ut suo tempore in homine* (l. 1. insin. c. 5.) *simile visum non esset, nunquam tamen propterea notata est superbire*: sed infra omnes se deprimebat, aliorum preces humillimè deposcebat, & quotquot videre contingebat, eos sibi præferebat, nullum tam abjectum, qui non fructuosiùs concessis uteretur, rata. Etsi bonorum Largitor de *Gertrude* testaretur, *Nullum esse mortalem, qui fideliùs sinceriùsque omnia dona recepta referret in solam*, (ut antè retuli ex lib. 1. insin. c. 4.) *DEI gloriam*: Ipsa tamen de se dicebat: *dona, quæ ex abundanti DEI receperat misericordiâ, frustra se habere, & absque fructu negligere: omni gratiâ se* (l. 3. insin. c. 26.) *indignissimam reputabat: se esse in Ecclesia DEI tanquam larvam* (lib. 1. insin. c. 12.) *in domo Patrisfamilias.* Quin imò professa coram *Christo*, intra prima ordinis miracula *unum singulare arbitrari, quòd indignissimam* (l. 1. insin.) *terra ferret peccatricem.* 16. *S. Gertrudis humilitas.*

Erga Christi passionem & Sanctissimum *Evcharistiæ* Sacramentum, potissimum erga *Cor JESU* tanto amoris & gratitudinis afficiebatur ardore, ut tota lachrymis liquesceret. Animas piacularibus flammis addictas & quotidianis suffragijs & assiduis precibus sublevabat. Zelo honoris Divini promovendi, & procurandæ salutis proximi, jugiter ardebat, eique inauditam operam hoc heroico actu spondebat: *Ego certè, licèt indigna, si possum tibi Domino meo introducere omnes homines, cum quibus dignaris delicias tuas habere, ob hoc à die isto usque ad diem judicij libentissimè vellem nudis pedibus circuire totum mundum, & quemlibet eorum (in quibus tu Dulcor animæ meæ habitando dignareris delectari) ulnis meis gestando, tibi præsentare, ut vel sic desiderio infinito dulcedini tui Divini amoris aliqualiter satisfacere possem.* 17. *Zelus admirabilis.*

possem. lib. 4. insin. fol. 484. Pergit eod. hoc folio: *Insuper (si possibile esset) cor meum in tot partes dividere vellem, quot homines vivunt, ut ex eo cuilibet eorum partiri possem bonam voluntatem, ad obsequendum tibi secundùm tui Divini Cordis summum oblectamentum.* Ausa quoque est, animam suam quasi contemnendo coram DEO profiteri: *se quamquam post mortem in inferno propter demerita esset crucianda, adhuc gavisuram, Dominum DEUM ex alijs hominibus per labores illius aut undecunque accipere honorem.* lib. 1. insin. c. 5. Inter delicias reputabat, sibi requiem somnúmque subtrahere, cibum differre, reliquáque corporis commoda aut aspernari, aut intermittere, quo animabus, imò quo *Christo*, animas eidem reducendo, serviret: etiam cum Sponso JESU dum deliciaretur, Sponsum postposuit, ut amore JESU conflictatos erigeret.

18. *Admirandas accipit gratias.* Lusit quasi amor Divinus cum *Gertrude*, & singularibus ipsam præeminentijs exornans promisit: *Quidquid sperare potest quispiam, se per eandem accepturum, absque dubio* (l. 1. insin. fol. 69.) *obtinebit.*

Ampliùs omnium bonorum Largitor suam liberalitatem declarans ait Gertrudi: Constitui te, *ut sis tanquam triclinium thesaurorum meorum,* in quod gratiarum mearum (l. 1. insin. fol. 78.) *divitias colligam, providens, ut unusquisque, quæ quæsierit, in te inveniat. Ergo quæcunque desideras* (l. 4. insin. c. 35.) *ex virtute Divinitatis meæ, tu cuilibet distribue largè.* Ut verò Divinus amor *Gertrudem* timidè sciscitantem, an liceat aliquid orare, fortiùs animaret: ita *Domina Regina,* reponebat, *tu optimè potes* (l. 3. insin. c. 33.) *mihi imperare.*

Quare Ecclesia in hymno *Breviarij Monastico-Benedictini* de *S. Gertrude* canit:

Illius votis DEUS obsecundans
Mox repentinas pluvias profudit,
Móxque suspensos gravidis coëmit
Nubibus imbres.

Arva jam dudum glacie rigebant
Corde cum mœsto miserans colonos
Fervidis Virgo lacrymis resolvit
Frigora brumæ.

Ne

Ne seges largo vitietur imbre,
Sedulis cœlum precibus serenat,
Et graves læsi gemebunda placat
Numinis iras.
Igneis mentes penetrat sagittis,
Languidis confert animis medelam,
Atque succendit scelerata castis
pectora flammis. *

* Præcipua tentatis contra castitatem Patrona.

Virgo liberalissima varias quidem à Deo gratias varijs impetrabat, nullum à se mœstum, vel vacuo sinu turbidum dimittebat, nullum aridum ad se accedentem, quem Divinæ gratiæ saltem rivulo irrigatum ad frugem vel fructum non reduceret, *utpote omnium* (l. 1. insin. c. 5.) *procurans salutem.* Attamen in defectus alienos serió & severè, omni respectu & timore deposito, animadvertebat, zelum suum aliquando prodere audita his vocibus: *Heu Domine mi* (lib. 1. insin. c. 12.) *cum aliqua tibi video contraria, nequaquam dissimulare scio, quin cum vehementia contradicam.* Quia verò proba vita præclara est doctrina, ne, quod in alijs repugnabat disciplinæ sarculo, in se vitiosum pateretur, monita factis tanto roborabat studio, *ut supra vires* (l. 1. insin. c. 8.) *ordinis sui observantijs atque rigore, quo alijs imitandi præberet exemplum, se fatigaret.* 19. *Fuit in se & in delinquentes rigida.*

Atque hanc rigidam disciplinæ Monasticæ observantiam, corporisque macerationem observabat, etsi à choro & cœtu suarum aliena, frequenti invalitudine in sua cella attineretur, capitis doloribus (cephalæâ) continuis, aliisque incommoditatibus corporis affligeretur. DEI tamen voluntatem velut cynosuram suspiciens, quidquid Divino suo Sponso libitum, in promptu exequebatur, tam arctè, ut (*Christô S. Mechtildi* sorori illius confirmante) *in omnibus & ad omnia voluntati Divinæ tam concorditer consentiret, ut major concordia* (l. 1. c. 17. insin. fol. 14.) *esse non possit membrorum corporis ad suum cor, quàm anima ejus ad Divinum. Tantâ* verò *amoris reactione & dignatione Gertrudem suæ Divinitatis virtute mirabiliter penetrando influxit* (l. 4. c. 61. §. 2.) *Christus, eámque vice versa reintrahens, & in se transmutans, secúmque unum efficiens beatificavit, quantum possibile creditur, hominem fragili carne gravatum experiri posse.* 20. *In Dei voluntatem resignata.*

Postquàm igitur *Gertrudis* annis 40. & 11. diebus, ea charitate, prudentiâ, & regularis disciplinæ integritate, Monasterio *Elpediano* præfuisset, ut Domus DEI, in qua corporati Angeli viverent, videretur, denique corpusculo (ex ferventissimo amore potiùs quàm morbo) fatiscente, & de obitûs horâ, & obitûs die divinitùs certior reddita, ægrè ejus horam præstolabatur, adpelli ad fontem vitæ præpropera.

21. *S. Gertrudis mors.* Quare in ultimis agentem JESUS Sponsus sinu confovebat; caput morientis *Deipara* molliter stringebat: Inter Apostolos *Joannes*, quem in vivis studiosissimè demeruerat, digitis annulos aptabat. *Genius*, sub cujus tutela hucusque vixerat, feliciter emigranti applaudebat: Archangelus *Michaël* larvarum infernalium colluviem sub schemate bufonum, viperarum, stellionum &c. abigebat: Cœlitum agmina lectum coronabant, donec morientis animam cœlestis Sponsus, corporis solutam compagibus, mirabili pectoris explicatione, intra cordis sui penetralia (ô amoris prodigium ac prodigiosum amorem!) receptam, ad cœlestem thalamum traduxit circa annum 1300.

22. *Liber insinuationum pretiosissim⁹.* Hæc compendiariò ex libro insinuationum Divinæ pietatis excerpsi, *quem librum meum* (ait Christus JESUS Gertrudi Insin. Divin. piet. fol. 809.) *sanctissima conversatione mea operiam, roseisque monilibus quinque vulnerum meorum adornabo, ac septem donis Spiritûs Sancti, tanquam septem sigillis, divina pietate mea consignabo, ut non sit, qui ipsum de manu mea possit eruere.*

23. *S. Gertrudi Brabantinæ Embrico Ecclesiam dedicavit.* Ex hactenus relatis apparet, à DD. Canonicis Collegij *S. Gertrudis*, *Brabantinam Gertrudem* die 17. Martij tanquam *Tutelarem* & *Tutelarem* esse venerandam: cùm enim Ecclesiam Collegiatam S. *Gertrudis Embrico* Episcopus Augustanus jam anno 1071. fundaverit, & extra Ecclesiam Cathedralem excitaverit, *S. Gertrude Eislebica* primùm ducentis pòst annis in lucem editâ, in hujus *S. Gertrudis Eislebicæ* honorem nulla Ecclesia circa annum 1071. fundari aut dedicari potuit. Unde meritò lectiones secundi nocturni in proprio Augustano ad diem 17. Martij vitam *S. Gertrudis Brabantinæ* complectuntur, absque ullis favoribus Divinis, & gratijs *S. Gertrudi Eislebicæ* collatis.

24. *S. Gertrudis Elpedianæ Cultores laudantur.* Ceterùm laudo *DD. Canonicorum Sanct-Gertrudianorum* zelum, laude dignissimum, propagandæ hujus *Eislebicæ* Virginis, & *Elpedianæ* Abbatissæ Tavmaturgæ cultum: vestro enim labore principalis pictura altaris exhibet *Christum* infantulum *S. Cor Gertrudis* inhabitan-

bitantem: vestro pietatis studio fideles permoti ad altare à vobis exornatum, ceu ad omnium miserorum asylum, confugiunt, calamitatibus afflicti: vestro Religionis exemplo Hortulanorum Tribus, patrocinante *S. Gertrude Elpediana*, Deum propitiat: singulis angariis in ara ejusdem electæ à *Christo* Sponsæ per incruentum Missæ Sacrificium immaculatum Virginum Sponsum honorat, & suo in vexillo *Gertrudem* ceu Christianam *Floram* in publicis processionibus circumportat: ipsa quoque *S. Mater Ecclesia* in Breviario Monastico Benedictino pro favente tempestate impetranda, ad implorandum *S. Gertrudis* patrocinium, Hortulanos, imò Christianos, vobiscum excitat, per hanc in laudibus antiphonam: *Habuit Gertrudis potestatem claudere cœlum nubibus & aperire portas ejus, quia lingua ejus clavis cœli facta est.*

Quare persistite Domini *Canonici Sanct-Gertrudiani*, *Gertrudem*, innumeris Divinis favoribus, prærogativis & gratiis, à *Virginum Sponso* exornatam, pro viribus revereri: contendite *Gertrudem*, ex qua ceu fonte Cordis JESU devotio profluit, eo, quo par est, honore prosequi: laboribus instate, ut cum Corde JESU & MARIÆ cor quoque *Gertrudis*, Christi JESU habitaculum in terris, debito cultu veneretur. Vos, *DD. Canonici*, inter primos non numerabimini, qui ad cor *Gertrudis* Divino amore inflammatum acceditis, & accenditis vestram facem, suam non tantùm Ordinis *S. Benedicti* Consecranei, sed alii etiam utriusque sexûs innumeri, constanter præferunt, certâ spe freti, nullius vota precésque fore irritas, ad invocationem *S. Gertrudis* DEO oblatas. 25. *Ad ejus cultum prosequendum adhortantur.*

Ego, ne inter DD. *Canonicos Sanct-Gertrudianos*, & inter ceteros *S. Gertrudis* clientes, vacuus compaream, subjungo ex *lib. 2. insin. Divin. piet. cap. 20.* Orationem cum hac promissione ab ipsa æterna & infallibili veritate factâ:

Quicunque hac oratione Christum Dominum devotè laudaverit, gratias egerit, atque de quinque Beatæ Gertrudi exhibitis gratiis ac beneficiis monuerit; ipsum per intercessionem B. Gertrudis indubitanter exauditurum, ac ante obitum singularem in ejus anima delectationem habiturum.

ORATIO.

26. *Oratio specialis pro gratia impetranda.*

GRatias ago laudémque impendo ex toto corde, & totis viribus meis, Sponso tuo charissimo, ô beata Christi Sponsa, Gertrudis.

 1. Pro

1. Pro eo, quòd gratuita pietas ejus te ab æterno prælegit.
2. Salubriter ad se traxit.
3. Familiariter sibi univit.

4. Quòd jucundè habitare ac delicias in anima tua habere dignatus est.

5. Quòd te feliciter consummare, æternáque gloriâ præmiare voluit, de quibus tibi toto Corde congratulor.

O Beata Christi Sponsa, per suavissimum Cor Sponsi tui, ejúsque sacratissimam mortem, exora mihi N. Cor humile, amore divino flagrans, constans, castum, fidele, & perseverans, &c. tranquillam demum ac sanctam mortem, ad ejus Sponsi tui amantissimi laudem, & gloriam, Amen.

CAPUT V.
De Collegiata Ecclesia S. Udalrici in Hâbach.

SECTIO I.
De Ortu, & Progressu Collegiatæ Ecclesiæ Hâbachensis.

1. *Fundator.* NOrbertus Comes ab *Hochenwart* ex Familia Comitum *Andecensium*, *Filius Rapothonis* & *Hemmæ* Austriæ Ducissæ, *Frater Ortolphi* & *Wiltrudis* Fundatorum Monasterii Hochenwartensis, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ 1055. Præpositus ibidem 1071. Episcopus Curiensis 1079. fundavit: dotavit, & ditavit ad honorem *S. Udalrici* Episcopi Augustani anno 1085. Monasterium Canonicorum Regularium *Häbach*, in Bavaria ad radices alpium haud procul à *Murnau* & *Weilheim* situm. Vid. *cap. 9. class. 1. ad annum 1079. & p. 1. cap. 6. fol. 193.*

DIPLOMA

Fundationis est tenoris, ut sequitur.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum esse volo fidelibus Christianis, præsentibus & futuris, qualiter ego Nortpertus, gratiâ Dei Præsul Curiensis, petij Adalberonem, liberum & ingenuum hominem, ut solenni traditione traderet super altare S. Mariæ in Augusta civitate, proprium meum Monasterium Hegibach, quod in manus ejus tradideram cum manu Advocati mei Gebinonis liberi hominis & ingenui. Hoc Monasterium Hegibach in meo proprio & hæreditario agro situm, in Bojarico Ducatu, in pago Husin, in comitatu Sigemari Comitis conditum & dedicatum in honorem S. Udalrici Confessoris, me petente, liberâ manu tradidit idem prædictus Adalbero super altare S. Mariæ, cum omnibus utensilibus, ad id jure pertinentibus, in mancipijs utriusque sexûs, Ecclesiis, decimis, vineis, terris, cultis & incultis agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis, aquarúmque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, vijs, invijs, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, ac cum omni utilitate, quæ omni modo inde provenire potest, dedit & donavit Augustensis Ecclesiæ insolubili jure tenendi. Eo autem pacto hanc traditionem effeci, ut Præpositus Canonicorum in prædicto Monasterio Hegibach regulariter commanentium, quot annis tribuat bisantium unum super altare S. Mariæ in Augusta urbe, & hoc censu persoluto, sit illud Monasterium Hegibach liberum ab omni exactione, néve Episcopus, néve Advocatus, nec quælibet persona ab eodem Monasterio exigat plura donaria vel servitia, neque ullam calamitatem & inquietudinem eidem loco inferat. Prætereà pactum hoc firmum esse volo, inter me & Episcopum sedis Augustæ, ut præfatum Monasterium Hegibach, me vivente, nemo Præpositus adeat, præter quem ego petiêro ab Episcopo sedis Augustæ. Volo etiam hoc pactum inconvulsum & stabile in tempora futura manere, ut in præfato Monasterio Hegibach nemo præsumat no-

2. Fundationis diploma.

mine Rectoris subintrare, qui non sit oriundo natus ex mea cognatione. Sed si qui sint in mea cognatione sapientes & litterati, inter eos, qui me propiùs attingit genere, defuncto Rectore & Præposito, succedat ibidem Rector & Præpositus: si verò, quòd absit, ex stirpe nostra vir industrius & idoneus defecerit, provideat Episcopus Augustensis libera potestate virum idoneum, qui Jura Canonica sciat, & valeat ibidem regulariter administrare. Complacuit etiam nobis, ut cœnobialis vita ejusdem loci in mea potestate posita sit, dum vivo, & ibidem DEO servientes teneant instituta Regulæ, quæ dederam eis. Etsi mihi visum fuerit, ut ad alia & meliora instituta transeant, juxta meum arbitrium & meam voluntatem hæc omnia fiant. Hoc quoque placitum constat inter me & Episcopum Augustensem, ut, dum vivo, nemo habeat advocationem illius loci, præter eum, quem petiêro ejusdem loci defensorem & Advocatum fieri. In futura quoque tempora hoc volo ratum & inconvulsum manere, ut aliquis de cognatione mea liber & ingenuus valens & industrius advocationem illam teneat, neque ex alia cognatione quisquam advocationem illam sibi præripere valeat. Si quis autem Advocatus ejusdem Ecclesiæ bona diripere præsumpserit, & vastare locum institerit, potestativè depellat eum Augustæ sedis Episcopus, & digniorem eo subroget in eandem Advocatiam, si quis in genere meo fuerit illo dignior inventus; sin ita futurum est, ut de genere meo deficiat vir clarus & industrius, ac timens DEUM, aliunde quæratur Advocatus ingenuus & idoneus, & qui timeat DEUM.

Si verò Episcopus & Advocatus simul hæc mea statuta evellere & infringere temptaverint, quisquis hæres meus natu mihi proximus extiterit, liberam potestatem habeat, bisantios duos tribuere super altare S. Mariæ, & præfatum Monasterium Hegibach in suam proprietatem recipere, & ab injuriosis exactionibus illud defendere. Si verò, quòd absit, & Episcopus & Advocatus, & cognati mei conspiraverint, hæc statuta mea evellere, & præfato Monasterio calumniam inferre, etsi hanc conspirationem opere adimpleverint, nisi infra sex Mensium spatia Episcopus ille, monitus ab aliqua digna persona,

Mona-

Monasterium idem restituerit liberum & illæsum, ùt fuit priùs, liberam & justam potestatem habeat Rex & Imperator, quicunque temporum eorundem Rex & Imperator fuerit, ut idem Monasterium in tutelam suam recipiat, datis pro eo duobus bisantijs super altare S. Mariæ, & imperiali patrocinio liberum hoc custodiat, & à calamitosis injurijs defendat: Testes per aurem tracti, qui viderunt & audiêrunt hæc, subter annotati sunt, VValtchun de Rôchlingen, Hartvvic de Heinricheshoven, Kuenrad de Lutevvanc, Alberich de VVagenhoven, Diethmar de Lencingen, Adalbero de Kisingen, VVolstrigil, Gotebold, Rontprecht de Tierdorf, Gebhart, Gebino, Conradt, Sigvvart, Egilolf, Schvvigger; servientes verò Episcopo, qui viderant & audiêrant hæc, isti sunt; Adalgotz, Luitfrid, Gerunc, Hildepold, &c. Canonici verò de S. Mariæ Monasterio, qui viderunt & audiêrunt, isti sunt. Ericharich Decanus, Rudolp Vicedominus, Aizzo, &c. Facta est traditio hæc præsente Domino Sigefrido Secundo, Augustæ sedis Episcopo, anno Episcopatûs ejus octavo, ab incarnatione Domini M. LXXXV. Indictione octava, quinto Kalendas Martij Curieñ. Episcopi anno sexto: Domini autem Heinrici invictissimi Regis Quarti, gloriosissimi Imperatoris Tertij anno XXIX. Acta in civitate Augusta feliciter.

Hundius metrop. Salisburg. tom. 2. verbo Haibach fol. 386. recitato à me diplomati sequentia addit:

Nobiles de Seeveld, Advocati hujus Ecclesiæ, propter plurima illata gravamina, per Ludovicum Imperatorem, oblatis duobus bisantijs ad altare S. Mariæ Augustæ, juxta tenorem primæ fundationis, privati sunt Advocatiâ: qui dedit eis Advocatum, Præpositum suæ novæ plantationis & claustri in Etal, cui annuatim persolverent 24. mensuras avenæ VVailhaimensis mensuræ, & 12. agnellos ejus anni, ac sic ab omni exactione & servitio liberi essent. Datum earum litterarum Ludovici Imperatoris Augustæ. Anno 1332. in die Philippi & Jacobi, anno regni XVIII. Imperij.

3. *Advoctus amovetur & alius substituitur.*

Hactenus *Hundius* c. l. referens de verbo ad verbum allegatas litteras à *Ludovico* Imperatore expeditas fol. 388. & seq.

DI-

DIPLOMA

Ab Herimanno Episcopo Augustano anno 1130. datum.

4. *Diploma Herimanni Episcopi Augustani.*

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis ejusdem inseparabilis unitatis. Noverint omnes fideles Christi præsentes & futuri, qualiter ego *Herimannus Augustensis* Ecclesiæ Præsul indignus, quoddam prædium in *Sulzimos* situm, à *Schirensibus* Monachis per manum *Advocati* eorum *Ottonis* Palatini Comitis pro quibusdam Decimis legitimâ commutatione nobis contraditum, nos delegari fecimus per manum *Wernheri Advocati* nostri, ad altare *S. Udalrici* in *Hegebach* pro ampliando præbendali stipendio *Fratrum* ibidem DEO & Sanctis ejus famulantium consilio & subscriptione Fratrum nostrorum Aug. *Canonicorum*, & ob servitium dilecti Filij & Archidiaconi nostri *Hildeberti* ejusdem loci *Præpositi*. Prætereà quandam Ecclesiæ nostræ ancillam *Grannemiham* nomine, & Filium ejus *Megenhardum* cum sorore sua *Richilda*, quos ipse à nobis beneficiali jure habuit, delegavimus ad ipsum supradictum altare, ipsis hoc petentibus, eâ videlicet conditione, ut à nullo illius loci *Præposito* queant alicui in beneficium præstari scil: prædia Fratrum Ecclesiæ supradicta possideant & excolant, & communi eorum usui deserviant. Ut autem hæc traditio stabilis & inconcussa permaneat, hanc chartam conscribi, & sigillo nostro consignari fecimus. Testes sunt hujus rei ex Canonicis *Chonrad* Vicedominus & Præpositus, *Werenher* Decanus, *Sigebotto, Utto* Archidiaconi, *Helembrecht* Præpositus de *Wisc*.... Ex militibus *Wernher* Advocati filius, *Friderich de Schiringen*, *Heinrich*, & frater ejus *Dietprecht* de *Gnozzisheim*. Ex ministerialibus *Marquart Cammer Sigewin*, *Udalrich*, *Otto*, *Heinrich*, *Eppo* & alij quàm plurimi. Actum est.... Dom. M. C. XXX. Indictione Præsidente PP. *Honorio*, & regnante *Lothario* Rom. Rege.

DIPLOMA

Innocentij VIII. Summi Pontificis anno 1491. expeditum.

5. *Innocentij VIII. diploma.*

I*Nnocentius* Episcopus Servus Servorum DEI. Dilectis Filijs Capitulo Ecclesiæ *S. Udalrici* in *Hewach* Augusten. Dioeces. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod justum & honestum

nestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter Dilecti in Domino Filij vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates & immunitates à *Prædecessoribus* nostris *Romanis Pontificibus*, sive per privilegia, vel alia indulta, vobis & Ecclesiæ vestræ, quæ *Moguntin.* Provinciæ existit, illiúsque mensæ Capitulari concessas, nec non libertates & exemptiones sæcularium exactionum, à *Regibus* & *Principibus*, ac alijs Christi fidelibus, vobis & eisdem Ecclesiæ & mensæ rationabiliter indultas, specialiter autem Decimas, primitias, fructus, redditus, proventus, grangias, domos, terras, possessiones, aliáque mobilia & immobilia bona ad Ecclesiam & mensam prædictas legitimè spectantia, nec non *S. Stephani* in *Ruegse*, & *S Joannis Baptistæ* in *GofHaim*, & *S Georgij* in *Sindelstorf*, nec non *S. Martini* in *Durrenhausen*, ac B. *Mariæ* Virginis in *Inchendorf* Parochiales Ecclesias, & Capellam *B. Mariæ* in *Rain* Aug. Diœc. ejusdem Povinciæ, quas cum omnibus juribus & pertinentijs suis Ecclesiæ *S. Udalrici* seu mensæ prædictis Auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Salvâ in prædictis decimis moderatione *Concilij Generalis.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI ac Beatorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* ejus se noverit incursurum. Datum *Romæ* apud *S. Petrum* anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. Quinto Idus Octobris, anno Pontificatûs nostri octavo.

S. Serrano.

A de Balla panibus

Ach de Maffeis.

Jo. Vittor.

Crescentibus annis *Monasterium* Regularium crevit in Ecclesiam *Collegiatam*, numeratáque hac ætate *Præpositum*, sex *Canonicos*, omnes Parochijs infrà nominandis provisos, atque ex his *Decanum*, ex suo proprio gremio liberâ *Canonicorum* electione constituendum, ceteroquin potestate susceptionis tam ad *Præposituram*, quàm ad *Canonicatum* penes Serenissimum *Bavariæ* Electorem residente. Ipsa verò Ecclesia Collegiata cum suis incorporatis Ecclesijs sub jurisdictione, visitatione, & correctione Reverendissimi & Serenissimi Ordinarij

6. Ex Monasterio fit Collegiata Ecclesia.

dinarij Augustani permanente. Catalogum *Præpositorum*, hinc inde collectum subjungo.

SECTIO II.

Catalogus Præpositorum Ecclesiæ Collegiatæ Hâbachensis.

7. *Habachensium Præpositorum, &c. antiquorum incertus catalogus.*

Catalogum *Præpositorum*, *Decanorum*, & *Canonicorum Häbachensium*, pro viribus collectum, in apricum produco, antiquos tam *Præpositos*, quàm *Decanos* & *Canonicos* in ordine absque debito ordine collocando, nec non annos penitùs dubios quasi indubitatos determinandô, *Chronographorum* forsitam incuriâ, aut temporum vetustate vel injuriâ determinatam seriem & annorum determinationem turbante.

8. *Præpositorũ Habachensium catalogus.*

Obtinuit - - - - *Præposituram*

Anno

1. Bertholdus N. Præpositus.

1130. 2. Hildbertus, al. Hildebrandus, Archidiaconus & Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ, Præpositus.

1292. 3. Bertholdus de Wilzhoven, al. Wicholshoven.

1312. 4. Gerungus de Wasserburg.

1403. 5. Joannes Witzgeförch, al. Wilgeforth Decretorum Licentiatus, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ 1399. Archidiaconus.

1386. al. 1404. 6. Berchtoldus Truchsess de Küllenthal, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ anno 1388. Decanus ibidem anno 1400. Præpositus S. *Petri* Augustæ anno 1388.

7. Joannes Vogel.

8. Philippus Doberin Doctor.

9. Stephanus Rosin Doctor.

1446. 10. Diepoldus de Freyberg, Canonicus Augustanus 1421. Obijt 1449.

1452. 11. Leonardus Gâssel, Decretorum Licentiatus, Archidiaconus Aug. Canonicus Augustanus anno 1447. Vicarius & Officialis & Decanus 1460. Obijt 1465. Vid. *p. 1. cap. 9. class. 1. fol. 546.*

12. Wolfgangus de Seiblstorf.

13. Hieronymus Strengel Doctor.

14. Joannes Strengel Doctor.

15 Pe-

		Obtinuit
15.	Petrus Büechler Doctor, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus, 1474.	1480.
16	Wendelinus Schicker Doctor.	1503.
17.	Udalricus Riederer de Barr, Canonicus Augustanus & Frisingensis.	1511.
18.	Conradus Hofer, Capellanus Aulicus & Eleëmosynarius Ducum Bavariæ.	1560.
19.	Gabriel Lafenthaler, Confessarius Serenissimæ Princip. Annæ Alberti V. Viduæ, Austriæ Archiduc.	1592.
20.	Matthæus Althamer, Serenissimo Duci Guilielmo à Sacris.	1595.
21.	Albertus Hungerus, SS. Theologiæ Doctor, Serenissimorum *Bavariæ* Ducum Consiliarius, Academiæ *Ingolstadiensis* Pro-Cancellarius, Professor Primarius, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Passaviensis.	1602.
22.	*Henricus* Anslæus Anglus, SS. Theologiæ Licentiatus, Serenissimorum Bojariorum Ducum *Guilielmi* & *Maximiliani* Sacellanus, Consiliarius, ac Canonicus Ducalis Ecclesiæ Collegiatæ ad B. *Virginem* Monachij.	1633.
23.	Joannes Henricus L. B. de Rorbach auf Sandhausen / Canonicus *Passaviensis*, Serenissimi Electoris *Bavariæ* Consiliarius Ecclesiasticus, Præpositus Monacensis, Landishutanus, & Habachensis. Obijt 11. Martij anno 1662.	1643.
24.	Joannes Franciscus della Marche, Doctor & Canonicus Monacensis anno 1662. tantùm Per unum vel duos menses Præpositus *Habachensis*.	1661.
25.	Joannes Joachimus Hörwarth de Hochenburg, Possenhoven & Bocking, Canonicus Monacensis & Præpositus *Habachensis* tantùm per tres anni quadrantes anno 1663. usque ad Septemb. ejusdem anni.	1663.
26.	Joannes Keller, natus Habachensis, SS. Theologiæ Doctor, Serenissimi Electoris *Bavariæ* Consilij Ecclesiastici Director, ad *B. Virginem* Monachij Decanus & Præpositus *Habachensis*, præsentatus 20. Decembris anno 1663. Obijt 2. Novembris 1679. Sub eo Ecclesia Collegiata noviter est ædificata.	1663.
27.	Ferdinandus Maximilianus Ernestus Comes de Berlo, Canonicus *Leodiensis*, Præpositus *Landishuti* & Præpositus *Habachensis*, præsentatus 7. Decembris anno 1679. Resignavit anno 1697. Electus Episcopus *Mamurcensis* in Belgio.	1679.

28. Joannes Martinus Constante à Vestenburg *Monacensis*, SS. Theologiæ & J. U. Doctor, Serenissimi Electoris *Bavarici* Consilij Ecclesiastici Director, ad *D. Virginem* Monachij Decanus, & Præpositus modernus *Habachensis*, præsentatus & investitus 14. Januarij anno 1698. Nunc temporis Legatus Romanus.

SECTIO III.

Catalogus Decanorum Häbachensium.

9. *Decanorum Habachensium catalogus.*

Jodocus N.
Udalricus Ablen.
Bertholdus N.
Bilgramus N.
Marquardus N.
Henricus Nagel.
Jobst 1313. circiter.
Jodocus Faller.
Joannes Wager.
Joannes Probst 1446. Huic primò incorporata est Parochia *Häbachensis*.
Petrus Ablen. Sub hoc eracta sunt statuta 1452.
Thomas Oederhofer. Sub eo aliquot quæstiones decisæ 1480.
Vitus Wildenrader.
Wolfgangus Fuxbichler. 1511.
Augustinus Paumaister / Canonicus 1511. postea Decanus.
Casparus Haaß. Obijt circiter 1571.
Vitus Faber, ab anno 1581. usque 1620. circiter.
Bartholomæus Herbstmair 1621.
Bernhardus Bräntl. Obijt 1633.
Albertus Faber, Licentiatus 1633. Resignavit 1647. & accepit Parochiam *Weilheimensem*.
Alexander Allarz. Resignavit 1649. & accepit Parochiam propè Monasterium *Tögerensee*.
Joannes Roth, Suevus Mickhusanus, electus in Decanum 1649. Obijt 12. Augusti 1692. Ædificavit domum, dictam *Decanalem*, & novam Ecclesiam Collegiatam ab anno 1663. &c. Item erexit

erexit novam Cathedram proprijs sumptibus, & novum altare *S. Georgij* fieri curavit per pium Legatum.

Stephanus Promperger, natus *Habachensis*, præsentatus pro Canonico 1668. & in Decanum electus 4. Novembris 1692. Sub hoc per hostilem invasionem exustæ sunt omnes sex domus Canonicorum, item Ecclesia & turris cum toto ferè pago, ut infrà referam in fine.

SECTIO IV.

Catalogus Canonicorum Häbachensium.

Conradus N. von Pollingen. 10. *Canonicorũ Habachensium catalogus.*

Bertholdus N.

Conradus Ablen.

Eghardus Zeybel.

Joannes Penzenhauser.

Joannes Ziegler.

Wilhamb Wager.

Erasmus Schütz.

Abundus Paumaister.

Joannes Bharlinger.

Joannes Denck.

Joannes N. Canonicus Brixinensis & Hâbachensis, fundavit 4. Anniversaria quatuor temporum.

Sebastian Weltzhover.

Wolfgangus Ungspeck.

Conradus Påbstler.
Wilhelmus Pichler.
Joannes Deibler.
Udalricus Probst.
Joannes Frey.
} Sub his erecta sunt statuta 1452.

Georgius Mayr.

Ambrosius Wildenroder.

Franciscus Schönmayr.

Michaël Hirn.

Leonardus Ziegler.

Philippus Promperger.
Adam Mentzinger.
Bernardus Unfelt.
Joannes Hueber.
Wolfgangus Blamer. Obijt 1605.

Severinus Wagner. Obijt 1609. Casparus Arnold. 1608. Leonardus Schiesser. 1608. Joannes Pauhofer. 1608.	Sub his iterum statuta renovata sunt 1608.

Joannes Eggerieder. Obijt circiter 1590.
Michaël Lieb.
Bernardus Brândl Senior. Obijt circiter. 1604.
Adamus Dempfel.
Bartholomæus Schlick.
Joannes Erlacher.
Christophorus Dietz circa 1636.
Georgius Roth. Obijt circiter 1655.
Joannes Sâgmiller ab anno 1615. Obijt 11. Februarij 1668.
Mathias Schaur. Obijt 7. Augusti 1686.
Elias Dietz. Obijt 20. Junij 1693.
Hieronymus Kôckh. Resignavit ob senium 1682. Obijt 19. Januarij 1696.
Georgius Mârz, ab anno 1660. Obijt 30. Junij 1698.
Andreas Hôchk, ex filiali Dirnhausen præsentatus 1682.
Wolfgangus Andre ex filiali *Hechendorf* præsentatus 1686.
Mathias Pauhofer *Murnaviensis* præsentatus 1692.
Dominicus Mayr, ex filiali B. V. M. in *Rhain* præsentatus 1693.
Ignatius Hôrmann *Landspergensis* præsentatus 1698.

Hi cum Decano *Stephano Prompergero* modo præsunt Ecclesiæ usque modo 1709.

AN-

ANNOTATIO
Ad Ecclesiam Collegiatam Häbachensem.

IN Ecclesia *Habachensi* Collegiata & simul Parochiali Patronus veneratur *S. Udalricus*, non solùm totius Diœcesis Augustanæ, sed in particulari hujus Ecclesiæ Patronus Tutelaris. Floret in ea Archifraternitas *S. Rosarij*. Celebratur insuper certis temporibus memoria *S. Georgij* Martyris, *S. Ægidij* Abbatis, & *S. Annæ* Viduæ, Matris B. V. MARIÆ in altaribus horum Sanctorum, ex Ecclesia Parochiali in Ecclesiam Collegiatam translatis. 11. *Ecclesiæ Patronus, & Fraternitas.*

Feria II. post Dominicam in Albis Festum translationis *S. Udalrici* Habachenses festivè colunt. Dominica III. post festivitatem *S. Michaëlis* Archangeli diem dedicationis templi anniversariâ celebritate recolunt. In Festo *S. Udalrici*, & in Festo SS. Apostolorum *Philippi & Jacobi*, nec non in Dominica I. post Festum omnium Sanctorum Indulgentiæ plenariæ lucrari possunt. 12. *Festivitates & indulgentia.*

Ecclesia *S. Udalrici* Collegiata, & Ecclesia Parochialis *S. Georgij*, olim sejunctæ, sed nimis antiquatæ, opera egregij & zelosi Domini Decani *M. Joannis Roth* fuêre dirutæ, & ex ijs una insignis Ecclesia erecta anno 1668 13. *Ecclesiæ uniuntur.*

Asservabatur in sacro hujus Ecclesiæ thesauro cranium *S. Abundi* Martyris, à *S. Udalrico* quondam *Româ Augustam* allatum, & à *Norberto* Fundatore dono acceptum, huc translatum, venerationique expositum: at igne consumptum est anno 1704. 14. *S. Abundi Caput.*

Ecclesia memorata *Habachensis* sub se continet 5. Ecclesias Filiales sibi incorporatas unà cum duabus capellis sequenti dignitatis ordine:

1. Ecclesia Filialis in *Riegsee* à lacu, cui adjacet, ita appellata, & *S. Stephano* dedicata, subjectam sibi habet Capellam *S. Leonardi*, magni contra pecorum lnem Patroni, pro una Missa hebdomadatim dicendâ fundatam. Encœnia peraguntur in Ecclesia *S. Stephani* die Dominica Festum *S. Martini* subsequente; in Capella autem *S. Leonardi* feriâ III. Pentecostes. 15. *Ringsee.*

2. Ecclesia Filialis in *Dirnhausen*, *D. Jacobo* Majori Apostolo & *S. Martino* dedicata, subjectam sibi habet Capellam B. V. MARIÆ in Cœlum assumptæ, pro una Missa hebdomadatim dicenda fundatam. Encœnia Ecclesiæ Filialis peraguntur in ipso *S. Martini* Festo, Capellæ verò, Dominicâ Festum *S. Michaëlis* Archangeli sub- 16. *Dirnhausen.*

subsequente. Frequentatur hæc Capella numeroso populi concursu, potissimùm Fer. VI. post *Ascensionem Domini*, Parochianis ex 20. vel pluribus Parochijs unà cum suis vexillis devotè comparentibus.

17. *Sindelsdorff.* 3. Ecclesia Filialis in *Sindelsdorff*, *S. Georgio* dedicata, & anno 1699. eleganter reædificata, adjectam sibi habet aliam Ecclesiam Parochialem Diœcesis *Frisingensis*, adeóque alterius Parochi jurisdictionis. In Ecclesia *S. Georgij* Diœcesis Augustanæ encœnia peraguntur Dominica die Festum *S. Bartholomæi* subsequente.

18. *Hoffham.* 4. Ecclesia Filialis in *Hoffham*, *S. Joanni Baptistæ* dedicata, & anno 1465. XIV. Calend. Febr. *à Petro de Schaumberg* S.R.E. Cardinale ac Episcopo Augustano *Habachensi Collegio* incorporata, decoratur annuâ dedicationis solennitate die 24. Septembris Festum *S. Theclæ* subsequente.

19. *Hechendorff.* 5. Ecclesia Filialis in *Hechendorff*, B V. MARIÆ ejúsque Sanctissimæ Matri *Annæ* dedicata, & ultra duas horas *Häbacho* dissita. Lucrantur hîc loci indulgentiæ plenariæ in Festo *S. Annæ*, & encœnia peraguntur die 29. Octobris in Festo *S. Narcissi* Episcopi & Martyris ac Apostoli Augustani.

20. *Damnum gravissimum à militibus illatum.* Anno 1704. Die 17. Mensis Julij Ecclesia Collegiata *Häbachensis* unà cum Collegio ab hostibus subjecto igne flammis fuit exusta. Periêrunt in sævissimo hoc incendio non solùm Ecclesiæ turris ac ædificium, Collegium totus ferè pagus, sex domus Canonicorum, ac bona longo tempore comparata; sed etiam altaria, tria Organa pneumatica, sacra supellex pretiosa, Sacrarij thesaurus & cum isto ipsúmmet S. *Abundi* cranium, tam Dominis *Canonicis*, quàm *Canonicorum* Parochianis frustraneo labore auxilium cùm Divinum, tum humanum implorantibus.

CA-

CAPUT VI.

De Collegiata Ecclesia S. Petri Dilingæ.

SECTIO I.

De Ortu & Progressu Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Dilingæ.

FUndatur in ipsa Parochiali *S. Petri* Ecclesia à *Friderico Comite de Zolleren* Episcopo Augustano pro 12. Canonicis Sacerdotibus, sub *Præceptore* tanquam immediato Superiore viventibus, anno 1491. His temporibus in memorata *S. Petri* Ecclesia Collegiata numerantur 7. Canonici, nim. *Decanus*, *Parochus*, *Senior*, duo *Præsentiarij*, & alij adhuc duo *Præbendati*, Decanô ex his (expunctô Præceptoris titulô) vices *Præceptoris* & immediati Superioris agente. 1. *Fundatio.*

RR. DD. Canonici *Petrenses* in sua Ecclesia Collegiata tribus fruuntur (excepto Parochiali) Beneficijs. 1. Beneficiô *S. Mariæ Magdalenæ* ad Primissariatum fundato. 2. Beneficiô B V. MARIÆ cum unito sibi beneficio *S. Sebastiani.* 3. Beneficiô *S. Bernardini* ad Congregationem Sanctissimi *Corporis Christi* spectante. Extra Ecclesiam *S. Petri* Collegiatam, huic tamen incorporata, atque Canonicorum *Petrensium* administrationi subdita, sequentia recensentur Beneficia. 1. Beneficium, & quidem curatum ad S. *Spiritum* in Hospitali. 2. Ad S. *Antonium* Eremitam ibid. 3. Ad *S. Udalricum* & *S. Annam* in Ecclesia Ord. *S. Dominici* Monialium. 2. *Beneficia DD. Canonicorum.*

Habet Ecclesia Collegiata intra se 5. altaria. 1. Altare Summum SS. Apostolorum *Petri & Pauli.* 2. Altare *S. Crucis*, ubi Corpus integrum *S. Fausti* Martyris asservatur. 3. Altare B. V. MARIÆ. 4. Altare *S. Sebastiani.* 5. Altare *S. Antonij de Padua.* 3. *Ecclesiæ altaria.*

Habet eadem Ecclesia Collegiata extra se & sub se 4. Sacella. 1. Sacellum *Montis Oliveti* prope Ecclesiam. 2. Sacellum *S. Martini* Episcopi in Ober-Dilingen. 3. Sacellum *S. Wolfgangi*, extra portam Urbis in Cœmeterio, ubi est instituta pro Defunctis Confraternitas. 4. Sacellum *S. Leonardi* in via publica propè PP. *Capucinorum* Monasterium. 4. *Et Sacella.*

SECTIO II.

De Decanis Ecclesiæ Collegiatæ. S. Petri Dilingæ.

5. *Decanatûs dignitas & cura Parochialis, declaratur.*

PRæceptoriæ seu *Deconatûs* dignitas, & cura Parochialis, in *Dilingen* se invicem compatiuntur: non tamen necessariò uniuntur. Sic *Sixtus Fischer* SS. Theologiæ Doctor, & Collegiatæ Ecclesiæ *S. Mauritij* Augustæ 1644. Præpositus, agebat Præceptorem & Parochum. Antecessor *Sixti Fischer Thomas Fux* Doctor, solùm agebat Præceptorem, at *Joanne Bonensac* curam animarum in Dilingen administrante. Defuncto *Sixto Fischer*, *Leonardus Frey*, SS. Theologiæ Licentiatus, & Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus, fuit renunciatus Præceptor ac Parochus. Successit *Leonardo Frey* in Parochia Dilingana *Magnus Philippus Bez*, Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ ad S. *Mauritium* Augustæ: sed in præceptoria per liberam electionem (Canonicis Petrensibus juxta sua statuta competentem) successit *Ignatius Wehrmaister* Doctor, primùm Parochiam adeptus mortuo *Magno Philippo Bez*.

6. *Præceptoris titulus in Decani titulum mutatur.*

E vivis excedente *Ignatio Wehrmaister*; ut Reverendissimus ac Celsissimus Episcopus *Joan. Christophorus* L. Baro à *Freyberg*, &c. titulum *Superioris* Collegiatæ Ecclesiæ in *Dilingen* conformaret alijs aliorum locorum Collegiatis Ecclesiis, expunctô *Præceptoris* titulô anno 1670. Superiorem memoratæ Ecclesiæ Collegiatæ *Decanum* nominandum statuit. Itáque *Ignatij Wehrmaister* Successor *Michaël Ruprecht* primus *Superior* sub titulo *Decani* præfuit Ecclesiæ Collegiatæ *S. Petri* in Dilingen, unà Parochiam administrans. Nunc præest *Decanatui* sæpè dictæ Ecclesiæ Collegiatæ *Guilielmus Eberhardus Reës* Doctor, Parochiæ verò & simul *Decanatui Rurali* Dilingano *Josephus ignatius Weiss* Doctor, Reverendissimi & Serenissimi Episcopi Augustani Consiliarius Ecclesiasticus. Uterque superstes, ac munerum suorum mensuram laudatissimè implens.

ANNOTATIO

Ad Ecclesiam Collegiatam S. Petri Dilingæ.

7. *SS. Patroni præcipui,*

IN Ecclesia Collegiata & Parochiali venerantur primariò Principes Apostolorum *SS. Petrus & Paulus*; secundariò post *B. Virginem Deipa-*

Deiparentem S. Maria Magdalena, S. Sebastianus, S. Antonius Paduanus, *S. Bernardinus* & *S. Faustus* Martyr, annuâ solennitate hujus postremi Sancti (in choro tantùm celebrandâ) die 16. Julij recurrente.

Encœnia Ecclesiæ peraguntur Dominicâ II. post Pascha. Florent in eadem Ecclesia Fraternitates duæ, nimirum Sacratissimi *Corporis Christi* & *S. Sebastiani*: extra Ecclesiam in *S. Wolfgangi* Sacello; ut antè memini, Fraternitas pro Defunctis. In Sacellis Ecclesiæ Collegiatæ subjectis venerantur Sancti Sacellorum Tutelares jam priùs memorati. Encœnia ad *S. Spiritum* in Hospitali celebrantur ipsa solenissima *SS. Trinitatis* Festivitate. 8. *& Fraternitates.*

CAPUT VII.

De Collegiata Ecclesia SS. Philippi & Jacobi in Grönenbach.

SECTIO I.

De Ortu & Progressu Ecclesiæ Collegiatæ Grönenbachensis.

ANno 1479. Ecclesia Collegiata Grönenbachij ad honorem SS. Apostolorum *Philippi & Jacobi* in ipsa Ecclesia Parochiali ibid. à Nobili Equite *Ludovico* de *Rottenstein* & *Leostein* Dynastiarum in *Grönenbach* & *Rottenstein* Domino, fundatur, atque pro 12. Sæcularibus *Canonicis* ac *Decanô*, per ipsorúmmet *Canonicorum* electionem constituendô, necessarijs & congruis redditibus proventibúsque dotatur. 1. *Ecclesia Collegiata fundatur.*

Eod. anno 1479. Præmemorata fundatio & dotatio Ecclesiæ Collegiatæ *Grönenbachensis à Joanne* Comite de *Werdenberg* Episcopo Augustano confirmatur, nec non decimis, fructibus, redditibus, juribus & obventionibus Ecclesiæ Parochialis locupletatur sequenti Diplomate: 2. *Et locupletatur.*

Joannes Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Augustensis ad perpetuam rei memoriam. Summi Magistri dignatio nos quantum- 3. *Diploma.*

cunque immeritos in sollicitudinis partem deputavit, & miseranter in Pontificialis dignitatis Cathedra collocavit, cui ad instar vigilantis in speculâ præsidentes libenter intendimus ad ea, quæ pro Divini cultûs augmento videmus salubriter expedire, eáque quæ propterea piè facta cognoscimus, ut semper illibata permaneant, favoribus liberaliter prosequimur opportunis. Sanè nobis nuper fuit expositum, quòd strenuus & Nobilis Vir Ludovicus de Rottenstein in Leostein miles. Zelo devotionis accensus cupiens terrena in cœlestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare, ac de salute propria recogitans, pro Divini cultûs augmento, atque suæ suorúmque progenitorum animarúmque salute de bonis sibi à DEO collatis, Ecclesiam Parochialem SS. Philippi & Jacobi Apostolorum villæ Grönenbach nostræ Diœcesis in Collegiatam Ecclesiam erigere, & in illa Capitulum duodecim Canonicorum Sacerdotum Sæcularium & totidem præbendarum, quorum quidem Canonicorum præbendatorum pro tempore unus Decanus esse debeat, qui curam animarum, eorundémque Canonicorum præsentaturam exercere habeat, quos ipse Ludovicus Fundator Divinis obsequijs, diurnis quoque & nocturnis horis in dicta Ecclesia decantandis interesse voluit, instituere & fundare, proposuit, ipsámque Ecclesiam Collegiatam prædictis duodecim personis & earum sustentatione congruenti censibus, redditibus, & proventibus, annuis, donatione perpetua & irrevocabili dotaverit, ipsámque Ecclesiam libris, calicibus, & alijs ad Divinum cultum necessarijs adornaverit, ac habitationem decentem prædictis Decano & Canonicis construi & ædificari fecerit, unde dicta ex parte fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus & singulis suis fructibus, decimis redditibus & proventibus exigere, & transferre, ac Institutioni, Fundationi & Dotationi prædictæ pro illarum subsistentia firmiori robur nostræ Confirmationis adjicere, nec non jus Patronatûs prædictorum Decanatûs & Canonicatuum pro dicto Ludovico Fundatore, hæredibus, & Successoribus suis perpetuò reservare, & alijs in punctis gratiosè sibi providere dignaremur. Nos igitur, qui Divinum cultum augeri intensis desiderijs affectamus, super cunctis enarratis informationem sufficientem recepimus, per quam inve-

invenimus, omnia & singula præmissa fore veritati subnixa, quemadmodum in litteris dotationis inferiùs insertis pleniùs continetur. Unde nos pium & sincerum dicti Fundatoris propositum & affectum condignis in Domino laudibus commendantes, hujusmodi supplicationibus inclinati Ecclesiam Parochialem in Grönenbach nostræ Diœcesis sæpè dictam, cum omnibus & singulis decimis, fructibus, redditibus, juribus, & obventionibus suis in Ecclesiam Collegiatam SS. Philippi & Jacobi Apost. transferimus, & erigimus, & in ea numerum duodecim Canonicorum Sacerdotum Sæcularium, & totidem præbendarum, quorum unus Decanus esse debeat, qui curam animarum Canonicorum pro tempore exerceat, creamus, ordinamus, & instituimus, nec non fundationem, dotationem & ordinationem, sicuti promittitur per ipsum Fundatorem factas & ordinatas, ratas & gratas habentes, eas auctoritate nostra ordinaria confirmavimus, ratificavimus, & approbavimus: & ex certa scientia in DEI Nomine tenore præsentium confirmamus, ratificamus, & approbamus, robur firmum, & firmitatem Canonicam perpetuis temporibus decernimus habituras, nec non census, redditus & proventus dicto Collegio, ut præfertur, donatos & assignatos, ac in antea donandos & assignandos etiam Collegiatæ Ecclesiæ in Grönenbach, annexuimus, univimus, & incorporavimus, ac annectimus, unimus, & incorporamus per præsentes, eósque eximimus ab omni onere cujuslibet laicæ potestatis, decernentes, ut prælibata Ecclesia Collegiata in Grönenbach cum dotibus suis eâ immunitate, & Nostra ac Successorum nostrorum atque Ecclesiastica libertate & tuitióne perpetua gaudere debeat, qua alia Collegia & eorundem Canonicatus ac Beneficia Ecclesiastica per nostram Diœcesin gaudeant specialiter, & tueantur, per præmissam tamen Confirmationem non intendimus, neque volumus Nobis, vel Successoribus nostris in Juribus nostris Spiritualibus & Archidiaconalibus aliquod præjudicium causari, & nihilominùs Jus Patronatûs sive præsentandi Decanatûs ac omnium & singulorum Canonicatuum & præbendarum dictæ Ecclesiæ Collegiatæ pro hac prima vice, & quoties eos in posterum simul aut successivè vacare contigerit, pro prædicto Fundatore,

Hæredibus & Successoribus suis perpetuò reservamus, juxta modum & formam in litteris dotationis contentam. Insuper volumus & ordinamus, ut Decanus & Canonici in dicto Collegio personaliter resideant, horas Canonicas ad modum Ecclesiæ nostræ Augustensis devotè cantent, legant & persolvant, & omnia & singula alia faciant, & adimpleant, ad quæ in ipsis litteris Dotationis obligati existunt, &c. (litteræ fundationis hîc à me non insertæ in Suevia Ecclesiastica Francisci Petri legantur fol. 367. & 368. Ea autem, quæ mei fori, ex illis litteris excerpta, infrà ponam) In quorum omnium & singulorum robur, fidem, & testimonium præmissorum, pendentes nostras confirmationis litteras fieri, nostríque sigilli majoris in capsula pendenti registro transfixa jussimus, & fecimus appensione communi. Datum Augustæ anno à Nativitate Domini 1479. Indictione duodecima, Pontificatûs SS. in Christo Patris & Domini, Domini nostri Xisti in in Divina Providentia Papæ IV. anno octavo die Veneris prima Mensis Septembris.

4. *Grönbachensium Canonicorum obligationes.*

Porrò in litteris fundationis statuitur 1. ut Collegiatæ Ecclesiæ *Grönenbachensis Decanus*, per liberam ipsorúmmet *Canonicorum Grônenbachensium* electus, Reverendissimo *Episcopo Augustano* præsentetur, ab eodem approbetur, & confirmetur. 2. Ut *Decanus* unà cum suis 12. Canonicis Sacerdotibus Sæcularibus in una eadémque domo, pone Ecclesiam Collegiatam commodè extructâ, cohabitent, in uno eodémque refectorio, in una eadémque mensa, uno eodémque cibo & potu conjunctim reficiantur, quopiam perpetim sub tempore refectionis officiô *mensæ Lectoris* perfungente. 3. Ut *Decanus*, omnes & singuli *Canonici*, personaliter præsentes resideant, ad suas functiones incumbant, nec ulla de causa absentiam vel non residentiam prætendant, præcisis omnibus exemptionis privilegijs concessis, aut posthàc concedendis. 4. Ut *Decanus* per semetipsum *Parochum* agat, oneráque Parochialia subeat, cum facultate tamen, unum, duos, vel quotquot necessarios duxerit, ex Capitulo *Canonicos* assumendi, eíque curam animarum imponendi. 5. Ut *Decanus* polleat jurisdictione, delinquentes suos *Canonicos* pœnis minoribus (majoribus Reverendissimo *Ordinario* reservatis) afficiendi, nec non ut *Canonici Decano* approbato & confirmato obedientiam exhibeant, juramento se obstringant, ejúsque monitis salubri-

lubribus & correctionibus acquiescant, more in aliis per Dioecesin *Augustanam* Ecclesiis Collegiatis observatô. 6. Ut *Decanus & Canonici* nullo alio quàm nigro, cæsio, vel violaceo vestitu utantur, nec chorum ad Divina peragenda frequentaturi, sine lineis superpelliceis & chori caputiolis templum ingrediantur, secundùm consuetudinem in Cathedrali Ecclesia Augustana receptam. 7. Ut *Decanus & Canonici* in Ecclesia Collegiata singulis diebus septem horas Canonicas, & duo Missarum solennia Officia ad modum Ecclesiæ Cathedralis *Augustanæ* canent: quotidie sex incruenta Agni Immaculati Sacrificia immolent: nec non singulis diebus Dominicis & festivis tam *Decanus* quàm *Canonici*, ùt decet, Missas celebrent. 5.

Hæc (ceteris extra meum forum prætermissis) ex litteris munificentissimi Fundatoris *Ludovici* de *Rottenstein & Leostein*, qui absoluto Ecclesiæ & Collegij splendido ædificio, ad omnes vitæ suæ rationes sanctæ compositus, suæ etiam vitæ periodum anno 1482. die 8. Maij absolvit, in tumulum, sibi in Ecclesia Collegiata paratum, honorificentissimè repositus. Insuper 6. *Fundatoris mors.*

Sepulti hac in Ecclesia quiescunt *Mareschalli* de *Pappenheim*, per Matrimonium cum *Corona* Sorore altè fati *Ludovici* de *Rottenstein* ceu suæ Familiæ ultimi Surculi contractum, omnium bonorum hæredes constituti: nec non Illustrissimi Comites *Fuggeri*, olim Dynastiæ *Grönenbachensis* Possessores. *Ejus & Propinquorum sepultura.*

SECTIO II.

Catalogus Decanorum Grönenbachensium. 7.

CAtalogus exactus *Decanorum & Canonicorum* Ecclesiæ Collegiatæ SS. Apostolorum *Philippi & Jacobi* in *Grönenbach* incuriâ temporum perijt, ex libris Baptismalibus hic est collectus. *Decanorum Grönbachensium catalogus.*

	Decanatum - - - -	*Obtinuit*
1.	Ludovicus Nagel.	1479.
2.	Joannes Widmann.	1494.
3.	Conradus Votmayr.	1495.
4.	Joannes Gaisser SS. Theologiæ Doctor.	1505.
5.	Sigismundus Frey.	1550.
	Sævissima contagio sustulit Decanum & omnes Canonicos.	
6.	Joannes Mayr, Canonicus Regularis Ord. *S. Augustini Wettenhusij* Professus.	1581.

7. An-

Obiit 7. Andreas Weiss, unà simul Parochum in *Illertissen* egit, & Collegio insignem Bibliothecam legavit. Hic *Decanus*, tanquam Parochus in *Illertissen*, à die 21. Septembris anni 1591. absfuit usque ad diem 23. Januarij anno 1596. Posthàc in *Decanatu* residens usque ad obitum.

1586.

1604. 8. Joannes Lengst, Vice-Decanus.

1605. 9. Bartholomæus Lengst.

1609. 10. Ludovicus Zelsenbach.

1613. 11. Andreas Weiss ad Decanatum redivit, ejúsque vices *Georgius Kreütter* supplevit.

1614. 12. Wolfangus Gösler, SS. Theologiæ & J. U. Doctor.

1615. 13. Andreas Epplin.

1629. 14. Georgius Fischer, Ottenburanus. Hic per aliquot annos absfuit, *Frisingæ* exul commoratus.

1643. 15. Nicolaus Brunner Solenturensis Helvetus.

1653. 16. Lucas Mayr.

1661. 17. Georgius Holzer Halensis Tyrolensis, SS. Theologiæ Licentiatus Decanus.

Anno 1663. Ingressus ordinem RR. PP. *Franciscanorum*, sed è Novitiatu egressus varijs in Diœcesi Augustana Parochijs præficitur. Pòst assumpsit habitum Canonicorum *Præmonstratensium* in celeberrimo Monasterio *Wilthinensi* propè Oenipontum. At ex hoc quoque sacro Ordine exiens ad Parochiam *Imbst* in Tyroli promovetur. Demum *Lutheri* sectam secutus, *Lipsiæ* uxorem duxit, miser Apostata Præconis officio functus.

1663. 18. Georgius Megglin.

1680. 19. Joannes Udalricus Moll Elvacensis, SS. Theologiæ Licentiatus, Clericorum Sæcularium in communi viventium Sacerdos.

1693. 20. Joannes Georgius Koller Dilinganus J. U. Licentiatus, Protonotarius Apostolicus *Romæ* immatriculatus, Clericorum Sæcularium in communi viventium Sacerdos.

SE-

SECTIO III.

Catalogus Canonicorum Grönenbachensium.

DE Canonicis Grönenbachensibus non habetur continua Successio, perfecta series, vel numerus, inveniuntur tamen inter Canonicos fuisse numeratos sequentes: *1. Grönbachensium Canonicorum catalogus.*

Canonicatum - - -	*Obtinuit*
1. Joannes Oberheimer.	1488.
2. Berchtoldus Brüchs.	1490.
3. Balthasarus Laminer.	1490.
4. Georgius Sailer.	1494.
5. Georgius Schnizer.	1494.
6. Andreas Unsin.	1494.
7. Henricus Negelin.	1495.
8. Joannes Ulman.	1504.
9. Leonardus Höring.	1504.
10. Joannes Ott.	1538.
11. Georgius Engelhardt.	1571.
12. Philippus N.	1577.
13. Jacobus N.	1581.
14. Joannes Wassermann.	1582.
15. Andreas Weiss.	1583.
16. Michaël Mayr.	
17. Joannes Guettleben.	1584.
18. Andreas N.	
19. Jacobus Bizer.	1585.
20. Leonardus Ainer.	1586.
21. Sebastianus Rösler.	1587.
22. Joannes Dodel.	
23. Gottschalcus Perdius.	
24. Joannes Melchior Rungelius Coadjutor.	1588.
25. Christophorus Hanloser.	1590.
26. Bartholomæus Kempter Administrator Parochiæ.	
27. Melchior Rungelius.	
28. Georgius Schuribrand.	
29. Georgius Schelkdorff.	1594.

Obtinuit

1596. 30. Joannes Rungelius.
31. Michaël Küblen.
1597. 32. Volestrius Scheicher.
1598. 33. Joannes Engelhardt.
1599. 34. Mathias Wagner.
35. Martinus Sestor.
36. Martinus Rapp.
1600. 37. Leonardus Fischer.
1603. 38. David Schnilzer.
39. Casparus Ritscher.
40. Valentinus Streicher.
41. Vincentius Funck.
1604. 42. Joannes Mercklin.
43. Valentinus Streicher.
1605. 44. Joannes Inninger.
45. Christophorus Braun.
1606. 46. Georgius Hôlchen.
1607. 47. Christophorus Laucher.
1609. 48. Michaël Stôffelin.
49. Christianus Schneeberger.
1612. 50. Jacobus Flecker.
51. Georgius Küestaller.
1614. 52. Joannes Erhardus Holzhay Campidonensis.
53. Georvius Kreutter, Vice-Dominus.
1622. 54. Adamus Annwander.
55. Mathias Algaier.
56 Leonardus Sauterer.
1623. 57. Georgius Fischer Ottoburanus, posteà Decanus.
1626. 58. Joannes Guilielmus Morgenweg.
59. Michaël Heberlin.
1629. 60. Matthæus Algair.
1632. Tempore belli Suecici nullus Canonicus præter Decanum adfuit.
1656. 61. Joannes Georgius Hille Campidonensis.
1662. 62. Philippus Jacobus Ettlinger Suazensis Tyrolensis.
1663. 63. Franciscus Epp Lurzensis Tyrolensis.
1671. 64. Joannes Georgius Spaz Grônenbachensis.
1674. 65. Elias Egg Günzburgensis Superioris.
1678. 66. Joannes Weller Augustanus.
1680. 67. Joannes Godefridus Mayr, Pfaffenhusanus.

68. Jo-

Obtinuit

68. Joannes Udalricus Moll Elvacensis, Cleric. Sæcul. in cômmuni viventium, postea factus Decanus. 1681.

69. Ignatius Xaverius Thadæus Hôchstâtter Mindelheimensis. 1682.

70. M. Joannes Oberlânder Gundrimingensis, Cleric. Sæcul. in communi viventium. 1683.

71. Petrus Steinher SS. Theologiæ & SS. Canonum Candidatus Oberstozingensis, Cleric. Sæcul. in communi viventium. 1684.

72. Joannes Franciscus Schmid Witislingensis. 1689.

73. Carolus Christophorus Müller Bernburanus, SS. Theologiæ & SS. Canon. Candidatus; Cleric. Sæcul. in communi viventium. 1690.

74. Franciscus David Meersperger Wallersteinens. SS. Theologiæ & SS. Canon. Licentiatus, Clericorum Sæcul. in communi viventium. 1692.

75. Franciscus Mech Monheimensis Cleric. Sæcul. in communi viventium. 1692.

76. Joannes Michaël Schmid Greimlesthovensis: qui anno 1703. in Novembri *Viennam* abijt. 1693.

77. Joannes Philippus Haas Dilinganus, SS. Canonum Candidatus, Clericorum Sæcul. in communi viventium, vices gerens. 1704.

78. Joannes Petrus Mezner, SS. Theologiæ & SS. Canonum Candidatus, Kemnatensis Palatinus, Cleric. Sæcul. in communi viventium Sacerdos, vices Canonici gerens. 1704.

Hæc *Decanorum & Canonicorum* Collngiaræ Ecclesiæ *Grönenbachensis* nomina ex libris baptismalibus sunt collecta, ceteris nominibus à novercante fortunâ sublatis.

ANNOTATIO

Ad Ecclesiam Collegiatam Grönenbachensem.

Ecclesia Parochialis in *Grönenbach* (quod est oppidum medium inter *Memmingam & Campidonam* Civitates Imperiales) in colle amœno sita, antequàm in Collegiatam Ecclesiam conversa, consecratur anno 1136. die 27. Maij à *Walthero* Episcopo Augustano in honorem Sanctorum Apostolorum *Petri*, *Philippi*, *Jacobi*, Sanctorum Martyrum *Petri*, *Felicis*, *Castorij*, *Christophori*, *Gordiani*, *Epimachi*, *Sixti*, *Rustici*, *Eleutherij*, *Crispini*, *Crispiniani*, *Desiderij*, *Pelagij*, *Cornelij*, *Cypriani*, Sanctarúmque Virginum *Walburgæ*, *Nicetæ*, *Marianæ*, *Felicitatis*. 9. *Ecclesia Parochialis consecratio.*

10. *Indulgentiarum Bulla.* Anno 1339. Huic Ecclesiæ Parochiali *Grönenbachensi* perpetuæ Indulgentiæ conceduntur juxta hunc Bullæ tenorem.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ Filijs, ad quos præsentes litteræ pervenient. Nos miseratione Divina Nerses, Manas, Garen. Archiepisc. Petrus Montismarum. Sergius Pollen. Petrus Callien. alamanus VVormatien. Petrus Acernen. Bernardus Ganen. Thomas Lunen. & Gratia. Dulamen. Episcopi. Salutem in Domino sempiternam. Pia Mater Ecclesia de animarum salute sollicita devotionem Fidelium per quædam munera spiritualia remissiones videlicet & indulgentias incitare consuevit, ad debitum famulatus honorem DEI & sacris ædibus impendendum. Ut quantò crebriùs illuc resluxit populus Christianus, assiduis Salvatorem gratiam precibus implorando, tantò delictorum suorum veniam, & gloriam Regni cœlestis consequi mereatur æternam. Cupientes igitur, ut Ecclesia Parochialis Sanctorum Philippi & Jacobi in Grönenbach Augustensis Diœcesis congruis honoribus frequentetur, & à Christi Fidelibus jugiter veneretur, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad dictam Ecclesiam in omnibus Festis suorum Patronorum, & in Dedicatione ejusdem Ecclesiæ, ac in alijs Festis infrà scriptis, Videlicet: Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Parasceves, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, Inventionis, & Exaltationis sanctæ Crucis: in omnibus Festis Beatissimæ MARIÆ Virginis: Nativitatis & Decollationis B. Joannis Baptistæ, Sanctorum Petri & Pauli, & omnium Apostolorum, & Evangelistarum: Sanctorúmque Stephani, Laurentij, Vincentij Martyrum, Nicolai, Gregorij, Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Benedicti: Sanctarúmque Mariæ Magdalenæ, Catharinæ, Margarethæ, Cæciliæ, Luciæ, Agathæ, Agnetis: in commemoratione omnium Sanctorum, & animarum, & per Octavam dictarum Festivitatum: singulis diebus Dominicis & Festivis, causâ devotionis, orationis, aut peregrinationis accesserunt, seu, qui Missis, Prædicationibus, Matutinis, Vesperis, aut alijs quibuscunque Divinis Officijs ibidem interfuerint, vel qui in serotina pulsatione Campanæ genibus flexis ter Ave Maria dixerit: Nec non, qui ad Fabricam,

luminaria, ornamenta, aut quævis alia dictæ Ecclesiæ necessaria, manus porrexerint adjutrices, vel qui in eorum Testamentis, aut aurum, argentum, vestimentum vel aliquod aliud charitativum subsidium dictæ Ecclesiæ donaverint, legaverint, aut donari vel legari procuraverint. Quotiescunque, quicunque, & ubicunque præmissa, vel aliquid præmissorum devotè fecerint, de Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus Auctoritate confisi, singularium quadraginta dies Indulgentiarum de injunctis eis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus, dumodo Diœcesani voluntas ad id accesserit & consensus. In cujus rei testimonium præsentes has sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Dat. *Romæ* tertio die Mensis Februarij, Anno Domini Millesimo, trecentesimo trigesimo nono. Scilicet Pontificatûs Domini *Benedicti* Papæ XII. anno sexto. Subscripti sunt: unus Cardinalis, duo Archi-Episcopi, & novem Episcopi.

Anno 1445. Feriâ VI. ante Galli, dedicata & consecrata est denuò Ecclesia, cœmeterium & duo altaria scilicet in Capella, & altare sinistrum ad turrim, præsentibus Adm. R. D. *Joanne Peppel* Rectore in Grönenbach & Parocho existente, R. D. P. *Joanne Schreiber* de Ottobeüren Ordinis S. Benedicti, R. D. P. *Jodoco Azenried* de Memminga Ordinis *S. Spiritûs*, R. D. *Joanne Trüchler* Parocho de Wöringen, R. D. *Conrado Tannheimer* Presbytero, R. D. *Jodoco Henchel* Parocho in Herbishofen, R. D. *Udalrico Schilling*, R. D. *Joanne Unglert*, & R. D. *Conrado Fischer* Capellanis in Grönenbach, &c. 11. *Ecclesiæ Parochialis alia consecratio.*

Anno 1495. Ecclesia Parochialis, jam in Collegiatam transmutata, cum altaribus consecratur, ùt sequitur.

In Nomine Domini Amen. Universis & singulis Christi Fidelibus in perpetuum pateat evidenter, quòd anno à Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, die quinto Mensis Julij. Nos JOANNES DEI & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Adramyttenus Reverendissimique in Christo Patris & Domini Domini FRIDERICI Episcopi Augustani in Pontificalibus Suffraganeus & Vicarius Generalis cooperante Nobis Spiritûs Sancti septiformis gratiâ consecravimus hanc Ecclesiam Collegiatam in Grönenbach in honorem 12. *Ecclesiæ jam Collegiatæ consecratio.*

rem SS. Philippi & Jacobi. Altare supra cryptam in honorem Beatissimæ Virginis MARIÆ, Joannis Evangelistæ, Gregorij Papæ, Elisabethæ Viduæ & Nicolai Episcopi. Et Altare sequens ad dextram in honorem sanctæ Crucis, Annæ Viduæ, Barbaræ Virginis, Antonij & Leonhardi Confessorum. Altare verò sequens in eodem latere in honore Georgij Martyris, Decem millium Martyrum, VValburgæ Virginis, Joannis Baptistæ, Laurentij Martyris. Sequenti die consecravimus altare à sinistris cryptæ in honorem Catharinæ, Agnetis Virginis, Viti Martyris, Mauritij & Sociorum ejus, Valentini Martyris, Urbani Papæ. Altare sequens in honorem Michaëlis, Mariæ Magdalenæ, Andreæ: Ursulæ cum Socijs, Margarethæ Virginis, & Christophori Martyris. Altare circa januam in honorem Udalrici, Silvestri, Martini Confessorum, Dorotheæ Virginis, Afræ cum Sodalitate.

13. *Altaria septem, ex his duo privilegiata.*

In Hac Collegiata Ecclesia splendidissima tempore isto sex pulcherrima visuntur altaria. 1. Altare Summum SS. Apostolorum *Philippi & Jacobi.* 2. Medium ad pedem chori B. V. MARIÆ. 3. Ex parte epistolæ *S. Josephi.* 4. *S. Annæ.* 5. Ex parte Evangelij *S. Michaëlis.* Et 6. SS. *Wilibaldi* ac *Walburgæ.* Ex his duo privilegiata extant altaria. 1. Altare Summum, SS. Tutelaribus *Philippo & Jacobo* Apostolis dedicatum, habet Feriâ VI. privilegium è piacularibus flammis liberandi animas defunctorum Confratrum & Consororum Confraternitatis perpetuæ adorationis Sacratissimæ *Eucharistiæ.* 2. Altare medium ad pedem chori, Immaculatæ B. V. MARIÆ dedicatum, habet Feria II. privilegium è purgatorio liberandi animas defunctorum Canfratrum & Sororum Archifraternitatis SS. Rosarij.

14. *Indulgentia plenaria.*

Præter prædicta Privilegia in eadem Ecclesia Collegiata lucrari possunt Indulgentiæ plenariæ Kalendis Maij in festivitate Principalium Patronorum *SS. Philippi & Jacobi* Apostolorum, nec non in anniversaria dedicationis die, Dominica post S. *Afræ*, Augustanæ Diæcesis Patronæ, Festum recurrente.

15. *Fraternitates 4.*

In memoratam Ecclesiam introductæ sunt quatuor Confraternitates, summoperè florentes, & populi, maximo in numero confluentis, devotionem promoventes. 1. Confraternitas *SS. Corporis Christi* cum Missæ officio & processione, singulis hebdomatibus peragen-

peragenda. 2. Confraternitas perpetuæ adorationis *SS. Evcharistiæ* ad mensem Januarium determinata. 3. Archifraternitas *SS. Rosarij* cum menstruis processionibus, &c. celebranda. 4. Confraternitas horaria perpetui *Rosarij* nuncupata, ac pro moribundis instituta.

Anno 1559. Secta *Calvini* irrepsit in oppidum *Grônenbach* Au- 16.
thoritate *Philippi de Pappenheim*, unà cum suo Fratre *Christophoro* fi- *Calvini secta introducitur.*
dem Calvinisticam amplectentis. Anno 1577. ex Collegij *Grônbachensis* proventibus ducenti floreni Præconi Calvinistico sunt assignati, & exercitium Religionis Calvinisticæ in Ecclesiam Collegiatam juxta Religionem Catholicam est intrusum: anno 1619. iterum extrusum, nec ampliùs retroductum. Anno 1625. prima vice in templo Hospitalis Præco Lutheranus Memmingensis fuit constitutus. Anno 1627. à *Philippi de Pappenheim* uxore, tunc maritô mortuô, viduâ, Præco *Calvini* sectæ *Adolphus Langhans* occultè fuit detentus, sed à *Campidonensibus* captus, in castro *Libenthan* custoditus, deinceps dimissus, nec ampliùs ad oppidum *Grônbachense* admissus. Hoc tempore Calvinistæ Religionis suæ actus exercent *Grônenbachij* in privata domo anno 1649. specialiter ad hunc finem ædificatâ. Convolant *Grônenbachium* pro exercendis Religionis Calvinisticæ actibus non solùm in vicinia commorantes Calvinistæ, sed etiam tempore Paschali *Augustani, Kauffburani, Leutkirchenses, Ulmenses, Isnenses, Memmingenses, & Campidonenses* hujus viæ viri & mulieres.

Ceterùm Collegiata & Parochialis Ecclesia *Grônenbachensis* se- 17.
quentes habet sibi incorporatas Filiales Ecclesias. 1. Et Principalis *Ecclesia Filiales in Zell.*
est Ecclesia in *Zell*, cum decimis majoribus & minoribus incorporata, semihora *Grônenbachio* distans, ac SS. *Petro & Paulo* Principibus Apostolorum dedicata, nec non hoc festivo die Indulgentijs plenarijs donata. Ex *Decani* commissione administratur à Collegij *Grônenbachensis Canonico*, non tamen ibidem residente. Annua encœniorum festivitas recurrit Dominicâ Festum memoratorum Apostolorum SS. *Petri & Pauli* subsequente. In hac Parochia cohabitant Catholici Calvinistis pro suæ Religionis exercitio *Grônenbachium* confluentibus.

2. Filialis est Capella in *Ittelspurg*, *Grônenbachiô* horâ distans, 18.
ac S. *Leonardo* Abbati, invocantibus valde propitio, dedicata, an- *In Ittelspurg.*
niversariâ dedicationis die Dominicâ proximâ post Festum *S. Bartholomæi* Apostoli recurrente. Cohabitant etiam hîc loci Catholici Calvinistis, sed æquè absque suæ Religionis exercitio, pro eo autem *Grônenbachium* properantibus.

3. Fi-

19. *S. Sebastiani Capella.* 3. Filialis est Capella *S. Sebastiano* Martyri dedicata. Ejus Festum cum Octava, multæque devotiones in hac Capella per octiduum illud peraguntur; inibi quoque Decani & Canonici sepeliuntur in hypogeo, speciali solertiâ ad istorum sepulturam constructô.

20. *S. Spiritus.* 4. Filialis est Capella fundati Hospitalis Grônenbachensis *S. Spiritui* consecrata.

21. *Grônenbachensis castri.* 5. Filialis est Capella munitissimi castri Grônenbachensis, cujus Capellanus (non Canonicus) integro fruitur Canonici *Grônenbachensis* salario: prout etiam Calvinistarum Minister gaudet unius Canonici portione, ex Collegij redditibus extrahendâ.

CAPUT VIII.

De Collegiata Ecclesia B. MARIÆ Virginis Miraculosæ ad S. Petrum Neoburgi.

SECTIO I.

De Ortu & Progressu Ecclesiæ Collegiatæ B. MARIÆ Virginis ad S. Petrum Neoburgi.

1. *Fundator Ecclesiæ Collegiatæ Neoburgi.* ANno 1682. Die 25. Martij, in Festo Annuntiationis B. V. MARIÆ, prædictam Ecclesiam Collegiatam fundat Serenissimus *Philippus Wilhelmus* Comes Palatinus Rheni, &c. &c. S. R. I. Elector & Archithesaurarius, &c. oculorum motu imaginis sculptilis Beatissimæ DEI Genitricis & Virginis MARIÆ occasionem fundationis præbente.

2. *Fundationis occasio.* Quòd autem imago hæc oculos suos multis spectantibus, & prodigiosam rei novitatem vehementer obstupescentibus, ac si reverà animata esset, circumtulerit, & huc & illuc moverit, non solùm communi constantíque populorum famâ ac testimoniô, sed insuper publicis aliquot instrumentis authenticè probari potest, ex quibus duo solùm, à personis omni exceptione majoribus in confirmationem miraculi expedita, hîc insero.

IN

INSTRUMENTUM I.

Serenissimi Philippi VVilhelmi Comitis Palatini Rheni, &c. &c. S. R. I. Electoris & Archithesaurarij, &c. &c.

NOs DEI Gratia PHILIPPUS WILHELMUS Comes Palatinus, Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, & Montium Dux, Comes Veldentiæ, Sponhemij, Marchiæ, Ravenspurgi, & Mörsæ, Dominus in Ravenstein, &c. Incredibili afficimur gaudio, quoties animum cogitatio subit, quòd jam inde à primo nostro ortu, qui ex DEI benignitate contigit anno sæculi hujus decimo quinto, expulsæ aliquando orthodoxæ fidei Sacra in ditionem hanc Nostram postliminiò reducere placuerit Divinæ Bonitati; quæ proinde excolere pro viribus nostris nunquam desistimus, dum maximis econtra de Cœlo donis cumulamur, & Benedictionibus in Domo Nostra, non terrenis modò, verùm & Cœlestibus à non parca manu infinitæ liberalitatis. In hunc censum merito referimus illam in sculptili quadam imagine Magnæ DEI Matris & Virginis MARIÆ prodigiosam oculorum mutationem, quæ ab aliquo tempore in Ducalis Nostræ Urbis ac Residentiæ *Neoburgensis* templo Parochiali ad *S. Petrum* Apost. à multis hominum millibus est observata, & de qua Nobis, quæ sequuntur, præcipuè in comperto sunt. Nona erat Octobris anni præteriti à parta salute supra millesimum sexcentesimum octogesimi, qua Venerabilis P. *Marcus de Aviano* ex strictiori Ordine *S. Francisci* Seraphici PP. Capucinorum præfato in templo ad populum dicebat primo crepusculo, sub quintam circiter pomeridianam magno, ut solebat, fervore; cum repentè in populo, qui proximus erat aræ summæ, in qua prostabat prædicta DEI Genitricis imago, exoritur quæ-

3. *Philippi Wilhelmi Electoris instrumentum.*

dam confuſa muſſitatio de motu oculorum in ſtatua, & vicinorum intra ſe vellicatio, admonentium, ut aſpicerent rem prodigioſam, nemine verò tum quidem auſo apertè divulgare myſterium hoc ſibi prorſus inſolitum: dum denique digreſsâ potiore multitudinis parte ex reliquo templo, admoniti quidam magìs conſpicui de populo, & ipſe Urbis *Decanus* ejusdem templi Paſtor, cum altero ſuburbij *Plebano* obſervantes è propinquo ſingula diligenter deprehenderunt, vera eſſe, quæ de oculorum illo motu dicerentur. Aucto exinde ad famam diffuſam per ſequentes dies hominum quàm plurimorum affluxu eadem teſtantium ſe vidiſſe, ſtatuimus ipſi quoque in rem præſentem venire, atque oculis noſtris magna accuratione coràm omnia arbitrari; itaque Menſe Novembri die decima ſexta circa decimam nocturnam (ut devotioni eo major quies foret, quo accurrentis per diem populi frequentia de nocte minor) cum Chariſſima Conjuge, ac Liberis Noſtris in comitatu non paucorum de Aula noſtra templum præfatum ingreſſi ſumus, atque coram ſumma ara, ipsáque famoſa Glorioſæ *Virginis* imagine ſuppliciter provoluti, vix precibus initium dedimus, cum ipſa quoque imago faciésque ex ligno fabricata movere oculos cœpit tam clarè, ac frequenter, diúque, ut nullum aſpicientibus dubium de perſpectiſſima veritate poſſet remanere: nunc enim quaſi Nos reſpiciens, oculos deprimere, poſt in altum relevare, quaſi DEUM deprecatura, mox rectâ viſum dirigere, aut ad latus perſpicuè cernebatur, ingenti aſpectantium motu, ſed nunquam non tenero ſenſu, quod nobis ſpem firmam injecit, oſtentum hoc mali nihil protendere, quod culpis fortè noſtris debitum, avertere non velit, ſi debitè imploretur, miſericors iſta *Patrona* apud DEUM, quæ utique neminem, quem reſpicit, deſpicit. Magno poſt hæc ſolatio ſemel iterumque quot ſeptimanis reviſimus *Matrem* hîc Gratia-

rum

rum, ac vix unquam recessimus, nisi eodem mutationis oculorum prodigio rursum recreati: Te igitur DEUM Ter Optimum Maximum in Magna *Matre* mirabilem toto corde laudamus, Téque *Virgo* Deipara! in imagine Gratiosam nostram Dominam confitemur, cúmque Filio tuo debitissimo cultu veneramur; Nos, nostram domum universam, ac fideles subditos tuo apud DEUM patrocinio commendamus; prædicta verò omnia, & singula, prout descripta hîc sunt, ita sese habere, ac habuisse, uti nostris Nos ipsi oculis spectabamus, & ad DEI gloriam, Sanctorum Cœlitum, ac præcipuè Sanctissimæ DEI *Matris* honorem, ac S. Ecclesiæ, veræque fidei exaltationem testanda existimamus, & verbo, fidéque principali, ac publico hoc instrumento notum omnibus facimus ac indubitatum; adjecto insuper Nostro Ducali Sigillo ac propriæ manûs subscriptione. In Residentia Urbis Nostræ *Neoburgensis*, Anno reparatæ salutis millesimo sexcentesimo, octogesimo primo, secundo Aprilis.

Philippus Wilhelmus.

(L. S.)

INSTRUMENTUM II.

Reverendissimi ac Celsissimi S. R. I. Principis ac Domini, Domini Sebastiani Episcopi Passaviensis, &c. &c.

4. Sebastiani Episcopi Passaviensis instrumentū.

NOs DEI Gratia SEBASTIANUS Episcopus Passaviensis, Sac. Rom. Imperij Princeps, Comes de Pôting,

ting, Burggravius in Lienz, &c. Attenta mente conſiderantes, quòd ſicut Sacramentum Regis abſcondere bonum: ita opera DEI mirificantis Sanctos ſuos in terris revelare, & confiteri, honorificum ſit, non volumus, nec poſſumus negare, quod vidimus oculis Noſtris, quàm mirabilis ſit DEUS in Sanctis ſuis. Itaque omnibus & ſingulis has lecturis, aut legi audituris, manifeſtamus veritatem, & prodigia magna non abſcondimus, quæ DEUS, qui facit mirabilia abſque numero, non ita pridem ante oculos Noſtros in Benedictæ & Admirabilis *Virginis* & *Genitricis* ſuæ Imagine *Neoburgi* ad *Iſtrum* operatus eſt. Cùm enim communi populorum famâ promulgatum fuiſſet, quòd Beatiſſimæ DEI *Genitricis* & Virginis MARIÆ Imago ſculptilis ibidem in Eccleſiæ Parochialis ara principe ad venerationem expoſita, & tempore, quo Adm. Venerabilis *P. Marcus de Aviano* Ord. *S. Franciſci* Strictioris Obſervantiæ *Capucinorum* ibi commorabatur, oculos ſuos multis ſpectantibus, & prodigioſam rei novitatem vehementer obſtupeſcentibus, ac ſi reverâ animata eſſet, circumferre, & huc illuc ſpargere cœperit, atque ab eo tempore etiam poſt ejusdem *R. P. Marci* abitum, certis horis & temporibus, innumeris ex omni vicinia ad viſionem hanc magnam videndam illuc confluentibus, ſpargere, & circumferre uſque eò non deſierit. Nos quoque ad eandem viſionem tam magnam, & prodigioſam videndam exciti, atque rei quaſi incredibilis veritatem certô experimentô, & oculàri inſpectione explorare cupientes, perſonâ privati Equitis ſimulatâ, & duobus duntaxat, Nobili ſcilicet viro *Joanne Georgio à Grienthal*. Noſtro Præfecto in *Leüprechting*, & *Joanne Greuenbruch* Noſtro Cubiculario comitantibus, die Novembris triceſimâ, anni ſexcenteſimi, octuageſimi, ſupra Milleſimum proximè evoluti, ſub crepuſculo veſpertino *Neoburgum* advenientes, die immediatè ſequenti, quæ fuit prima dies Decembris,

manè

manè horâ circiter ſemiſeptimâ præfatæ Eccleſiæ Parochialis portas per Æditŭum nobis reſerari fecimus: cúmque in eadem Eccleſia propè Sacriſtiam de mirabilibus præfati *R. P. Marci* operibus, atque inter alia de illis ipſis, quæ de hac imagine communi populorum famâ longè latéque circumferuntur, cum prædicto Æditŭo ſermones miſceremus; Ecce tibi! Noſter prænominatus Cubicularius Joannes Greuenbruch, pari conſternatione & admiratione exclamat: JESUS, MARIA, Imago Beatiſſimæ Virginis oculos movere incipit, ad cujus clamorem Nos cum præmemoratis Noſtro Præfecto in *Leüprechting Joanne Georgio à Grienthal*, & Æditŭo, qui præter eundem *Joannem Greuenbruch* in Eccleſia tunc ſoli præſentes eramus, excitati, oculis ocyſſimè in eandem Deiparæ imaginem defixis rei veritatem penſiculatiùs explorare cupientes, certò deprehendimus, atque evidenti oculorum inſpectione experti ſumus, veriſſimum eſſe, quod de ejusdem Virgineæ Statuæ oculorum motu, communi conſtantíque populorum famâ, & teſtimonio vulgatum eſt; vidimus ſiquidem, & proprio oculorum experimento evidenter, & perſpicuè animadvertimus, & omnes, qui in Eccleſia Nobiſcum tunc erant, pariter animadverterunt, ejusdem Statuæ, haud aliter, ac verè viveret, & animaretur, oculis eò uſque in altum efferri, ut pupilla, ſive ſtella in ſupremo apice, & ſummitate in eorundem ſteterit, albumen verò totum quaſi oculum obduxerit. Quo prodigioſo oſtento Nos unâ omnes attoniti, atque in genua provoluti, DEUM, qui dat prodigia in Cœlo ſurſum, & in terra deorſum, quique in Sanctis ſuis jugiter laudari deſiderat; in Sanctiſſima *Matre* ſua laudare cœpimus. Sub Miſſæ verò Sacrificio, *à Decano* loci peracto, eandem ſacram Statuam oculos jam deorſum, & in terram demiſiſſe: jam dextroſum in Menſam, in qua *Crucifixi* Salvatoris imago poſita erat, conjeciſſe, pari ocu-

lorum evidentia animadvertimus, & experti sumus. Atque hæ omnia & singula, prout hîc enarrata & descripta sunt, verè tunc contigisse, ac Nos oculis Nostris evidenter vidisse, & animadvertisse, præsentis serie publici instrumenti fatemur, & testamur, Nostrúmque hoc publicum testimonium ad perpetuam rei memoriam Principali manu Nostra, & Sigillo muniri, & corroborari fecimus. Actum in Episcopalis Residentiæ Nostræ Civitate Passaviensi, Anno *Verbi* ex purissimo *Virginis Deiparæ* Sanguine incarnati octuagesimo primo supra Millesimum sexcentesimum die 23. Martij.

Sebastianus.

(L.S.)

5. *Beneficia à B. V. M. Neoburgi collata.*

Plura attestata juratò deposita essent adducenda: duo tamen producta cuilibet prudenti facilè persuadebunt fidem miraculo tribuendam, atque magnam DEI *Matrem* & Virginem MARIAM in admirabili oculorum mutatione venerandam.

Porrò corporis vitia à *B. Virgine Deipara* prodigiosè hîc loci curata, atque creberrima beneficia ad se confugientibus fuisse collata, testantur picta, cerea, argentea, aliáque anathemata ibidem suspensa.

Affert etiam prodigiosa 27. hujusmodi beneficia, ab implorantibus opem *B. Virginis Deiparæ* obtenta, libellus quidam Germanicus *Neoburgi* anno 1693. editus, qui cum *Mantuano* concludit:

Ipsa est adversis commune in rebus Asylum,
Cuilibet huc, dico, confuge, tutus eris.

SECTIO II.

Catalogus Decanorum Collegiatæ Ecclesiæ B. V. MARIÆ Miraculosæ ad S. Petrum Neoburgi.

6. Decanorum Catalogus.

Decanatum - - - - Obtinuit

1. DEcanus Joannes Georgius Burckmair, SS. Theologiæ & SS. Canonum Licentiatus, Parochus ad *S. Petrum Neoburgi*, Serenissimi Electoris Palatini Consiliarius Ecclesiasticus & Protonotarius Apostolicus. Obijt anno 1704. — 1682.

2. Joannes Schlosser, SS. Theologiæ & SS. Canonum Licentiatus, Parochus in Burckhaim, Virginum Ursulinarum Confessarius, *Joannis Georgij Burckmair* in Decanatu & Parochia Successor. Obijt 1708. — 1704.

3. Clemens Steger, SS. Theologiæ, & SS. Canonum Licentiatus, Serenissimi Electoris Palatini Consiliarius Ecclesiasticus, & apud Moniales de Monte Carmelo Confessarius, *Joannis Schlosser* in Decanatu & Parochia Successor, & antehàc jam anno 1706. Canonicus. — 1708.

SECTIO III.

Catalogus Canonicorum.

7. Et Canonicorum.

Canonicatum - - - - Obtinuit

1. JOannes Georgius Nieft, SS. Theologiæ Baccalaureus, Custos, & Monialium de Monte Carmelo Neoburgi Confessarius. Obijt anno 1700. — 1682.

2. Joannes Nicolaus Krâzer, SS. Canonum Licentiatus, Custos anno 1700.

3. Franciscus Ludovicus Barbaritz. Obijt 1707.

4. Joannes Môsner, SS. Theologiæ & SS. Canonum Licentiatus, post biennium obtentâ Parochiâ in *Mickhausen* valedixit.

5. Joannes Chrysostomus Schirmbeckh, postmodùm valedixit, Ordinem S. *Augustini* amplexus.

6. Joan.

6. Joannes Georgius Braun, SS. Canonum Candidatus, Protonotarius Apostolicus.

7. Leonardus Feser. Obijt 1704.

Obtinuit 8. Horatius Christophorus Nobilis de Fues usque ad annum 1707.

1700. 9. Sebastianus Erdt, SS. Theologiæ & SS. Canonum Licentiatus, & Confessarius apud Moniales de Monte Carmelo obtentâ Parochia in Thanhausen valedixit 1706.

10. Joannes Wurm, Juris Utriusque Licentiatus.

1706. 11. Clemens Steger, SS. Theologiæ & SS. Canonum Licentiatus, Decanus anno 1708.

1707. 12. Franciscus Antonius Heimpuecher.

13. Andreas Merz.

1708. 14. Philippus Christianus Staudinger, Serenissimi Electoris Palatini Cameræ Musicus & Capellanus, qui Canonicum agit per Vicarium *Franciscum Jacobum Wagner*, SS. Theologiæ Licentiatum, & SS. Canonum Candidatum.

ANNOTATIO

Ad Ecclesiam Collegiatam B. MARIÆ Virginis Miraculosæ ad S. Petrum Neoburgi.

8. *Ecclesiæ Patroni, Reliquiæ, &c.*

IN hac Ecclesia Collegiata (quæ etiam est Parochialis, ejúsque districtus *Parochia Superior* appellatur) Titularis & Tutelaris Primarius Patronus *S. Petrus* Princeps Apostolorum veneratur: illius anniversarius dedicationis dies Dominicâ Festum SS. Apostolorum *Petri & Pauli* subsequente celebratur: in ea, præter Sacrum Caput & principaliora ossa *S. Gaudentij* Episcopi & Martyris, particula de *SS. Cruce Christi Domini* asservatur. Ara princeps pro qualibet hebdomadæ feria IV. & Sabbato, atque Ara Sacelli S. *Crucis* pro qualibet feriâ VI. est privilegiata. Habet ista Ecclesia Collegiata, utpote Parorochialis sibi incorporatas Ecclesias *S. Martini* in Civitate, *S. Georgij* in Civitatis suburbio, & Ecclesiam *S. Andreæ* haud procul à Civitate dissitam.

9. *Collegiata hæc à Steng. omissa.*

Stengelius *in Mantissa ad Commentarium Rer. Augustanarum cap. 5.* recensens Collegiatas Ecclesias in Diœcesi Augustana non meminit hujus *Ecclesiæ Collegiatæ B. MARIÆ Virginis Miraculosæ ad S. Petrum Neoburgi.* Sed nec meminisse potuit, utpotè nondum fundatæ illa ætate. Adjungit tamen *Stengelius c. l.* Collegiatis Ecclesijs

clesijs in Diœcesi Augustana *Ecclesiam Collegiatam B. V. MARIÆ in Feuchtwang* & *Præceptoriam S. Antonij* (al. *S. Martini*) *Memmingæ*.

Verùm duas huiates Ecclesias quod attinet, Ecclesia Collegiata *Feüchtwangensis* in oppido Marchionatûs *Brandenburgici* intra *Sueviæ* & *Diœcesis Augustanæ* tractum, *Franconibus* conterminatum (vulgò der Hanen-Kamm appellatum) sita, è Catholicorum cultu jam dudum erepta, & elinguis reddita, omni loquelâ Romano-Catholicâ caret, Acatholicis autem paret. 10. *Feücht-vvangensis Ecclesia,*

Ecclesia Collegiata seu Præceptoria *S. Antonij* à suo Antistite *Præceptore* Germanicè Großmaister / sic nuncupata, opulentum olim Hospitalarij Ordinis *S. Antonij* domicilium, retro principem Ecclesiam Memmingensem *S. Martini* inquirendum, æquè Acatholicorum, administrationi subjacet, jacet, & tacet. Me quoque de amplitudine encomiorum utriusque memoratæ Collegiatæ Ecclesiæ conticescente, donec expeditô officiô linguæ, nobiscum Orthodoxis loquantur rectè. 11. *Et præceptoria S. Antonij est extincta.*

Dilucidatis igitur septem *Collegiatis* Diœcesis Augustanæ *Ecclesijs* magnum decorem *Hierarchiœ* Augustanæ conferentibus, duobus sequentibus capitibus alia producam ornamenta, eandem *Hierarchiam* illustrantia.

CAPUT IX.

De Augustanis Ecclesiæ Cathedralis Canonicis, ad Ecclesiasticas dignitates exteras evectis.

Hierarchiam *Augustanam* non solùm sua Authoritate, magnanimitate, & virtutum splendore exornant Cathedralis istius Ecclesiæ *Episcopi*, *Præpositi*, *Decani*, &c. atque Ecclesiarum Collegiatarum *Antistites*; sed etiam, & quidem eximium, præfatæ *Hierarchiæ* ornamentum addunt Reverendissimi DD. *Augustani* Ecclesiæ Cathedralis *Canonici*, ad Ecclesiasticas dignitates exteras evecti, nec non *Nati Augustani*, utpote plerique dignitatibus Ecclesiasticis *Hier-*

archiam Augustanam concernentibus, honorati. Hæc igitur cum pro suo ornatu meritò sibi vendicet Reverendissimos DD. *Augustanos*, Ecclesiæ Cathedralis *Canonicos*, atque *Natos Augustanos* primùm memoratos: Ea propter sicut *Stengelius in Mantissa ad Commentarium rerum Augustanarum cap. 50.* concinnavit Catalogum *Canonicorum Augustanorum*, aliorúmque virorum origine *Augustanorum*, qui ad Ecclesiasticas dignitates evecti sunt; sic illius vestigia premere jussus, *Canonicos*, aliósque egregios *Viros Augustanos* ad Ecclesiasticas dignitates à *Stengelio* adductos, in medium produco: Ejus calamo hinc inde elapsos colligo: ubi pro *Canonicorum* ac origine *Augustanorum* dignitatibus laborare desiit, ibi laborem *Stengelianum* continuato Studiô prosequor; additis sæpenumerò epitaphijs, aut quibusdam encomijs ab alijs Scriptoribus jam prælo submissis, vel aliunde magna cum difficultate comparatis. Non quidem, quòd per encomia *Episcoporum*, *Principum & Magnatum*, animorum penetralia penetrare præsumam: sed si non decora, saltem umbram decorum, queîs *Principes & Magnates* exornati, exhibebo, optimè gnarus, *Principum & Magnatum* animorum ornamenta genuinis, seu perfectis coloribus velle depingere, esse actum agere. Nec me latet, quòd vasto comparentur pelago animi *Episcoporum*, *Principum & Magnatum*, quorum talenta pro dignitate producere nemo queat, nisi qui pelagus exhaurire, profundíque viscera effodere valeat. Quare sicut in *Hierarchiæ Augustanæ* prima parte *Episcoporum Augustanorum*, &c. sic in hac secunda parte *Episcoporum*, *Principum*, *Canonicorum*, & *Augustæ Natorum* ad dignitates exteras evectorum decora absque palpô scribam, & obvia solummodò afferam, excellentissimis eorum dotibus in abysso delitescentibus, alijs Scriptoribus, me doctioribus, ad extrahendum & depromendum, relictis.

Ne autem *Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicos & Augustæ Natos* permiscendo confusionem pariam, hos ab illis segrego; *Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicis* Caput IX. *Natis Augustanis* ad dignitates Ecclesiasticas evectis Caput X. attribuendô, atque utrumque caput in classes dividendô. Insuper, ut exteræ dignitates, & determinati dignitatum anni, quibus Reverendissimi DD. Canonici exteras dignitates adepti, primo intuitu oculis percipiantur, Capiti IX. nomenclaturam præpono alphabeticam, prædictas dignitates dignitatúmque annos comprehendentem.

Car-

Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ex Eccleſiæ Cathedralis Auguſtanæ Canonicis creati, ſecundùm alphabetum ordinati.

CARDINALES V.

Anno 1480. 1501. 1539. 1544. 1544.

PATRIARCHÆ

Aquileienſes III. 1030. 1077. 1304.

ARCHIEPISCOPI

Colonienſis I. 1577.
Moguntinus I. 1011.
Salisburgenſes III. 1041. 1519. 1612.
Trevirenſis I. 1430.

EPISCOPI

Adramytteni III. 1586. 1618. 1631.
Alminienſis I. 1651.
Amyclanus I. 1708.
Bambergenſes II. 1487. 1501.
Brixinenſis I. 1542. Vid. *num. 77.*
Conſtantienſes VI. 1165. 1294. 1626. 1645. 1689. 1704.
Curienſes III. 1079. 1108. 1122.
Dioclenſes II. 1681. 1708.
Eyſtettenſes X. 1226. 1539. 1553. 1560. 1590. 1595. 1612. 1685. 1697. 1705.
Friſingenſes III. 1410. 1497. 1541.
Gurcenſes II. 1501. 1646.
Herbipolenſis I. 1558.
Lavantini III. 1469. 1555. 1619.
Naumburgenſes, Neumburgenſes, Citizenſenſes, Ciezenſes ſeu Mammillenſes II. 1517. 1541.
Paſſavienſes IV. 1054. 1060. 1092. 1486.
Ratisbonenſes III. 1023. 1165. 1563.
Spirenſes V. 1054. 1058. 1272. 1396. 1529.
Tridentini IV. 1084. 1486. 1539. 1646.
Viennenſis I. Adminiſtrator. 1499.
Ultrajectenſis I. 1541.
Wormatienſis I. 1541.

C L A S S I S I.

Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum, ad Ecclesiasticas Dignitates exteras evectorum ab anno 830. usque ad annum 1499.

Anno 830.

1. *Sanctitas excedit Dignitates Ecclesiasticas.*

QUamvis *B. Rathardus* nec ad Episcopatum nec ad aliam dignitatem Ecclesiasticam temporariam legatur evectus: quia tamen ex mente *S. Antonini p. 2. tit. 3. cap. 5. fol. 133.* Dignitates & honores temporales plenæ sunt periculis. Et authoritate *S. Chrys. tom. 4. serm. 1. super epist. ad Rom. in princip. moral.* Dignitates hujus Sæculi temporariæ sunt, & simul cum hac vita depereunt. Ast *Sanctitas* teste *S. Bonavent tom. 1. serm. 2. in Hexam.* Facit hominem Deiformem: teste *Cassiod. sup. Ps. 150.* DEI imitatores: teste *S. Hier. tom. 8. sup. Ps. 67.* Habitaculum DEI, expers omnis periculi & vitij: sicut *Episcopatus* est lumen (per *S. Hier. tom. 2. cap. 12. adversus Luciferianos*) in terris, sic *Sanctitas* insuper lumen indeficiens in cœlis. Adeóque, quia *B. Rathardus* Canonicus Augustanus *Sanctitate*, quæ tam *Episcopalem*, quàm aliam quamcunque *dignitatem temporalem* suâ eminentiâ excedit, in terris fulsit, & perpetuò in cœlis fulgebit: hinc meritò, imò potiore jure, inter *Canonicos Augustanos*, Episcopali vel aliâ dignitate Ecclesiasticâ honoratos, ponitur, *Sanctitatis* qualitate *B. Rathardum* ad hujusmodi locum, & quidem inter *Canonicos Augustanos* primum evehente.

2. *Fundator Düessensis.*

Fuit igitur *B. Rathardus* ex Nobilissima & Sanctissima *Andecensium* Familia natus, *Hantonis* Episcopi Augustani *Frater Germanus*, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ circa annum 830. *Canonicus*. Sacerdotiô initiatus, Ecclesiam *S. Georgio* Martyri sacram è fundamento ad arcem *Damasiam* excitavit, Ecclesiæ adjiciendo ædem pro Canonicorum Regularium domicilio: ubi vitæ, morúmque integritate ac magnis meritis illustris, corporis exuvias, dulce & sacrum patriæ pignus, deposuit, in extremo Ecclesiæ angulo tumulatus, Sanctitate *Viri* mox post obitum (ex beneficijs ad tumulum devotè adrepentibus præstitis) instar Jubaris relucente.

3. *Rathardi SS. Reliquiæ inveniuntur.*

Temporibus exulceratis *B. Rathardi* sepulchrum diu latuit, donec aliquis, *Udalricus* nomine, è sacrorum Virorum censu Presbyter, venerabiles ejus Reliquias, cœlestis odoris fragrantiam exhalantes, invenit, protinus ægris pluribus sanitatem recuperantibus.

Hart-

Hartwicus Præpositus (ùt loquitur Diploma *Innocentij Papæ* II. anno M.CXXXII. datum Cluniaci) *S. Stephani* in *Diezhen* sacras *B. Rathardi* exuvias, ex templi angulo in medium prolatas, honoratiore loco veneratus est. 4. *Transferuntur.*

Elapsis postmodùm quatuor propè sæculis *Conradus Hartwici* in Præpositura Successor, pervetusto templo ruinam minitante, novum extruxit, cineresque *B. Rathardi* honesto Sarcophago inclusos, altari medio intulit, Accolis hâc etiamnum ætate veneranda ibi lipsana religiosissimè colentibus, suffragante *Radero Bavariæ sanctæ volum. 1. fol. 87.* 5. *Hodiedum venerantur.*

ARBO, al. ERBO Comes ab *Andex* & *Hochenwart*, Canonicus Augustanus 1009. Ex *Bucelino Germaniæ sacræ p. 1. pag. 2.* Vir doctus, electus in *Archiepiscopum Moguntinum* anno 1011. Verùm, quia ante confirmationem Pontificiam inopina morte sublatus, idcircò à nonnullis catalogo Archiepiscoporum non inseritur. Anno 1011. 6. *Moguntinus Archiepisc.*

Ego cum *Cratepolio* & inserendum, & hoc addendum censeo, quòd *Arbo* suffectus sit in locum demortui Archiepiscopi *Willigisi*, ex pago Saxonico *Stromingen*, Patre Carpentario orti, ortum verò suum ignobilem nobilissimâ sacrarum & sæcularium litterarum doctrinâ nobilitantis: quippe *S. Adalbertum* Ordinis S. *Benedicti* Monachum in Episcopum *Pragensem* sacravit: Imperatorem *Othonem* III. scientijs & virtutibus instruxit: post *Othonis* III. obitum Imperium providissimè administravit: primus ex Archiepiscopis dignitatem *Electoratûs* obtinuit: decedente *Othone* III. cum alijs Electoribus *Henricum Claudum* Imperatorem elegit: Basilicam *S. Stephani* à se inchoatam maximis sumptibus erexit: plures alias ædificavit: Divinum Officium hinc inde collapsum non mediocri zelo reformavit. 7. *Willigisus Archiepiscopatus Moguntini primus Elector Imperij.*

Nihilosecius tot inter præclarè gesta, eâ erat animi demissione, ut depictam *rotam* ubique locorum suæ habitationi affigi, atque hanc Epigraphen: 8. *Rota insigne Moguntinũ à Willigiso.*

VVilligis recolas, quis es? & unde venis?

Adscribi jusserit, Archiepiscopatu *Moguntino* etiamnum *rotæ* insignibus, ab humilitate *Willigisi* natis, gloriante, & suum *primum* Archiepiscopum Imperij *Flectorem* hisce 4. distichis honorante.

Quo virtus animi major, quo gloria rerum 9. *Willigisi epitaphium.*
Se tollit tituli nobiliore vitâ;
Hoc humilem decet esse magis, majorique repostum
Mente, quòd in præceps omnia nostra ruunt.

Hoc rota VVilligisi, cujus Sanctissima toto
Virtus Christiadum vivit in orbe, monet.
Est Virtus, nos esse homines, cognoscere, vitam
Esse rotam. Virtus hæc facit esse Deos.

Quare *Arbo* Comes ab *Andex & Canonicus Augustanus*, præfato *Willigiso* in *Moguntino Archiepiscopatu* succenturiatus, meritò in album Archiepiscoporum *Moguntinorum* refertur, & pro gloria *Canonicorum Augustanorum* hîc loci silentiô non præteritur. Quamvis autem ab aliquibus inter *Willigisum* & *Arbonem* Archiepiscopus Moguntinus intermedius ponatur *Erckenboldus Abbas Fuldensis*: Istud ipsum tamen gloriam *Canonicorum Augustanorum* minimè imminuit, veritate historicâ, quòd *Canonicus Augustanus* ad *Archiepiscopatûs Moguntini* dignitatem fuerit evectus, salvâ persistente.

Anno 1023. 10. *Ratisbonensis Episcopus.* GEBHARDUS *Comes de Andechs*, Canonicus Augustanus 1020. Ab *Henrico Sancto* Imperatore præficitur *Episcopatui Ratisbonensi* Anno 1023. Monasterium *Thierhauptanum* penè collapsum restituit, ejúsque Sacristiam cranio *S. Florinæ* V. M. ex Societate *S. Ursulæ*, nec non parte brachij *S. Valentini* Episcopi locupletavit. Præfuit annis XIII. è vivis excessit anno 1036. ad *S. Emmeramum* sepultus. Sub hoc *Gebhardo* Episcopo altissimè dictus *S. Henricus* Imper. Ecclesiam *B. Virginis* ad veterem Capellam, in Collegium Canonicorum ampliatam, extruxit. Altare vetus, olim à *S. Ruperto* dicatum, mansit immobile, quod adhuc hodie monstratur sub gradibus inquit *Hund. tom. 1. Metrop. Salisb. fol. 194.*

1030. 11. *Patriarcha Aquileiensis.* EBERHARDUS Canonicus Augustanus anno 1029. *Patriarcha Aquileiensis* anno 1030. Interfuit Comitijs, sub *Henrico* III. Imp. habitis *Constantiæ* anno 1044. *Spondanus ex Annalibus Baronij ad annum 470.* refert, *Paulinum Patriarcham Aquileiensem* vitâ functum hoc tempore, eique in regenda Ecclesia *Probinum* successisse. De 12. *Patriarchatûs etymologia.* origine autem *Patriarchatûs Aquileiensis* sequentia scribit:

Sciendum est, usurpatum frequenter etiam in Occidente, reperiri his temporibus Patriarchæ nomen pro Archiepiscopo; nimirùm ut qui sub se alios haberet Episcopos & sicut dictus esset Archiepiscopus, idem pariter ex vocis significatione Princeps Patrum: & Græco nomine Patriarcha, appellaretur. Sic Gregorius Turonensis Patriarcham vocat S. Nicetium Archiepiscopum Lugdunensem, & in Concilio secundo Matisconensi Priscus Lugdunensis Episcopus Patriarcha pariter nominatur.

natur: extántque de his antiquiora etiam testimonia; puta, cùm apud Cassiodorum Athalaricus Rex Gothorum in Italia scribens ad Joannem Papam secundum, Metropolitanos vocavit Patriarchas. Unde & videtur ex Gothis ejusmodi vocis usum emersisse, aut fortassè ipsos Gothos Arianos id ex suæ ipsorum sectæ consuetudine desumpsisse, in qua primarios eorum Episcopos Patriarchas appellari consuevisse, ut Victor Uticensis, Gregorius Turonensis, & alij docent. Factúmque est, ut & alij Hæretici à Catholica communione discissi, quem sequereatur erroris Principem, eundem quoque dicerent Patriarcham, ad hoc malè usurpato ejusmodi nomine, quod olim Apostolicarum tantùm Sedium nomen erat amplissimæ dignitatis.

Quod verò ad præsentem causam spectat, non alio præterito tempore, sed præsenti, cùm videlicet Venetiarum & Istræ Episcopi atque Liguriæ (ùt vidimus ex Epistolis Pelagij Papæ) essent in schismate ob quæstionem de tribus Capitulis, Paulinúsque Aquileiensis his omnibus præemineret, placuit ijsdem schismaticis illum sibi locô Romani Pontificis, à quo descivissent, constituere supremum Antistitem, quem & Patriarcham nuncupavêre. Háncque putamus veram germanámque Patriarchatûs Aquileiensis originem: quod nomen ejusdem Ecclesiæ Episcopis retinere bono pacis permissum posteà è Romanis Pontificibus esse videtur. Hactenus Spondanus c. l. 13. *Aquileiensis Patriarchatûs tituli origo.*

Levinus Hulsius in sua Chronologia cap. 7. ad meum intentum ita discurrit: Forum Julij, vulgò *Friol* dictum, Venetis quoque paret, & sic, ut quidam putant, appellatur, quòd *Julius* Cæsar primus Imp. Rom. ibi sæpiùs habitare solitus fuerit, & ibi castellum *Julij*, hodie *Citta d'Austria*, vulgò *Cividal* dictum ædificaverit. Hîc Metropolis fuit potentissima & opulentissima Urbs *Aquileia*, quæ plurimùm Romanorum Imp. Sedes fuit, & altera Roma dicta est. Circuitus ejus continebat XII. millia passuum, hoc est, III. milliaria Germanica, & habuit interdum 130. millia civium. Patriarchæ Aquileienses possederunt Ducatum *Forum Juliensem* simul & Marchiam *Histriensem*: potentia autem eorum valde diminuta est, cùm *Attila* anno Christi 452. urbem cepit, & devastavit: Eo enim tempore præcipui ejus incolæ in insulam *Grado* confugerunt, & ibi civitatem condiderunt, in qua postea Patriarcha habitavit, quæ 14. *Aquileiensis Urbis descriptio.*

propte-

propterea *Aquileia* nova appellata est. Circiter annum 1420. *Respublica Veneta* regionem sub potestatem suam redegit, & ab eo tempore Patriarchæ pendunt annuos 3000. Ducatos. Ipse tamen Patriarcha sub sua jurisdictione retinet *Aquileiam*, *S. Danielis* & *S. Viti* oppida. Tribus milliaribus plus minùs ab *Aquileia* versus Septentrionem *Veneti* munitissimam Urbem, *Palmam* nomine anno 1593. condere cœperunt. *Patriarchæ Aquileiensi* sequentes Episcopi subjecti sunt: Episcopus Pataviensis, Tarvisinus, Concordiæ, Polanus, Paxentinus, Histriensis, seu Justinopolitanus, Udenensis, &c.

Aquileiensis Urbis descriptio. *Porrò Authoritate Baudrand tom. 1. Geographiæ fol. 79. Aquileia, urbs Carnorum metropolis, Plinio & Livio, nunc Aquileia incolis, Aquilée Gallis, Aglar & Aglarn Germanis, urbs Patriarchalis Italiæ, in Provincia Foro-Julij. Alias erat perampla & ex primis Italiæ, inter Sontium fluvium ad ortum, & Alsam ad occasum, sed ab Attila Hunnorum Rege triennio obsessa: & tandem capta & destructa anno 452. Deinde reparata fuit à Narsete, & iterum à Longobardis anno 590. incensa & vastata fuit, Postea à Popone Patriarcha reædificata, antiquitùs sub potestate temporali Patriarchæ, posteà ab Archiducibus Austriæ occupata, & ad hunc usque diem in eorum potestate remanet, sed muris spoliata, & ob aëris inclementiam, & rudera longè latéque sparsa, ita inhabitabilis reddita, ut 35. domos vix complectatur, cum paucis incolis, qui ibi permanent tantùm, hyberno tempore, exceptis piscatoribus aliquot. Vix distat 9. milliaribus ab ora littorali maris Adriatici in septentrionem, éstque media ferè inter Palmam & septentrionem, & gradum ad Meridiem, 14. milliaribus utrinque distans, uti etiam inter Tergestum ad ortum, & Concordiam urbem excisam ad occasum 30. milliaribus plus minùs dissidet, ejus Patriarcha commoratur Utini urbi Carnorum, inde 23. mill. pass. distanti, & in ea obijt Maximinus Imperator. Ita Baudrand. c. l.* Qui

15. *Utini Urbis descriptio.* Utinum *tom. 2. Geograph. fol. 402. his verbis describit. Utinum, urbs Carnorum, nunc Udine incolis & Gallis, VVeyden Germanis, urbs Italiæ in Foro-Julij provincia, cujus primaria exi-*

stit

ſlit, & Patriarchæ Aquileienſis ſedes, cùm olim eſſet Epiſcopalis, ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ ab anno 1420. & ſita eſt propè fluvium Turrum, 20. milliaribus diſtans ab ora maris Adriatici ad ſeptentrionem. uti ab Aquileia in occaſum æſtivum, & 11. à Palma, 20. verò à Goritia in occaſum, uti 8. à Foro-Julio.

Hæc videbantur pro notitia *Patriarchatûs Aquileienſis* adducenda, cùm *Epiſcopatus Auguſtanus* antiquitùs *Patriarchatui Aquileienſi* legatur ſubjectus, nam *Stengelius Commentar. rer. Auguſt. part. 2. cap. 1.* apertè aſſerit, *Gothico* regno poſt annum 550. in Italia extincto, à *Francis Auguſtam*, quæ à Colonia deducta per annos 550. ſub *Romanorum & Gothorum* Imperio ſtetit, fuiſſe devictam: inde evenit, quòd *Gallorum* Epiſcopi *Auguſtanum* diſtrictum, donec Epiſcopus proprius inſtitueretur, Sacerdotibus commiſerint, ſicque à Sede *Aquileienſi*, cui *Auguſtana* Eccleſia anteà paruit, avulſerint, Statum Eccleſiaſticum unà cum ſtatu politico & militari reformantes. 16. *Auguſtana Eccleſia erat ſub Patriarchatu Aquileienſi.*

BALDUINUS Canonicus Auguſtanus anno 1028. *Archiepiſcopus Salisburgenſis*, à *Dietmaro* Archiepiſcopo Salisburgenſi à teneris educatus, in virum formatus, ac à morituro ob raras virtutes Succeſſor commendatus, eligitur in Archiepiſcopum Salisburgenſem annon 1041. multigenarum floribus virtutum ornatus. Multa tulit, fecitque pro Eccleſiæ profectu, licèt effectu ob tempora turbulenta labori non examuſſim correſpondente. Poſt plures exantlatos labores ab ingrato hoſpite vel hoſte obſeſſus podagrâ lenta, ſed beata morte, deceſſit anno 1060. Cryptâ S. *Eraſmi* funus ſuſcipiente. Anno 1041. 17. *Archiepiſc. Salisburg.*

REINHARDUS Canonicus Auguſtanus 1031. Præpoſitus ibidem 1046. ex mente *Gaſſeri* in annalibus Auguſtanis fol. 102. Epiſcopus *Spirenſis*, & Authore *Stengelio* in Mantiſſa c. l. fol. 26. electus Epiſcopus *Patavienſis & Spirenſis*, cujus authoritati me ſubmitto, ceteroquin catalogo Epiſcoporum *Patavienſium* vel *Spirenſium* nullum *Reinhardum* Epiſcopum circa hæc tempora, ſeu circa annum 1054. referente. Ut jam commemoravi *p. 1. cap. 8. n. 9. in annotatione.* 1054. 18. *Epiſcopus Spirenſis & Paſſavienſ.*

EINHARDUS al. SINHARDUS Comes *de Kazenelenbogen* Canonicus Auguſt. 1040. Præpoſitus ibidem 1050. *Epiſcopus Spirenſis* 1058. De Einhardo Epiſcopo Spirenſi *Stengelius in Mantiſſa* fol. 26. ita ſcribit: *Sinhardus* Comes de Kazenelenbogen Epiſcopus Spirenſis, alijs *Einhardus* dicitur. 1058. 19. *Epiſcopus Spirenſis.*

Braun Adelichen Europæ fol. 637. in catalogo Epiſcoporum Spirenſium hæc habet. Obijt 1054. *Einhardus Comes de Kazenelen-*

bogen. Bruschius in catalogo Episcoporum Spirensium n. 31. fusiùs *Einhardum Episcopum Spirensem* describit his verbis:

Einhardus II. hujus nominis, Abbas Cœnobij Lymburgensis, postulatur & eligitur à consentiente Clero urbis Nemetum ad gubernandum Episcopatum 1058. præfuit bene & laudabiliter novem annis, egregiè augens, illustrans, ac amplians Episcopatum diligentissimâ œconomiæ administratione. Consecutus est ab Henrico IV. omnium privilegiorum à priscis Imperatoribus & Regibus acceptorum confirmationem: & quia consiliô & prudentiâ suâ plurimùm juvisset Henricum IV. dedit ei Imperator, ut bene de se merito villam Creutzenacensem cum adjacentibus juribus ac proprietatibus. Transtulit Einhardus iste ex Lymburgensi cœnobio magnum Ecclesiasticorum ornamentorum thesaurum in summam Basilicam urbis Nemetum. Obijt tandem 13. Febr. Anno Domini 1067.

Bucelinus in Germ. Sac. p. 1. *fol. 9.* de *Einhardo* hæc habet: *Einhardus* Comes *de Kazenelenbogen* Abbas Limburgensis scripsit insigne volumen de cæremonijs Ecclesiæ. Quia consilio & prudentia plurimùm juvit *Henricum Imp. Creuzenacensi* villa cum omni jure donatus est. Obijt 1067.

1060. 20. *Episcopus Pataviens.* WALTOLPHUS al. WITTOLPHUS, WATOLPHUS & VACAULPHUS Canonicus Augustanus 1045. Authoritate *Stengelij* in Mantissa fol. 26. *Mynsteri* in Cosmographia latina fol. 608. *Gasseri.* c. l. fol. 103. *Episcopus Pataviensis* anno 1060. quod hisce Authoribus probandum relinquo; *Hundiô* nonnisi incidenter annalibus Pataviensium Episcoporum *Waltolphum* inserente: vitâ autem defunctus dicitur 1064.

1077. 21. *Patriarcha Aquileiens.* HENRICUS Canonicus Augustanus 1066. *Patriarcha Aquileiensis* 1077. Vir Deum vero pectore amans, Romanæ Sedis observantissimus, SS. *Udalrici* & *Afræ* Tutelarium Diœcesis *Augustanæ* Cultor devotissimus: à *Gregorio* VII. Summo Pontifice humili voto petijt privilegium, in solennitate præfatorum Sanctorum utendi palliô, ídque obtinuit sequenti diplomate.

22. *In Festis SS. Udalrici & Afræ usus palij conceditur Patriarchæ.* *Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Henrico Charissimo in Christo Fratri & Coëpiscopo Aquileiensi Salutem & Apostolicam Benedictionem. Tuæ dilectio Fraternitatis per Legatum suum humiliter exoravit, quatenus sibi præter eas solennitates, quæ in Privilegio Ecclesiæ*

Ecclesiæ vestræ continentur, B. Udalrici Confessoris Christi, atque Pontificis, & in B. Afræ Martyris festivitatibus usum pallij concederemus. Cujus Ecclesiastici honoris excellentia sicut pravis, & inobedientibus justè denegatur; ita bonis, & honestate præditis Apostolica moderatione pro meritis quandoque supereroganda fore videtur. Proinde, quia Te sinceræ dilectionis erga nos affectum habere confidimus, quia Legatos nostros Albanensem videlicet Episcopum & Paduensem benignè tractâsse, & fideliter (sicut oportuit) adjuvisse dignosceris. Postremò, quia pro componenda pace multùm desudâsse probaris, petitionem tuam libenter accepimus. Hujus igitur tibi præcepti auctoritate concedimus, ut in solennijs Beati Udalrici Confessoris atque Pontificis, & Beatæ Afræ Martyris in Missarum celebratione pallio utendi licentiam habeas, quam tamen tibi in tua vita non loco tuo concessum esse cognoscas. Datum Romæ XVI. Kalend. Julij, Indictione secunda.

NORTBERTUS al. NORDENBERTUS, NORBERTUS, vel VOLIPERTUS Comes *ab Hochenwart*, ex Familia *Andecensium* Comitum *Rapothonis & Hemmæ* Austriæ Ducissæ Filius, ac Frater *Ortolphi & Willetrudis* Fundatorum Monasterij *Hochenwartensis*, Canonicus Augustanus 1055. Præpositus 1071. favore *Guelphorum*, *Bojariæ* eâ ætate dominantium, ex Præposito Augustano ad *Episcopatum Curiensem* promotus 1079. vel 1080. Post laudabile sex annorum Regimen de Sede Episcopali 1085. deturbatus, in Monasterio *Haibachensi* (Collegiatâ Ecclesiâ *S. Udalrici in Habach*) à se ex proprijs suis bonis fundatô, anno 1087. al. 1088. defunctus, ibidem sepultus quiescit. Vid. *Hundius in Metrop. Salisb. tom. 2. fol. 385. 482. 486.* Anno 1079. 23. *Curiensis Episcopus.*

BUCELINUS in *Rhetiæ Chronologia* ad annum 1088. memoratum *Norbertum* & extinctum die 26. Januarij 1088. & Monasterij *Heppacensis* Virginum meritissimum Fundatorem asserit. Ego annum obitûs 1087. probandum *Hundio* cc. ll. relinquo; *Norbertum* meritissimum Fundatorem Monasterij *Heppacensis* Virginum minimè veneror. Fundavit 1085. altè fatus Norbertus Episcopus *Curiensis* Monasterium Canonicorum Regularium *Heppach* in *Bavaria*, non autem Monasterium Virginum *Heppach* in *Suevia*, isthoc Monasteriô nec *Norbertum* nec alium Episcopum *Curiensem* tanquam suum 24. *Heppach in Suevia, & in Bavaria.*

Fundatorem agnoscente. Eadem viâ cum *Bucelino* c. l. ambulat *Michaël* Braun à vocabulo *Heppach*, varijs litteris scripto, transversim
25. *Heppach occasionem errandi praebet.* actus, dum Im Adelichem *Europa* f. 593. de Episcopis Curiensibus scribit, quòd anno 1088. *Nortbertus* Comes de *Hochenwart* fundaverit Cœnobium *Heppach* propè *Biberacum*. Verùm fundavit altè factus *Nortbertus* 1085. *Heppach* (alijs *Haibach*, *Hebach*, *Hegibach*, hodie autem *Häbach*) olim Cœnobium *Canonicorum Regularium*, nunc *Ecclesiam Collegiatam* Clericorum Saecularium in *Bavaria*, duobus milliaribus *Weilhemio* dissitum, non autem *Heppach* cœnobium Virginum Vestalium Ordinis Cisterciensis (ùt vult citatus *Braun*) in *Suevia* propè *Biberacum*, à pijs & religiosis fœminis *Beguinis* A. 1233. condi cœptum, *Norbertô* jam anno 1088. cum morte vitam commutante.

Anno 1084. ADALBERO seu ADALPERONUS Canonicus Augustanus
1070. *Episcopus Tridentinus* Sexagesimus quartus 1084. De gestis
26. *Tridentinus Episcop.* ejus altum ubique silentium. Nisi quisquam *Adalberoni* attribuere velit monumentum, alicui Tridentino Episcopo in Cathedralis Ecclesiae peristylio positum, & sequenti inscriptione notatum:

27. *Tridentini Episcopi epitaphium.*

Qui tibi Canonicus Virgo non defuit unquam,
Iste Tridentinus Praesul adesse cupit.
Pro meritis igitur solitâ pietate faveto,
Perjustè populum quo regat ipse suum.

Verùm, cùm in hac inscriptione nec nomen Episcopi Tridentini, nec annus obitûs exprimatur, dubium remanet, an memoratum carmen sit applicandum *Adalberoni*, vel *Udalrico* III. de *Freundsperg* anno 1486. in Episcopum Tridentinum electo.

1092. UDALRICUS ab *Heësser*, al. de *Hessra*, à *Joanne Cuspiniano* in
28. *Passaviensis Episcopus.* Austria sua Comes *Ciliae* & *Tyrolis* nominatus, per *Hundium* in metrop. Salisb. tom. 1. fol. 307. in Tyrolensi Provincia, seu *Meraniae* potiùs Ducatu, natus. Canonicus Augustanus 1056. Praepositus Augustanus 1079. ex Praeposito Augustano in *Episcopum Passaviensem* 1092. electus, sedit ad gubernaculum 25. annis, recuperatâ à *Godefredo Bovillonio* terrâ sanctâ, *Hierosolymam* cum *S. Thiemone* Archi-Episcopo Salisburgensi peregrinatus, felix ex sacro itinere redux, ad *Traysam* amnem anno 1112. condidit *S. Georgij* Monasterium, quod
29. *Herzogburg Monasterij Fundator.* successu temporis ex Insula *Danubiana* translatum ad oppidulum *Herzogburg*, ab eodem oppidulo hâc aetate nomen haereditavit. Donavit Praedium haereditarium in *Mardingen* Provinciae *Suevicae* cum omnibus

suis

ſuis pertinentijs Eccleſiæ *Paſſavienſi*, *Henrico V.* transſcriptionem anno M. C. XI. confirmante. Ætate & meritis grandævus tandem extremum diem clauſit 7. Auguſti anno 1124.

GUIDO Canonicus Auguſtanus anno 1092. *Epiſcopus Curienſis* anno 1108. Annuente *Udalrico* Conſtantienſi Epiſcopo recèns exſtructam à Zâringiæ Ducibus Monaſterij *S. Petri* in *Hercinia* ſylva Baſilicam conſecrat in multorum Principum & maxima populi frequentia 1113. *Henrico V.* Imperatori poſt abſoluta comitia *Moguntina Baſileam* occurrens, ſui Epiſcopatûs privilegiorum confirmationem conſequitur. Litteras immunitatis, *Murenſi* Monaſterio ab Imperatore conceſſas, ſuo nomine proprio ſubſcribit 1114. B. *Geroldo* Ord. *S. Benedicti* Abbati *Fabarienſi* nimium vitæ rigorem inhibet 1115. Hoſpitale ſive Xenodochium in monte *Septman* al. *Septner* à ſe erectum, liberali manu dotat, æterno atque imprimis laudabili paſtorali pietatis monimento 1120. Anno 1108. *Curienſis Epiſcopus.*

Conſtantiam vel familiaritatis vel negotiorum causâ profectus, in *Peterhuſano* Monaſterio morte præoccupatus, vitâ fungitur die 17. Maij 1122. Funus Curiam relatum, & in ſuam Cathedralem Eccleſiam illatum, juſtis funebribus perſolutis, ſepulturæ locum accepit. Succeſſit *Conradus* æquè Canonicus Auguſtanus, licèt ex *Stengelij* manibus elapſus. Quare 31. *Guido moritur.*

CONRADUS Comes à Biberôg *Bertholdi* & *Sigefridi* Frater: *Bertholdi* Senioris & *Demuth* Comitiſſæ de Hochenzolleren Filius: Canonicus Conſtantienſis, Curienſis, & Auguſtanus reſpectivè anno 1112. *Epiſcopus Curienſis* eligitur anno 1122. In ſua adminiſtratione providus, commiſſum ſibi officium fideliſſimè adminiſtravit, multis, quæ laudem merentur, præſtitis. Primo ſtatim ſui Regiminis tempore à *Lothario* II. *Saxone* ac Imperatore ſpeciali privilegio fuit donatus. 1122. 32. *Curienſis Epiſcopus.*

Anno 1126. Cum Parentibus & Germanis ſuis Fratribus Monaſterium *Roggenburg* Canonicorum Præmonſtratenſium fundavit, præfatâ Commitiſsâ *Demuth* caſtrum cum alijs ſuis bonis contribuente. In *Curienſe S. Lucij* cœnobium, demiſſis *Monachis Benedictinis*, Præmonſtratenſes Ordinis *S. Norberti* Canonicos Regulares invexit, Religioſis è Conventu *Roggenburgenſi* evocatis. Optimè de ſacro ordine *S. Norberti*, ſeu Præmonſtratenſi meritus, obijt die 2. Martij 1150. 33. *Fundator Roggenburg.* 34. *Ordo S. Norberti introducitur.*

OTHO Comes *de Habſpurg* ſive ſecundùm alios (adſtipulantibus Monaſterij Salemitani annalibus) Dux de *Zäringen*, Canonicus 1165. 35. *Conſtantienſis Epiſc.*

nicus Auguſtanus 1150. Vice-Dominus in *Straubingen* & Præpoſitus ad *S. Mauritium* Auguſtæ, electus in *Epiſcopum Conſtantienſem* 1165. Vir non minùs virtute & prudentiâ, quàm tantæ Domûs faſtigiô ſublimis, præclara nonnulla perfecit, nonnulla perficere voluit, ſed non valuit, valetudine ſiniſtrâ continuò renitente: quippe toto regiminis ſui quadriennio valetudinarius, morte propemodùm quotidiana enecatus, vita functus eſt quadrimus Epiſcopus anno 1169.

Anno 1165. 36. *Ratisbonenſis Epiſcopus.* EBERHARDUS Cognomento Suevus, Canonicus Auguſtanus anno 1153. *Ratisbonenſis Epiſcopus* electus anno 1165. Fuit anteà etiam Vice-Dominus in Straubingen. Templum Tammerhofen, bona ſua in Biberbach, & Parochiam in Brelatshofen (forſan Bretelshofen) Eccleſiæ Cathedrali Auguſtanæ donationis titulô contulit. *Friderico* I. Oenobarbo Imperatore *Italiam* invadente, militiam ſecutus, *Romæ* peſte correptus vitam depoſuit anno 1167. biennis Epiſcopus. Caro & oſſa in pulverem redacta, & *Ratisbonam* deducta, ibidem humata ſunt, Clero *Ratisbonenſi* ſui Epiſcopi memoriam anniverſariam die ſecundo Decembris peragente.

1226. 37. *Eyſtettenſis Epiſcopus* HENRICUS de *Zipplingen* Canonicus Auguſtanus 1221. Ex Auguſtano Canonico & Scholaſtico electus *Epiſcopus Eyſtettenſis.* Vir genere & virtute præſtans, cui clavum Imperij, quem ſors 1226. obtulit, eum mors propediem extorſit 1229. IV. Idus Januarij, Poëtâ *Eyſtettenſi* unico ſequente verſu vitæ elogium comprehendente:

Henricus paucis bona fecit multa ſub annis.

1272. 38. *Spirenſis Ep.* FRIDERICUS *Baro à Bolandt* Canonicus Auguſtanus 1260. ab unanimiter conſentiente Clero Summi Collegij *Epiſcopus Spirenſis* anno 1272. electus, & *Rudolpho Habſpurgico* imprimis charus, ejus autem Conjugi ob offenſionem commiſſam ingratus. Cùm è Synodo *Aſchaffenburgenſi* rediret *Spiram*, à *Gerardo* Comite de *Kazenelenbogen* propè pagum *Keſterbacenſem* captus, inde in caſtrum abductus, & aliquamdiu detentus, pòſt magnâ Epiſcopatûs pecuniâ redemptus eſt. *Spiram* reverſus, demum expletis triginta Regiminis ſui annis, vitæ curſui religioſiſsimâ coronide impoſitâ, ceſſit è vivis 28. Januarij anno 1302. In Eüſſenſtalio Ordin. *S. Bened.* cœnobio ſepultus, additô inſigni virtutum ſuarum & actæ vitæ elogiô.

1294. 39. *Conſtantienſis Epiſc.* FRIDERICUS Comes *de Zollern* Canonicus Auguſtanus 1271. Præpoſitus 1288. E Præpoſitura *Auguſtana* à majore Capituli parte ad *Epiſcopale Conſtantienſe* Regimen aſſumendum evocatur, ſucceſſurus in Epiſcopatu ſuo conſanguineo *Rudolpho* Comiti de

Habſpurg

Habspurg, rebus humanis excedenti 3. Aprilis anno 1294. Verùm exorto inter Canonicos eligentes schismate, *Fridericus* ingeniô mitissimus, pacis & tranquillitatis studiosissimus, ad avertenda gravissima Episcopatui impendentia nocumenta, jus suum (reservata sibi annua in reliquum ætatis pensione) *Henrico* nobili à Klingenberg cessit, & decessit anno 1304. Anno

MARQUARDUS à *Randeck* de *Neidlingen* L. B. de *Blockingen* Episcopus Augustanus & *Patriarcha Aquileiensis*. Vid. *p.* 1. *cap.* 6. *class.* 3 *sect.* 15. *fol.* 263. *& seqq.* 1304. 40. *Patriarcha Aquileiens.*

RABANUS ab *Helmstadt* Canonicus Augustanus 1408. Imperatoris *Wenceslai* Cancellarius, *Ludovici* IV. Bavari, & *Caroli* IV. Lucenburgij Imperatorum Consiliarius, Mortuô *Nicolaô* de *Nassau* seu de *Wisbaden* Episcopo *Spirensi* in ejus locum successit anno 1396. cúmque præfuisset Episcopatui *Spirensi* 35. annis sapientissimè, Imperatoribus & Principibus charissimus, à prudentiâ, regnandi peritiâ, pietate atque Religione maximoperè laudatus; à Summo Pontifice *Eugenio* IV. ob eligentium discordiam constituitur *Archiepiscopus Trevirensis* anno 1430. retentâ tamen suâ sede *Spirensi*. Sed rexit Archiepiscopatum *Trevirensem* parùm feliciter, non vitio regnantis, sed dissidiorum statu favorabiliorem fortunam non ferente. Vid. *Trithemius in Chron. Hirsaug.* ad annum 1430. 1432. Anno 1439. transtulit Archiepiscopatum *Trevirensem* in *Jacobum Baronem de Sirck*, & *Spirensem* Episcopatum in suum ex Fratre Nepotem *Reinhardum* ab *Helmstadt* justi & æqui studiosissimum, teste *Bruschio* in catalogo Episcoporum *Spirensium* citato anno. Ego, justitiam & æquitatem exactè à *Reinhardo Episcopo Spirensi* fuisse observatam, ostendo unico, & quidem sequente, casu. 1396. & 1430. 41. *Spirensis Episc. & Trevirensis Archiepisc.*

Anno 1447. *Joannes* de *Westernach* Præpositus & Antecessor *Joannis Naucleri* in Ecclesia Collegiata *S. Crucis Stutgardiana* impetravit à Summo Pontifice *Nicolao* V. ad preces Comitum *Würtenbergensium Ludovici* & *Ulrici* dispensationem seu indultum, tempore Quadragesimæ vescendi lacticinijs. Verùm *Joannes Spenlinus* SS. Theologiæ & Medicinæ Doctor Præpositus Ecclesiæ *S. MARIÆ* Virginis in oppido *Herrenberg* sese *Joanni de Westernach* acerbissimè opposuit, indultum falsis narrationibus inniti sequentibus motivis *Nicolao* V. persuadere conatus. 42. *Quadragesimalis Jejunij dispensatio impetratur.*

1. Lacus & fluvios in Würtenbergia pisces habere. 43.

2. Würtenbergiam abundare oleo nucum, papaveris, lini, rapi, &c. *Impugnatur.*

3. Ole-

3. Oleum quoque olivarum venum exponi, & ex vicinia in Würtenbergiam afferri.

4. Tempus immemorabile, quo memorati DD. Comites Würtenbergiæ lacticinia comedere consueverint, falsò allegari.

5. Indultum Pontificium de vescendis tempore Quadragesimæ lacticinijs absque scandalo in usum deduci non posse. Ita citatus
44. *Joannes Spenlinus* contra *Joannem de Westernach.* Perceptis à Summo Pontifice hisce rationibus altè factus Episcopus *Reinhardus*, ad discutiendum istud negotium Delegatus Pontificius designatus, adeò æquè
45. justè & nervosè *Spenlini* motiva complanavit, convulsit, retuditque, ut captivus *Constantiam* ductus palinodiam cantaverit, alioquin Præpositurâ suâ privandus. *Joannes* verò de *Westernach* Ecclesiæ Collegiatæ *S. Crucis* Præpositus pro *Comitibus Würtenbergensibus* victoriam reportavit, *Reinhardo* Episcopo pro *Joannis de Westernach* æquitatis & justitiæ rationibus stante, eúmque contra *Spenlinum* propugnante.

Episcopo causa committitur.

Deciditur.

46. Verùm, ut iterum ad *Rabanum ab Helmstadt* nostrum *Canonicum Augustanum* Archiepiscopum *Trevirensem* & Episcopum *Spirensem* redeam, is à nostro *Trithemio in Chronicis Sponheimensibus fol.* 159. ita describitur.

Resignatio Archiepiscopatûs Trevirensis & Spirensis.

Anno 1439. Rabanus de Helmstadt Archiepiscopus Trevirensis considerans ætatem suam decrepitam, viribus exhaustam, ad onera tanti Pontificatûs non sufficere, habito suorum consilio, maximè Coadjutoris sui Joannis Episcopi Leodiensis, ipsum Archiepiscopatum Trevirensem Jacobo de Sirck, qui ante ipsum cum Udalrico de Manderschitt (sicut suo loco diximus) in dissensione fuerat electus, de consensu totius Capituli resignavit, & pro nanciscenda quietudine ad Ecclesiam suam Spirensem, quam intereà commendatam tenuerat, reversus est. Sed mox etiam Episcopatum Spirensem in favorem Reinhardi de Helmstadt majoris Ecclesiæ Præpositi resignavit, cui Papa de eodem Episcopatu provisionem fecerat, consentiente Capitulo Spirensi. Et sic Reinhardus in Episcopum Spirensis Ecclesiæ confirmatus præfuit annis ferme 17. in tranquillitate. Porrò ipse Rabanus eodem anno 14. die Novembris Spiræ obijt, in corpore Ecclesiæ sepultus.
47. *Vir certè magnificus, & totus pro Ecclesia Dei laboriosus. Jacobus autem Sirck post resignationem Domini Rabani confirmatus ab Euge-*

Sirck Archi-Episcopus Trevirensis.

nio Papæ IV. in castro Mayensberg in Archiepiscopum consecratus fuit, & præfuit annis 17. Vir præstans, animo bonus & magnificus, qui prudentiâ & magnanimitate suâ multos æmulos & adversarios Trevirensis Ecclesiæ vicit, & superavit, & Canonicos quosdam majoris Ecclesiæ, sibi rebelles, auxilio Summi Pontificis, ad subjectionem & obedientiam firmiter coarctavit. In primo introitu suo Ecclesiam Trevirensem omninò depauperatam, & omnia castra, oppida, telonia, ac census impignorata, promptuariáque omnia vacua reperit, & nihilominùs 60. millia florenorum Joanni Episcopo Leodiensi, Coadjutori quondam Rabani, ratione administrationis suæ dare & exsolvere coactus fuit. Hactenus *Trithemius* c. l.

DEGENHARDUS Baro *à Weix*, Canonicus Augustanus 1407. authoritate *Stengelij in Mantissa* f. 21. Canonicus & Scholasticus Frisingensis majoris Ecclesiæ, nec non Mospurgensis Præpositus, in *Episcopum Frisingensem* electus 1410. Princeps tam avitâ Stemmatis nobilitate, quàm virtutibus præstans, humanitatis studiosissimus, pacis conservandæ amantissimus. *Conrado de Trautmanstroff Episcopo Gurcensi* contra electionem Episcopalem nitenti, illicò jus suum, inita compositione, resignavit, reservatis sibi redditibus, ex granario Castri *Frisingensis* ad dies vitæ percipiendis. Lubens insuper in se onus suscepit, ex ijsdem granarij redditibus altè fato *Conrado*, suísque Successoribus, annuatim solvendi sex libras denariorum, à *Conrado* tamen nunquam acceptas: quippe in arce *Lack*, vertente vix anno, à suis Cubicularijs fulgore 5000. aureorum, quos secum habebat, excæcatis interemptus occubuit. Parricidium post annos 23. primùm innotuit, parricidis ipsi Episcopo sui interemptionem scelestissimè imputantibus, eámque alijs suâ versutiâ persuadentibus. Unde cadaver à morte Episcopi solùm in horto propè arcem *Lack* sepultum, posteà, parricidarum scelere detecto, monitu Cancellarij *Eugenij IV.* à *Nicodemo* Episcopo anno 1433. exhumatum, in Parochialem Ecclesiam fuit translatum, & inhumatum, ingenti Cleri populíque multitudine pompam funebrem adornante.

Anno 1410. 48. *Frisingensis Episcopus.*

49. *Episcopus Frisingensis occiditur.*

JOANNES *de Rodt* Canonicus Augustanus 1467. Episcopus Lavantinus 1469. Et (quod omnibus præstat) DEI virtutisque amantissimus. E vivis excessit 1489.

1469. 50. *Lavantinus Episcopus.*

JOANNES BAPTISTA SABELLUS, Domicellus Romanus, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Præpositus anno 1486. Ex

1480. 51. *Cardinalis SS. Viti & Modesti.*

Protonotario Apostolico Cardinalis renunciatus à *Paulo* II. Cardinalatum tamen consecutus non est, nisi à *Sixto* IV. qui illum Diaconum *SS. Viti & Modesti* in Macello Martyrum: posteà *S. Nicolai* in carcere Tulliano nominavit anno 1480.

52. *Custodia mancipatur, sed liberatur.* Prudentiâ clarus, fortitudine, dexteritate & amore in Apostolicam Sedem illustris: plures ejusdem Sedis Apostolicæ nomine Legationes obivit: *Perusianam* scilicet, *Bononiensem*, *Ravennatensem*, *Picenam*, & *Genuensem*: missus est ad dissidia inter *Adornos* ac *Fregosios* sedanda, & ad triremes à clarissima illa Republica in Turcas impetrandas. Quæ omnia licèt ex *Sixti* sententia gesserat, in suspicionem tamen infidelitatis incidit, & tanquam *Ferdinandi* Regis Neapolitani, qui Duci *Ferrariensi* auxilium opémque ferens, *Sixtum* in se concitaverat, Sectator, in Castro *S. Angeli* detentus est à die 26. Martij 1483. usque ad decimam quintam Novembris ejusdem anni. Sed ùt innocens ab ipsómet *Sixto* judicatus, libertati restitutus.

53. *Dignitate privatur, sed restituitur.* Similem casum sub *Alexandro* VI. expertus, ob eandem infidelitatis suspicionem Cardinalatûs dignitate spoliatus est, ad quam tamen idem *Alexander* die prima Februarij 1495. eundem restituit. Excessit è vivis Octogenarius *Romæ* seu potiùs in Castro *Gandulphi* die 18. Septembris anno 1498. ac sepultus in Ecclesia Aræ cœli cum hac sepulchrali inscriptione.

Deo Opt. Max.

54. *Moritur & sepelitur.* *Joannes Baptista Sabellus S. R. E. Diacon. Cardin. Tempor. varietate, atque malignit. bis ad Cardinalatum electus; & in mole Adriani detentus, semper tamen honorificè liberatus, sub Paulo, Sixto, Innocentio, Alexandro, Ducatûs, Bononiæ, Marchiæ, Genuæ Legat. plenè & clarè functus fragilit. humani gener. meditat. Moniment. vivens sibi pos. Vix. Annos LXXX.*

Anno 1486.

55. *Tridentinus Episcopus.* UDALRICUS III. de *Fronsperg* al. *Freundsperg*, Canonicus Augustanus 1473. Absens ad Cathedram Tridentinam postulatus, successit anno 1486. *Joanni* IV. *Episcopo Tridentino* sub cujus regimine anno 1465. *S. Simon* puer ab immanissimis ex Hebræa stirpe latronibus circa Pascha atrociter excarnificatus crudele martyrium subijt. *Udalrico* ad thronum Episcopalem ascendenti *Fridericus* III. Imperator per alterius subrogationem se opposuit. Verùm *Udalricus* ab *Innocentio* VIII. Summo Pontifice anno 1488. confirmatus, postquàm quinquennio ad clavum Episcopatûs sedit, &, ut præclarum Episcopum decet, se gessit, demùm è vita cessit anno 1491.

FRI-

FRIDERICUS Comes ab *Oettingen* Canonicus Augustanus 1465. Guilielmo & Beatrice Veronensi Scaligera prognatus, postulatus & confirmatus Cathedralis Ecclesiæ *Passaviensis Episcopus* 1486. statura corporis, & formæ elegantiâ præstantissimus, talentis naturalibus mirè exornatus, summæ spei & authoritatis. Ast Regalium collationem atque investituram impetraturus, ad *Fridericum* Imperatorem proficiscens, in superiori Austria *Lincij* expletis regiminis sui 4. duntaxat annis, initio Quadragesimæ inopinâ morte è vita abijt 1490. Corpus *Passavium* revectum, multorum luctu è Danubij portu ad *S. Stephani* Basilicam deductum, juxta altare *S. Georgij* terræ redditum fuit 3. Martij 1490. Anno 1486. 56. *Passaviensis Episcopus*

HENRICUS *Grofs à Dorckaw* al. *Trockau* Canonicus Augustanus 1451. Cathedralis Ecclesiæ *Bambergensis Episcopus* Kalendis Februarij anno 1487. Ab *Innocentio* VIII. Summo Pontifice, & *Friderico* III. Imperatore confirmatur, nec non per *Fridericum* Comitem de *Zolleren* Episcopum Augustanum in Dominicâ Judica consecratur. Ex *Joannis Cygnei Annalium Bambergensium Prodromo*, Vir fuit magni ingenij, singularis prudentiæ ac liberalitatis, in propagando cultu Divino studiosissimus, in obeundis munijs Ecclesiastisticis indefessi laboris, & in adversis magnanimus; nam cùm Marchio *Fridericus Brandenburgensis* magnum exercitum ad expugnandam urbem *Bambergensem* colligeret & conscriberet, civibus ad eum confugientibus non solùm defensionem, sed etiam extremum auxilium promisit, modò ipsi datam fidem servarent. Quo audito Marchio mentem mutavit, & ad pacem se convertit. 1487. 57. *Bambergensis Episcop.* 58. *Brandenburgicum terret.*

Hoc tempore *Georgius* de *Rosenberg* Armiger Montem Monachorum versus septentrionem propugnaculô munivit, & anno primo illius *Episcopi* ex incustodito igne balnei *Vulcanus* tales vires acquisivit, ut cum tecto turris & omnia proxima adhærentia ædificia curiæ Episcopalis in cineres converteret; tandem operibus bonis plenus in summa senectute ultimum vitæ diem clausit, anno Domini 1501. die 27. Martij. Pontificatûs verò 14. in choro *S. Petri* inhumatus. 59. *Urbem munit* 60. *Incendium.*

PHILIPPUS Dux Bavariæ, & Comes Palatinus Rheni, Philippi Electoris Filius, ex *Bucelino & Hundio in Metrop. Salisburg. Tom.* 1. *fol.* 11. Episcopus Naumburgensis in *Misnia* anno 1517. Præpositus Moguntinus & Canonicus Augustanus 1491. Fratri suo *Ruperto* Episcopalem Sedem *Frisingensem* resignanti subrogatus anno 1497. Confirmatur à Sede Apostolica die 3. Decemb. anno 1498. 1497. & 1517. 61. *Naumburgensis & Frisingensis Episcopus.*

Hanc eandem Sedem solemni pompâ præsente suo Serenissimo Germano *Friderico*, numerosáque nobilitate ac tripudiante populo, conscendit fer. VI. ante Festa Pentecostalia 1499.

62. *In Episcopū consecratur.* Omnibus sacris Ordinibus initiatus, nec non per suum Suffraganeum *Mathiam Carthusiensem*, assistentibus Episcopis *Augustano* & *Eychstettensi* atque duobus Ordinis *S. Benedicti* Prælatis *Weichenstephano* ac *Schyrensi*, in Episcopum consecratur die post Festum *S. Galli* Dominicâ anno 1507. Primum officium cantat in Festo *SS. Philippi* & *Jacobi* 1508. præsentibus Episcopis Ratisbonensi & Passaviensi, *Wilhelmo* ac *Ludovico* Bavariæ Ducibus, nec non innumerabili spectatorum multitudine incolarum atque accolarum confluente.

63. *Ejus præclara gesta.* Anno 1499. Castrum *Mässenhausen* cum omnibus juribus & attinentijs *ab Henrico Rueschinko* Comite de *Hardeck* emit, Serenissimo Duce *Alberto* emptionis contractum confirmante.

Castrum *Frisingense* splendidissimis ædificijs communitum ampliavit; fontem in ea saluberrimum & firmissimum effodit: secus fluvium Lycum usque ad rivum molendini prope *Greineck* jus venandi impetravit anno 1506. & 1520. Juris piscandi controversias ad *Ambronem* fluvium in *Ottershausem* & *Mozing* exortas pacifica transactione diremit 1519. Alias plures lites suavi sua in rebus agendis dexteritate & præpotenti authoritate composuit. *Henricum* Ducem Fratrem suum Coadjutorem sibi ascivit, à Sede Pontificia die 27. Augusti anno 1540. confirmatum. Infra castrum versus urbem egregium ædificium è fundamentis excitavit, animô ibidem vitæ reliquum, sepositis curis temporalibus, soli DEO consecrandi: at ante absolutam ædificij structuram absolvit vitam anno 1541. die 5. Januarij.

CLASSIS II.

Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum ad Dignitates Ecclesiasticas exteras evectorum ab anno 1499. usque ad annum 1595.

Anno 1499.

64. *Viennensis Episcopatûs administrator.* BERNARDUS L. B. de *Polhaim* & *Wartenburg*, *Wicardi XV. Filius*, *Wolfgangi* Equitis aurei velleris, Austriæ inferioris, nec non Styriæ, Carinthiæ, ac Carniolæ Supremi Capitanei Frater Germanus

manus: *Remeshi*, & *Weiſſenburgi* in Ungaria Præpoſitus: Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius, Camerarius, ac Neapolis & in Italia Orator: Canonicus Auguſtanus anno 1501. *Epiſcopatûs Viennenſis Adminiſtrator* anno 1499. al. 1493. non autem *Epiſcopus Viennenſis*, utpote nunquam Sacerdotiô initiatus. Fuit rarô ingeniô, prudentiâ ſingulari, conſiliô providus, in agendo felix, non minùs Religione quàm functionum graviſſimarum uſu præſtans: cúmque immenſos labores itineráque jam emenſus eſſet, ad æternitatem abijt, & obijt 1503. Sede Epiſcopali Viennenſi decem annis poſt ejus mortem vacante.

Valentinus Prævenhuber in *Caſtri Styrenſis* deſcriptione præclara gesta DD. Baronum de Polhaim hinc inde inſerta referens, inter alia ita fol. 76. ſcribit. Domini de *Polhaim* ab antiquiſſimo ſtemmate prodeunt, è quibus Dominus Joannes *Alenni Gottfridi* Ducis Britanniæ Filiam Conjugem habuit anno 1030. In *Auſtria* autem anno 1073. Dominus *Pilgrim* de *Polhaim* vixit. Ubi Domini de *Polhaim* à Regentibus *Auſtriæ* Archiducibus magni fuerunt æſtimati: ad honorificentiſſima officia promoti, nec non ad legationes obeundas aſſumpti. Hæc citatus Author. 65. *Polhaim antiquitas ſtemmatis.*

Ex hac avita LL. BB. *Polhaimiana* Proſapia *Wichardus de Polhaim* anno 1312. die 1. Aprilis communibus Suffragijs in Archiepiſcopum Salisburgenſem eſt electus, ab ipſo Summo Pontifice *Clemente V. Avenione* die 7. Julij conſecratus, & die 7. Auguſti pallio condecoratus. Fluctuante ambiguo ſub duobus Regibus Romano Imperio, *Wichardus* curis belli vacuus, curis ſacris ſe totum addixit, *S. Ruperti* monumentum aperuit: Reliquias *SS. Ruperti, Martini, Vincentij, Chryſanthi, Dariæ, Hermetis*, & *Giſlarij* anno 1315. repertas ſummo cum honore elevavit, eáſque ſub ara à ſe erecta & conſecrata honorificentiſſimè recondidit. Idem honoris *S. Virgilij* oſſibus impendit. Hiſce Religionis officijs vix perfunctus, ac ſi *Superi*, quos ſibi ſanctâ operâ obligaverat, mercedem exſolvere quantocyùs properarent, in ipſa translati *S. Virgilij* die octavâ prænotato anno 1315. ſpasmo generali & lethargia, vel, ùt alij volunt, apoplexiâ correptus, poſt trium annorum & 7. menſium regimen deceſſit, ad cœleſtia Feſta, ut piè ominari licet, ac beatum conſortium à *Sanctis Salisburgenſibus* eductus. 66. *Polhaim Archiep. Salisburg.*

Anno 1501.

VITUS *Truchſeſs* à *Pomersfelden* Canonicus Auguſtanus anno 1473. ex Præpoſito *Bambergenſi* ad ejusdem Eccleſiæ Cathedralis *Epiſcopatum* anno 1501. ſublimatur, & ab *Alexandro* VI. Romano 67. *Bambergenſis Epiſcop.*

mano Pontifice ac *Maximiliano* I. Imperatore confirmatur. *Ex Joannis Cygnei Annalium Bambergensium Prodromo.* Fuit Vir eloquens, & satis eruditus, in consilijs dandis acutissimus. Hic, ne otio torpe-

68. *Divinatorum Aspernator.* scerent, propriâ manu libros censuales describebat, divinatores & joculatores à se rejiciebat, quod vel ex eo apparet, cùm quodam die apud illum joculator quidam, magnalia se in effodiendis thesauris absconditis facturum, gloriaretur, & ipsi Episcopo arcana quædam cum maculis corporis divinando edisseruisset, iratus *Episcopus statim* eum à se fustibus divelli jussit, nec quicquam ampliùs de eo loqui vel audire voluit.

69. *Mensuram parvam confirmat.* Parvam mensuram à suo *Prædecessore* admissam confirmavit, & tandem post multos gravissimos labores fluxu sanguinis exhaustus in bona & sancta opinione, postquàm sedisset annos duos, migravit ad Dominum 7. die Septembris anno Domini 1503. in choro *S. Petri* sepultus.

Anno 1501. 70. *Episcopus Gurcensis, Archiepiscopus Salisb. & Cardinalis.* MATTHÆUS *Lang à Wellenburg* Gurcensis Episcopus, Præpositus Augustanus anno 1501. *Archiepiscopus Salisburgensis* anno 1519. S. R. E. *Cardinalis*, primò Diaconus S. Angeli in foro piscium, postea ejusdem tituli Presbyter, demum Episcopus Cardinalis Albanus anno 1535. Vid. *cap.* 10. *ad annum* 1501.

1510. 71. *Frisingæ Præpositi S. Viti.* 72. *Andreæ Ziremberger epitaphium.* VITUS *Meler*, J. U. D. Memmingensis Canonicus Augustanus 1495. Litterarum Apostolicarum solicitator, Summo Pontifici acceptissimus, Canonicus Frisingensis, *Præpositus S. Viti* Frisingæ 1510. cujus Sancti templum fornicibus exornavit, partim ex proprijs partim ex bonis à suo Consanguineo *Andrea Zieremberger* æquè *S. Viti* Præposito, relictis, Utriusque epitaphium in ambitu Ecclesiæ Cathedralis tale est. *Epitaphium Andreæ Zieremberg:*

Extinctum Andream nunc Zieremberger in Orbe,
Quem cernis vivum, reddit imago virum.
Traunstein me genuit, virum tulit inclyta Roma,
Atque suæ docuit jura diserta Rotæ.
Proh! rapit Augusta & tellus hæc contegit ossa,
Spiritus æthereum sed petit ipse domum.

Obijt anno salutis Domini M. DVII. die XX. Decemb.

Supra Iconem Christi Domini Crucifixi, secto lapidi incisam, & supra effigiem sub cruce genu flectentem *Andream Zieremberger* repræsentantem, hoc legitur distichon:

Christe

Christe redemisti sacro qui Sanguine mundum,
In cruce sis animæ nunc memor, oro, meæ.

Epitaphium Viti Meler.

Clauditur hoc tumulo Vitus cognomine Meler, 73. *Viti Meler epitaphium*
Paruit & legi mors truculenta tuæ.
Canonicus celebris fuit hic Archidiacon,
Jura olim latiæ, cui bene nota Rotæ.
Memmingen Patria huic quondam dum vita manebat:
Vivat sed patriâ nunc anima ætherea.
Vixit annos L. XXIII. obijt anno Salut. M. D. XVII.
Die XXIIII. Novemb.

Supra Iconem sectô lapidi incisam, exhibentem Christum Dominum, & in Virginis Matris Dolorosæ sinu repositum, hoc legitur distichon.

In cruce qui passus tuus ô Sanctissima Virgo!
Natus: fac misero, sit pius ille reo.

Vitus Meler munificus in Cathedralem Ecclesiam Augustanam ejus Sacrario intulit argenteam *S. Viti* Iconem.

PHILIPPUS de *Flersheim* seu *Flerschyni*, Canonicus Augustanus anno 1526. Primùm Ecclesiæ Cathedralis *Spirensis* Cantor, deinceps Summus *Præpositus*, demum *Episcopus* ibid. die 22. Octob. 1529. eligitur, & consecratur *Aschaffenburgi* ab *Alberto* Card. ac Archiepiscopo *Moguntino* die 25. Martij 1530. Princeps eximiâ eruditione, doctoratûs titulô, summâ prudentiâ, incomparabili morum ac vitæ dexteritate, virtute ac medestiâ (verba *Bruschij* mea facio) prædítus. Ab Episcopo *Wormatiensi Reinhardo à Riepur* in Coadjutorem *Wormatiensem* ascitus, instante Serenissima *Palatinorum* Prosapiâ Coadjutoriam (quamvis Diplomate Pontificio roboratam) singulari modestiæ laude *Henrico* Duci & Comiti Palatino cessit. Præposituram *Weissenburgensem* Authoritate *Pauli* III. & *Caroli* V. Imperatoris Episcopatui *Spirensi* incorporavit 1546. Evolutis in Episcopali Regimine viginti duobus annis naturæ debitum solvit 1552.

Anno 1529. 74. *Spirensis Ep.* 75. *Coadjutoriam resignavit.* 76. *Weissenburg incorporavit.*

CHRISTOPHORUS MADRUCIUS Liberi Principis *Joannis Gaudentij* Filius, Tridenti 5. Julij anno 1512. natus: Adolescens *Bononiæ Othonis Truchsesii*, Hugonis *Boncompagni*, *Alexandri Farnesii* & *Stanislai Hosii* S. R. E. Cardinalium, eo tempore Studiosorum, Condiscipulus: Canonicus Augustanus 1534. Canonicus, Deca-

1539. 77. *Tridentinus, Brixinensis Episcopus, & Cardinalis.*

Decanus, demum Episcopus *Tridentinus* 1539. Episcopus *Brixinensis* 1542. S. R. E. *Cardinalis* Presbyter S. Cæsarij 1544. in publico Consistorio Romæ à *Paulo* III. rubro galero honoratus 7. Januarij 1545.

78. *Tridentini Concilij Promotor.* Tantâ gravitate, sapientiâ & dicendi facundiâ pollens, ut ipsius suasu & instinctu sacrum & œcumenicum Concilium Tridentinum à *Paulo* III. anno 1542. indictum, jam tum publicari, celebraríque cœptum, denique ad primam Sessionem anno 1545. Idibus Septemb. habitam, sit perductum.

79. *Opem militarem impetrat.* Anno 1546. à *Carolo V.* Imperatore *Romam*, pro ope militari, contra invalescentes Hæreticos conferendâ, missus, non solùm tres Italas fortissimas Legiones, & mille Cataphractos equites obtinuit, sed etiam, ut *Alexander* Cardinalis Nepos, maxima Procerum caterva comitante, in Germaniam *Legatus* mitteretur, à Summo Pontifice impetravit.

80. *Sponsalia confirmat, &c.* Anno 1548. *Maximilianum Caroli V.* Imperatoris ex Fratre Nepotem missum in *Hispaniam*, ut *Mariam* Uxorem duceret, & Regni clavum teneret, comitatus, ejus sponsalia *Caroli* nomine confirmavit: *Philippum* II. in *Italiam* proficiscentem, *Tridenti* excepit, eúmque in *Belgium* duxit.

81. *Conservat Senas,* Anno 1555. *Senas* nomine *Marcelli* II. se contulit, & ne civitas à *Cosmi Florentiæ* Ducis militibus, eam ingressuris, depopularetur, operam dedit. Pro *Philippo* Rege Catholico *Mediolanensis*
82. *Et Mediolanum.* civitatis locô Albani Ducis Regium Vicarium egit, insuper arcem, ab *Antonio de Luna* ad *Gallos* confugiente relictam, è *Gallorum* manibus eripuit.
83. *Cremonam munit,* *Cremonam* amplificandam, muniendámque mœnijs & cingendam propugnaculis, curavit. Discordias, inter *Hortiam* & *Hieronymum Pallavicinos*, exortas summâ & admirabili prudentiâ diremit.
84. *Placentinam arcem conservat.* *Placentiam* Regis nomine *Octavio Francisco Parmæ* Duci, arce retentâ, concessit.

85. *Lites componit.* Anno 1547. ad comitia splendido cum comitatu *Augustam Vindelicorum* profectus, Controversiam inter *Pij* Summi Pontificis, & electi *Imperatoris* Oratorem *Georgium Elphestanum* Comitem, de solenni præstando Juramento excitatam, unà cum nonnullis alijs Cardinalibus, ad id, à Summo Pontifice deputatis, composuit. In solenni *Madrucij* ingressu Urbis *Augustanæ* iste spectabatur Aulicus comitatus.

Joannes

Joannes Jacobus Kun de Belasi, Decanus Brixinensis. Leonardus Bayr à Kuldit. Sigismundus à Thun Aulæ Magister. Conradus ab Orzan Eques, Mareschallus. Conradus Comes ab Arch. Silvinus à Bovin. Joannes Comes ab Orttenburg. Paulus Comes à Sessa. Julius Comes à Gauriot. Alvvandus Comes à Schlick. Joannes Fridericus Baro de Madruz. Joannes Baptista Vicecomes Mediolanensis. Christophorus Baro à VVolckenstein. Ferdinandus Baro à Vels. Caspar Baro à VVolckenstein. Caspar Baro à Vels. Ludovicus à Polvveiler. Georgius Balthasar à VVolckenstein. Joann Caspar Baro à Spaur. VVilhelmus Baro à Krieg. Joann Thomas Baro à Spaur. Joachim Baro à Miseritsch. Joann Jacob Baro à Tanhausen. Antonius Dominus in Ayresta. Nicolaus VVurmbser Eques. Balthasar Vintler. Jacob à Parsperg. Antonius à Tusin. Jacob ab Orzan. Martinus Philippus Baumgartner. Hieronymus à Roggenbrunn. Jacob Han ab Hanberg. Philippus à Dienhaim. Albertus Schenck à Stauffenberg. Christoph VVelzer. Paulus Theodoricus Behem. Nicolaus ab Utenhaim. Jacob Rummel. Christoph VValtenfetser. Georgius Rummel. 86. *Madrucij Aulicus Comitatus.*

87. *Egregia gesta.* *Christophorus Madrucius* sub *Pio* IV. ad titulum S. *Chrysogoni*, & ex eo ad S. M. trans *Tyberim* translatus, Episcopatum *Albanensem* primò, posteà *Sabinensem*, mox *Prænestinum*, præter *Picenam* legationem prudentissimè obijt. Ex Prænestino anno 1570. creatus Episcopus *Portuensis*, & S *Rufinæ* sub Pontificibus *Pio V.* & *Gregorio* XIII. permulta egregiè præstitit, non solùm propter ingenium, judicium, consilium, doctrinam & probitatem, sed etiam propter sales & facetos jocos inter sermocinandum identidem intermixtos omnibus gratissimus.

88. *Electionibus Pontificum interest.* Comitijs, in quibus renunciati Summi Pontifices *Julius* III. *Marcellus* II. *Paulus* IV. *Pius* IV. & V. ac *Gregorius* XIII. interfuit, Regis Catholici partes perpetim tuitus. Sanctissimam DEI Matrem impensè coluit, eique continuum ferè jejunium ac perpetuam abstinentiam dedicavit. 89. *Deiparam honorat Laureti.* Inter alia suæ Religionis erga Augustissimam *Cœli Reginam* testimonia, in Sacrosancto Templo *Lauretano* Sacellum B. V. de *Rosario* laudatissimorum quà pictorum, quà plastarum operibus exornavit. Ingentem auream fibulam (Cardinalium Episcoporum in Pontificali amiculo ornamentum) tribus margaritarum

acervis instar nodorum nobilem, *Lauretanæ Virgini* obtulit. Ex Legatione Cæsarea in *Italiam* reversus, Crucem argenteam (hujusmodi Legatorum insigne) ejusdem *Lauretanæ Virgini* tanquam Legationis suæ illius ope atque præsidio obitæ monumentum dono dedit.

90. *Extra Urbem Spoletinam.* Ecclesiæ B. V. *Lauretanæ* extra urbem *Spoletinam* solenni ritu primum lapidem posuit, fabricámque extruendam suo ære plurimùm adjuvit. Ad cultum miraculosæ Imaginis DEI Genitricis, ibidem sub Patrum *Barnabitarum* curâ religiosè servandum & ornandum, bina candelabra argentea contribuit.

91. *Liberalis in pauperes,* In pauperes non tantùm propriâ manu maximam pecuniarum summam distribuit: at insuper *Stanislao Hosio* Cardinali *Varmiensi*, omnes suas facultates in inopes eroganti, multa aureorum millia pro eleẽmosyna elargienda consignavit.

92. *Et in Societatem Jesu.* Unicè quoque Societatem JESU amavit, & in legatione suæ Marchiæ *Anconitanæ* ut aliquid certi Collegio *Maceratensi* assignaretur, curavit: deîn liberalem de suis pecunijs stipem tecto nomine (sed postmodòm detecto) ad Collegium transmisit.

93. *Moritur.* Tandem *Madrucius* acerrimus Christianæ Reipublicæ Propugnator, *Italiæ* & *Germaniæ* Lumen, Romanæ Ecclesiæ decus, Senatûs amplissimi Dux, morbo correptus, ejus levandi causâ, ad *Aloysium* Cardinalem *Estensem* Amicum suum amicissimum *Tibur* profectus, mortem oppetijt in civitate *Tiburtina* cum sequenti epitaphio sepultus.

Christo Resuscitatori

94. *Madrucij epitaph.* *Christophori Madrucij Episcopi Portuen. Cardinalis Tridentini Ossa hîc requiescunt. Obijt V. Julij M. D. LXXVIII. Ætatis suæ LXVII. Eodem, quo natus est die, recurrente.*

95. *Corporis translatio.* Corpus memorati *Madrucij* triennio pòst integrum inventum, *Romam* fuit delatum, & in Sacello Ecclesiæ *S. Onuphrij Madrucianæ* Familiæ (*Defunctorum* nuncupatæ) sine ulteriori epitaphio terræ mandatum. Ad januam autem Cœnobij *S. Onuphrij* de urbe hæc Familiæ *Madrucianæ* extat memoria.

Eremitis S. Hieronymi Congreat. B. Petri Gambacurtæ de Pisis Familia de Madrucijs F. F. Anno Domini M. DC. II.

96. *Ejus insigne Phœnix.* Præfuit *Christophorus Madrucius* Episcopatui Tridentino 39. & Brixinensi 36 annis. Præter suum gentilitium aliud assumpsit insigne, nimirum *Phœnicem* à sole combustum, addito lemmate: *perit, ut æternùm vivat.*

Jannes

Janus Vitalis Madrucium Cardinalem honoravit hoc carmine: 97.

Honoratur à Poëta.

Omnibus in rebus, quos hic imitetur, in Orbe,
Nullus habet mortalium.
Arbiter ipse sibi est vitæ, rerúmque Magister.
O Gloriosum Principem!
Quem etiam secum certus splendoris honore
Nec se ipse vincens vincitur.
Inde triumphato ducens splendore triumphum;
Et victæ honore gloriæ.
Ipse sibi exemplum ponit splendoris opimi,
Et liberalis Copiæ.
Grandia inexhaustis non solùm flumina lymphis,
Pontique fluctus maximos.
Verùm etiam natura ingens, quæ gignit, alitque
Mundi impotentis semina.
Te nimis angustis vallavit finibus exlex
Fortuna, Princeps Nobilis
Isti animo, Imperium ingenti, terræque marisque
Esset pusilla portio.
Salve, qui humani superos splendoris honores,
Cœlúmque pulsas gloriâ.

In Urbe *Asulana* hæc est de Christophori *Madrucij* legatione memoria:

Christophoro Madrucio Principe ac Card. Tridentino gubernante sub Pio Quarto Pontifice Maximo Dominic. Nelius Locum-Tenens, ac Resp. Asulana. Hæc, quæ vides, unà cum fontibus ad publ. commoditatem præparârunt Anno M. D. LXII. 98.

Et ab Urbe Asulana.

Ferdinando I. Comitia, & in ijs *Caroli V.* Imperatoris *Fratris* sui exequias, *Augustæ* celebrante, *Madrucius* in antiqui chori septentrionali parte Ecclesiæ Cathedralis suggestum conscendens, panegyricum funebrem in laudem altissimè dicti *Caroli V.* memoriter peroravit, quem non tantùm in hujatis sapientissimi *Caroli V.* Pij, Justi, Romanorum Imperatoris totiúsque Serenissimæ *Domûs Austriacæ*, honorem; sed etiam in *Augustanorum Canonicorum* decus cedentem, oculis percurrendum, hîc subijcio. 99.

Madrucius Orator.

PANEGYRICUS FUNEBRIS
CAROLO V. IMPERATORI
DICTUS.

100. *Oratio funebris Caroli V.*

QUamvis multa ſint, quæ animum meum triſti quadem rerum varietate huc illuc diſtrahunt, ac mentem ipſam languidam inſolitus propè mœror in diverſa rapit, & tanto huic oneri ſatisfacere me poſſe planè diffidam. Cùm ingens dolor quidam tam mihi aſſiduus ante oculos obverſatur, intimiſque præcordijs hæret, ut, quid potiſſimùm dicam, ignorem. Tum hujus tanti loci dignitas, ac mœſtus quidam fulgor oculorum, animíque aciem ita perſtringunt, ut horrore quodam correptus hebeti ac titubante lingua principium propè nullum mœſtæ huic narrationi inveniam. Si enim hos apparatus ad declarandam interiorem animi ægritudinem maximè accommodatos circumſpicio, diſſecor penè dolore, & ipſa verba hærent faucibus. Inſuper hujus celeberrimi conſeſsûs mœſta quædam Majeſtatis facies tantæ me calamitatis admonet, ut ab inſtituto orationis curſu ad lachrymas denuò recidam.

Tuum tamen, *Ferdinande Cæſar*, imperium exigit, ut paulò cohibitis lachrymis, ac juſto dolore ſuppreſſo, tanto planè impar congreſſui vaſtum hoc orationis pelagus ingrediar. Facio hoc quidem invitus, cùm in mentem venit, me, qui hunc dicendi locum nunquam antehàc attigerim, nulla prorſus exercitatione, nullâ adjutum eloquentiâ, nunc demùm huc aſcendiſſe, ut ipſo coram *Cæſare*, in tanta hac Germaniæ, imò orbis luce, maximi nec ſatìs unquam laudati *Imperatoris* geſta recenſeam. At reficit me tam invicti *Cæſaris* præſentia, & infracta animi ſui fortitudo, illius monitis & juſſu inexercitatus & juvenis me tantorum virorum judicijs lubenter ſubjicio, & præterquam, quod meæ vires ferunt, tantum hoc onus ſuſcipio. Eſſet enim piaculi loco, illi non parere, cui nefas eſt, non obſequi, méque etiam præclariſſimorum Imperij Ordinum perſpecta humanitas, & enixè hortatur, & magnoperè etiam conſolatur. Quare quæ duo à me exſpectari ſentio, agam breviſſimè. Unum eſt, ut publici hujus mœroris cauſas exprimam, & tanti vos porrò luctûs admoneam. Alterum, ut geſtarum rerum ſeriem ſtrictim perſequar: in

in qua tanti *Cæſaris* laudes non fucatis, aut longè accitis argumentis, ſed veriſſimis ac certiſſimis teſtimonijs comprobantur: ad quam ego me orationis partem conferam. Quid enim hujus tanti mœroris cauſas perſequar, cùm nemini planè incognitas ipſámet calamitas reliquerit?

Neque video, cur vos doloris admoneam, cùm apud ipſum 100.
etiam luctum nil plus reliquum ſit, quo animi magìs ægritudo & *Oratio fu-*
mæror ſignificetur. Neque enim in hac tanta rerum varietate quic- *nebris Ca-*
quam video, quod me ſummi maximíque doloris non admoneat, *roli V.*
dum inter vos, quorum oculi, ora, geſtus denique omnes nil niſi mœſtum, nil niſi triſte denotant. Sed illud auguſtum feretrum, illa circumpoſita lumina, illa circumerecta trophæa, devictarúmque bello gentium tituli, illa tot hoſtibus erepta ſigna tanti publici luctus faciem præſeferunt, ut ſiquis ab extremis uſque *Garamantibus*, vel ab ultimis *Indiæ* oris advectus hunc locum intueretur, his ſignis, iſtis indicijs, communem hanc jacturam, ac publicum omnium dolorem agnoſcens, in veriſſimas & ipſe lachrymas prorumperet.

Quis enim quæſo, *Chriſtiani Imperij Rectorem*, ſiccis oculis lachrymantem videre ſuſtineret? Quis totius Imperij præclariſſimorum Ordinum mœrorem, ac omnium ferè gentium, & populorum gemitus ſine maxima animi perturbatione ferret? Quis ſacri prophaníque Ordinis querelas abſque ingenti quodam luctu perciperet? Et cùm nullus hic ſexus, nulla ætas tanti ſit doloris immunis, junctis animis ereptum *Heroem* flete.

En vide, ut fracto abjectóque animo tanti *Cæſaris* jacturam *Germania* ſuſtinet! en ſummi Imperij Majeſtas, ut præter dignitatem *Coronâ* ac *Sceptrô* abjecto, ſuos ſibi laniat capillos, decoráſque genas unguibus notat! Aſpicite *Italiam*, quæ quondam illa eadem ſceptra geſſit, ut mœſtis implet cœlum clamoribus!

Nunc flete *Hiſpani*. Veſtræ enim *Hiſpaniæ* hìc decor jacet. Quàm decet vos *Indos* flere: ſiquidem hoc *Cæſare* adnitente, pulcherrimo huic noſtro orbi eſtis adjecti: humanitate, ſtudijs ac artibus donati: ac veræ Religioni, Chriſtíque Eccleſiæ inſerti. Vos flete *Aphri*. Hìc enim ille jacet, qui ſuis periculis ac laboribus, excuſſo barbarorum Regum jugo, à dura ſervitute in dulcem vos libertatem vindicavit. Age verò, quòd nec ipſe *Gallus* hoſtis lachrymas cohibet. Veſtras *Belgæ* lachrymas conſultò prætereo, ne ſim plus æquò longus in re jam nota. Heu atra dies, quæ venerabile buſtum efferri vidit, ut calamitatis, quam univerſo orbi attulit, nulla poſt-

hàc ætas obliviſcatur: dies atra, dies luctuoſa ad multos annos lachrymis ſemper excipienda. Illa mihi credite, quidquid habuimus decoris, quidquid lætitiæ, quidquid præſidij, abſtulit. Hos illa luctus, hos gemitus, hæc illa ſuſpiria exprimit. Illa inquam dies, quæ *Ter Maximum Carolum* efferri vidit, *Carolum* inquam *Romani* quondam *Imperij Rectorem*, qui per omnes honorum gradus perpetua ſerie ad ſummum dignitatis & laudis faſtigium pervenit, in quo tunc primum Regia effulſit indoles utraque ſtirpe digniſſima. Paternum námque ortum habuit ex illa maximorum virorum fœcundiſſima radice inclytæ *Auſtriacæ Domûs*. Maternam porrò traxit à *Ferdinando Hiſpaniarum* Rege: qui ob orthodoxæ fidei amorem *Catholici* nomen promeruit: qui primus *Hiſpanias Maurorum* peſte liberavit, neque abſque infallibili Divinæ providentiæ diſpoſitione.

100. *Oratio funebris Caroli V.*

Cùm enim Chriſtianus Orbis hinc inde conflictaretur, ab ortu ſævis *Turcarum* armis, ab occaſu *Saracenorum* incurſionibus: noſtris temporibus feliciſſimæ ſtirpes junctæ, quarum propagines jam diu ingruentem illam vim hinc inde fortiſſimis pectoribus exceperant communicatis viribus, ac cœleſtibus influxibus ſimul commixtis agitatæ, & feſſæ Religionis fortiſſimos ac invictos propugnatores, ſævorúmque monſtrorum novos domitores edidêre. *Philippo* itaque Auſtriaco, & *Johanna* hujus *Ferdinandi* & *Iſabellæ* Filiâ, ut eſſent, qui Chriſtiani nominis hoſtes contunderent ac reprimerent, nati ſunt *Carolus & Ferdinandus*, quorum ortus ſalus *Chriſtianæ Reipublicæ* fuit. Verum lugubris hic ſermo de *Carolo* eſt habendus, cujus geſtarum rerum longa ſeries tam amplam de ſe dicendi materiam præbet, ut ſi mihi ſint ora centum, totidémque linguæ, ſingula me recenſere poſſe haud quaquam auſim polliceri. Qui cum turbulentiſſimis temporibus quaſi ſingulari DEI miſerentis beneficiô terris largitus eſſet, ut ruentem jam *Chriſtianam Rempublicam*, ac ſub iniqui temporis injuriarum pondere fatiſcentem, fulciret ac ſuſtineret, vix impubertatis annos egreſſus ſummi Imperij habenas moderandas excepit. Mortuo ſiquidem *Maximiliano* Avo, cùm *Romanum Imperium* varijs procellarum motibus inſtar navis, Præſide à clavo dejecto, agitaretur, juvenis ingentis ſpiritûs inter Imperij Candidatos nomen ſuum proferre minimè dubitavit.

Illum ipſum cæterarum dignitatum apicem ambiebat *Franciſcus* Gallorum Rex juvenis, opibus florens, & *Germaniæ* propinquus: qui Summorum Virorum favore innixùs in hanc arenam deſcendebat. Hoc primum inter *Chriſtiani Orbis* facilè tunc primos

Regs

Reges laudis ac dignitatis certamen fuit, quod maximis partium studijs inchoatum, illum habuit finem, ut *Carolus* repulso rivale, à totius *Germaniæ* Proceribus, *Imperator* renunciaretur. Hinc aditus æternæ laudis *Carolo* est reseratus, hoc Imperij initium, quo nec sol majus aut gestarum rerum magnitudine præclarius vidit.

Nunc mihi immensum narrationis campum, in quo summus quisque Orator, maximâ cum *Caroli* laude, discurrere posset, propositum video. Verùm cùm ego nec ingenio nec eloquentiâ multum polleam, quæ non vulgaria ad hanc sustinendam personam requiruntur, quid dicam ignoro, occurrunt enim præclarissimorum gestorum imagines, quæ sese mihi ultrò offerunt, ut si initium inveniam quidem, at finem inventurum me certè diffidam. Verùm nec illa opus esset gesta recensere, quod verendum sit æternitate caritura: cùm nihil unquam gesserit, quod à vera perpetuáque laude sejungi meritò possit. 100. *Oratio funebris Caroli V.*

Quid ego porrò tantillus dicam? Quid afferre potero, quod sit nedum mediocrè, sed nec humile, sed nec exile, si ad ejus facta compares? Verùm nec omnino tacebo, sed aliqua summatim ac strictim suggeram. Vos qui interfuistis, qui invicta arma tractantem vidistis, qui pacis habenas moderantem conspexistis, illum mentis luminibus proponite, illum animo recolite, ac dum ipsius gesta transcurro, vos cogitatione cuncta perpendite.

Carolo Imperatore renunciato, *Christianus Orbis* in maximam spem erectus, immanem illum Christi nominis hostem *Turcam*, ad summam vastitatem maximo Christianorum dedecore & incomodo, *Hungariâ* redactâ, jam sævis armis *Germaniæ* imminentem, haud quaquam pertimescebat: nam inveterata erat hominum opinio, fatale esse, ut hæc *Austrica* stirps *Othomanorum* potentiam contunderet, ac prorsus deleret. Cùm enim viderent tot regnis auctam, & summâ omnium lætitiâ insertam *Hispaniarum* Regum familiæ, cujus virtute *Saracenorum* incursiones fuerant repressæ, & Christiana signa *Aphricanis* littoribus invecta, tantam animo conceperant de *Carolo* opinionem, ut illum exitio infidelibus omnibus natum certò crederent, illúdque tempus adesse putarent, ut tot seculis Christianorum damno & ruina, aucta *Othomanorum* potentia, tandem prosterneretur. Quod procul dubio *Carolus* hic præstisset, nî perpetuus ille laudis suæ æmulus in subalpinam *Galliam* ingentibus copijs se effudisset.

Hic

Hîc incœpere bella illa *Christianæ Reipublicæ* longè damnosissima, cùm arma, quæ communi consensu in publicum Christiani nominis hostem converti debuerant, in propria viscera verterentur: illáque Christianorum potentia formidanda hosti, proprijs cladibus, cùm civis caderet manu, imminueretur.

Heu execranda discordia! heu *Regum* pestis invidia, qua corruunt firma quæque. Tene, quisquam potuisse credat, tantum Christianis pectoribus virus obfundere, ut mentes livido dente sauciatæ, nec religionis amore, nec civium pietate flecterentur? Sed actæ quodammodò furore impijs armis in proprios artus sævirent? Verùm cùm *Gallus Cæsaris* copias in angustum redegisset locum, ac *Ticinum* urbem togatæ *Galliæ* longè antiquissimam circumvallâsset, *Cæsarianorum* Ducum vigilantiâ & fortitudine, militúmque promptitudine, & pugnandi ardore est factum, ut ille cunctæ *Italiæ* timendus exercitus ab exiguis copijs profligaretur: ipse *Rex* vivus in *Cæsaris* potestatem veniret. Magnum victoriarum suarum initium, quarum numero & celebritate cunctos facilè *Reges* vicit.

100. *Oratio funebris Caroli V.* Capto *Gallo*, ac in *Hispanias* avecto, *Cæsaris* exercitus *Romanæ* Urbi, haud irrito conatu, arma intulit, *Cæsare* nedum connivente, sed planè inscio, ipsómet *Clemente* teste: qui jam liber dimissus omnes *Carolo* injurias facilè condonavit.

Restituto *Pontifice* ac *Lotrechij* exercitu in *Neapolitano* agro, peste & ferrô consumptô, pacata omnia videbantur. Cùm *Carolus*, ut Imperij diadema de more susciperet, enavigato mari, ad *Italicum* littus cunctis exspectatus advenit. Obfuderat se ei obviam *Italia* tota, & *Principum* certatim confluentium maximis officijs exceptus est.

Eminebat in *Carolo* Majestas quædam juventæ flore ornata, quæ omnium animos occulto quodam amoris affectu ad sese alliciebat: cui rerum gestarum gloria, illáque *Herculis* signa transgressa, tantùm splendoris adferebant, ut omnium ora in se converteret. *Bononiam* tandem pervenit, ibique Imperij sacram *Tiaram* suscepit.

Multa hîc dicenda essent, quæ cum *Caroli* laude conjuncta sunt, sed video temporis brevitate ita narrationis seriem circumscribi, ut multa & magna sint prætermittenda. Itaque, si solennem illam pompam, si *Italiæ* cunctæ optatissimum illud spectaculum prætercurro, totum temporis brevitati tribuite. Magna sunt, quæ porrò restant, quorum me splendor & magnitudo ad sese alliciunt. Hoc verò non prætermittam, *Carolum* vix semestri spatio, sedatis rebus,

Italiam

Italiam in summam tranquillitatem, ac insperatam quietem ex maximis bellorum motibus & continuâ vexatione constituisse.

Mediolanense Imperium, quod longa *Ducum* & militum pertinaciâ vix in potestatem redegerat, *Francisco Sortiæ* ad rarum liberalitatis exemplum tribuit: *Italiæ Regulos* diffidentes composuit, *Jannensibus* antiquam libertatem restituit: *Venetis*, præcisis bellorum causis, stabilem ac æternam pacem peperit: &, ut *Florentia*, quæ se semper *Cæsaribus* opposuerat, longa obsidione recepta, Mediceæ Domui restituta, illud aureum seculum, quod aliquando sub *Jano Saturnóve* floruisse creditur, revixisse putaret, effecit.

Italiâ pacatâ, *Germaniam* invisit, cujus jam cervicibus hostis ille perennis *Turca* impendebat. Fama erat, *Solymannum* innumeris copijs, exhausto viris Oriente, & quasi sedibus excitâ *Asiâ*, Bossinæ fines attigisse, ac rectà *Viennam* tendere, ut illud Christiani nominis propugnaculum totis viribus denuò aggrederetur.

Jam totam ferè *Germaniam* invaserat horror, cùm *Carolus* quasi ex insperatò adfulsit, suâ præsentiâ cunctorum animos ad certam victoriæ spem erigens: Mirum, me Hercule! dictu est, quæ ipsius adventu animorum commutatio facta fuerit, cùm, qui paulò antè ad famam adventûs immanissimi hostis, ut quàm procul certam perniciem, & miserandam captivitatem declinarent, lares, ac proprios penates reliquerant, resumpto animi vigore, arreptis armis intrepidè in hostem ferrentur. Excepit illum tunc primùm Superior *Germania* faustis acclamationibus, in quo facilè fulgebat *Philippi* Patris probitas, *Maximiliani* Avi bellicus vigor, *Friderici* Atavi animi celsitudo, quorum memoria adhuc recèns hunc ipsum *Carolum* ita reddebat omnibus charum, ita gratum, ut pro ipso parati ad projiciendas animas viderentur. Tribuit aliquot ille dies ad componendos diffidentium Principum animos, & ad tollenda dissidia. In dicta demum profectione ad *Hungaricum* bellum totum se contulit, collecto exercitu, ac undique auxilijs excitis hosti obviàm proficiscitur. Qui ut in conspectum est datus, immensam planiciem equis ac viris occupans, militibus non parùm timoris incusserat, tum inconditus ille clamor, & *Cæsariano* militi antehàc non visa arma, sævàque Barbarorum ora cunctorum animos formidine opplerant, cùm invicti Fratres hinc inde transcurrentes alacri vultu, & spe plena oratione, cunctorum animos erigebant, ut jam ipsorum præsentia depulso metu minimè dubijs mentibus victoriam conciperent, & jam nec fluvius ipse, qui castra dividebat, nec *Ducum* Im-

100. *Oratio funebris Caroli V.*

perium ad pugnam ruentium militum cursum cohibere poterant. Cùm ipse hostis *Solymannus*, qui illa expeditione *Germaniæ* ruinam & exitium minabatur, ruptis metu pontibus, multis amissis, præcipiti fugâ victrices manus evasit.

Vidit primùm *Germania* illa invicta tot seculis Orientis arma
100. *Oratio funebris Caroli V.* toto itinere prostrata, ipséque *Danubius Turcarum* cadaveribus opletus, sanguinéque tinctus purpureis aquis manavit.

Jam *Solymannus Bossniæ*, *Rasciæque* fines prætergressus, illarum Regionum incolis, qui *Christi* dogma adhuc profitentur, optatum præbuit spectaculum, viderant illum paucis antè diebus tanto apparatu, tantis copijs, tantâ militari pompâ illac *Germaniam* petentem transgredi, ut pio quodam affectu vererentur *Christianum Imperium*, ne primum quidem impetum laturum. At ut rara admodùm *Othomanica* signa vidêre, ut ipsum *Solymannum* adhuc paventem suæ cladis testem ac nuncium conspexêre, insperata lætitia ita ipsorum mentes occupaverat, ut nec oculorum proprio sensui satìs fiderent, certissimis demum argumentis, tota sublata dubitatione, jamjam victorem *Cæsarem*, qui duræ servitutis jugum frangeret, adventurum sperabant, totósque dies vanâ spe miseros lactante, Occidentem versus intuebantur, num optata Crux adfulgeret.

Heu pia vota domestica invidia præcidit! *Carolus* quidem, ùt optimum decuit Principem, veræque Religionis amantem, gloriam ac immortalitatem nominis, nullibi libentiùs quæsivisset, quàm hoc hoste devictô, nec debitos *Germaniæ* triumphos opimáque Orientis spolia militum prœmia sprevisset: verùm domestici æmuli invidiâ factum est, ut ad defendendos suos fines invitus retraheretur, ac partam jam victoriam manibus elabi pateretur,& præterquàm statuerat, cùm Christiani nominis *Rege* bella gerere cogeretur. Quæ ita semper invitus suscepit, ut animi sui pietatem facilè denudaret, ita impigrè gessit, ut maximi Bellatoris nomen vel ipsius hostis testimoniô ferret.

Longum esset, singula persequi. Multa ego prætercurro, multa prætermitto, neque Christiana bella, quorum memoriâ animus mœrore afficitur, libenter recenseo, cùm non ignorem invitum *Cæsarem* illis expeditionibus securitatem suis, non sibi laudem quæsivisse.

Sed video *Germaniam* cæterarum Provinciarum longè celeberrimam, ac summi Imperij *Dominam*, iterum consternato animo totam in lachrymas resolvi. Flet illa Alumnum, cujus auspicijs floren-

florentissimis quibusque Monarchijs se poterat æquiparare, & si fata dedissent, ut execranda Christianorum discordia pelleretur, cursúsque tantarum victoriarum domesticâ invidiâ & civili scelere non interturbaretur. Jam ad Orientem signa *Magni Alexandri, Liberique* Patris, ut ad Occidentem *Herculis* nostris temporibus vidimus, prætergressus *Germaniæ* trophæa trans *Indum & Gangem* erexisset, ruptísque *Caucasi* pilis, ubique *Caroli* aras videres.

Justus quidem est dolor ereptæ gloriæ, at quas lachrymas? quæ suspiria? quos gemitus dabit infelix *Græcia*, quæ terrâ maríque vidit liberatrices *Aquilas* adventantes, & ex propinquo salutem conspexit, incassúmque lætata, duriora semper vincula tulit. Non flet illa ereptam gloriam, sed salutem, non victorias, sed incolumitatem, non triumphos, sed libertatem extortam lachrymatur. 100. *Oratio funebris Caroli V.*

Nil quidem ab ipsius *Caroli* laude decedit, cùm voluisse omnibus constet, & pulso *Solymanno*, innumerísque copijs profligatis, potuisse quoque, Christianus Orbis viderit. Hiccíne non flendus? Qui tandem modus, qui finis erit querelis, si justa dolori solvenda erunt? Sed narrationis cursus est prosequendus, ut cùm tantorum gestorum series fuerit enarrata, qualem amiserimus *Cæsarem*, & quibus sit lugendus modis, cognoscamus. Ut Christianæ Reipublicæ fluctus composuit, novam exoptati belli materiam nactus, Romana signa post tot intervalla tum demum *Lybicis* oris visa *Tunetano* littori infert.

Jam Romani Imperij æmulam *Carthaginem Arriadenus Barbarossa*, expulso legitimo Rege, occupaverat. Qui cum maria undique *pyratica* classe infestâsset, terris tandem adjecerat oculos, ac *Piratæ* exosus nomen cunctæ Aphricæ jugum paraverat. Neque enim uno contentus regnô, circumvicinos Reges dolô & vi antiquis sedibus expulerat; jámque ipsi ferè timendus *Cæsari*, *Italicum* littus classe *Regia* veriùs, quam *Pyratica* depopulabatur: *Hispanicísque* oris non leve damnum intulerat, & majus indies minabatur: cui occurrendum ratus *Cæsar*, exercitum optimè instructum in *Aphricanum* littus transportat, primóque adventu *Goletam* longè munitissimum *Pyratarum* receptaculum adortus expugnat, & classem munitæ fisam stationi Christianorum littorum terrorem capit. Iisdem auspicijs exercitum, qui ex infinita *Arabum & Pœnorum* multitudine constabat, delet, soláque virtute, ac animi robore, quo plurimùm valuit, maximum bellum, & nostrâ ætate celeberrimum, exigui temporis spatio confecit.

At unum adhuc fuit, quod *Carolo* gratissimum accidit, quodque cum perenni pietatis laude conjunctum est: ingens erat Christianorum captivorum numerus, qui punica ergastula compleverant, duram pluribus annis servitutem perpessi: tunc verò, ne victoris *Cæsaris* beneficio fruerentur, cruciatibus & morti addicti; itaque sævi barbaríque Imperij Ministri faces, quibus captivi supellex pretiosa, urbs denique ipsa combureretur, paraverant. Cum *Carolus* illa celeritate, qua imparatos hostes sæpe oppressit, urbem victoriæ suæ prœmium impijs flammis eripuit.

100. *Oratio funebris Caroli V.* Hîc *Aphricani* meruit cognomen, in potestatem *Aphricani* Imperij Capite redactô, hîc *Servatoris* ac *Liberatoris* appellationem, tot captivis, ne dum vinculis, sed *Orci* faucibus ereptis, omnium consensu adeptus est: qui suâ clementiâ & liberalitate, parentibus, liberis, & conjugibus redditi hunc illum *Imperatorem* prædicabant: qui Christianis armis legitimè uteretur, ut salutem, incolumitatem Christianæ Reipublicæ præstaret, quique non domi, vicinos Reges bello implicans, sed procul enavigato mari, fidei hostium strage laudem & triumphos quæreret.

Jam totam *Aphricam Cæsar* mente conceperat, & illac statuerat *Asiæ* ex propinquo arma inferre, quæ procul dubio *Caroli* victoriarum fuisset campus, vidissétque iterum *Nilus* victrices *Aquilas*, nî fatali Christiana invidia denuò ille victoriarum cursus fuisset præcisus.

Itaque compositis *Aphricæ* rebus, *Regéque* legitimo restitutô, & vectigali factô, exercitum in *Italiam* denuò trajecit. Vidit *Romana* Urbs in felicitate temporum longo intervallo omissos triumphos tum demum agi, non illis antiquis, dum maximè illud Imperium floreret, aut captivorum numero, aut spolijs hostiúmque exuvijs, aut belli magnificè gesti titulô inferiores, ibi præliorum simulacra, ibi captæ urbis imago, ibi navium longa rostra videbantur. Sed ipse *Carolus* longè speciosissimum præbuit Romanæ plebi spectaculum, illo triumphali habitu prætervectus, cunctis priscorum Ducum memoriam excitans.

Fuit *Carolus* miti & clementi ingeniô, gloriæ præterquàm, quæ cum religionis augmento ac publica commoditate esset conjuncta, minimè appetens, civilis sanguinis ita parcus, ut vel gravissimas injurias perferret potiùs, quam cædibus ulcisceretur. At hostis pertinacia fregit ipsius institutum. Accenderat ejus animum haud facilè irasci assuetum ipse *Solymannus* triumpho *Galli* studio jam

diu

diu ereptus, tum extorta *Aphrica* illud animi vulnus innatâ levitate penè obductum refricuerat. Itaque, ut injurias vindicaret, ad *Rhodanum* uſque, qui *Galliam* ferè mediam interlabitur, ſigna promoverat, nullibi auſo hoſte obviàm progredi, ut facilè judicent omnes, illum *Regem* non bello laudem quærere, ſed partas jam victorias *Caroli* manibus, non abſque ſummo Chriſtianorum mœrore & damno extorquere, ne ad belli aleam nominis gloriâ, ſed cæcæ invidiæ ſtimulis excitari videretur.

Sed ego domeſticas clades conſulto omittam. Quo enim 100.
quæſo alto nomine Chriſtiana bella nuncupabo? An quæſo aliud *Oratio fu-*
quàm clades eſt, victoria civili cruore parta? Et quamvis *Carolus* ſuis *nebris Ca-*
victorijs maximam adhibuerit animi moderationem, ac ſummam *roli V.*
clementiam, tamen bellum ipſum per ſe provinciarum ruinam trahit, ut certè inſigni innocentum calamitate, Regum diſcordia penſetur. Illa meminiſſe animus horret: Illa ego *Caroli* laudibus non interponam, cùm multa non tantùm de militari diſciplina, qua antiquos omnes Duces facilè vicit, ſed de pacis quoque artibus ſint porrò dicenda. Bellóne an pace major fuerit, ambigi non immeritò poteſt. Quantúmque in acie ínque ſævi *Martis* opere, tantum quoque toga civilíque laude valuit, ut enim armis hoſtium vim repreſſit, ut laudem ſibi ſuíſque ſecuritatem armatus peperit, ſic jus ſanctè ac inviolatè cuſtodiendo, ſic reproborum vim æquitate & juſtitiâ reprimendo togatus ſummam tranquillitatem induxit.

Ego verò non minori laude dignum eſſe arbitror civilem peſtem, diſcordiam, ſævóſque animorum morbos, cupiditatem, avaritiam, ambitionem, evellere, Rémque publicam his monſtris purgatam præſtare, quam armis ab externa injuria tutam reddere. Cùm non in minora mala internis iſtis hoſtibus, quàm aperta inimicorum vi Reipublicæ impendant. Cùm enim concordia rerum publicarum ſalus, nullo modo eſſe poſſit, ubi aut odia aut avaritia, regnandíve effrena cupiditas graſſantur, debet optimus Princeps, qui in præcelſa legum mente verſatur ſummo ſtudio & dexteritate pullulantes has peſtes ſupprimere, ut uno poſteà concordi voluntatis vinculô animi colligantur, & nulla prorſus vi disjungi ampliùs poſſint.

Hoc an præſtiterit *Carolus*, ſcit *Germania* totá, quam pluribus annis ita rexit, ut ſumma tranquillitas eſſet Hoc ſcit *Italia*, quæ ipſo præſente ita pacata, citóque compoſita fuit, ut feliciſſima tunc meritò nuncupari potuiſſet. Quam rexit ille prudenter

Hiſpaniam? Quam floruit illa provincia *Carolo* ad Regni gubernacula ſedente? Eſt quodammodo à natura ita comparatum, ut qui bellô præſtant, rarò pace ſint boni. Illi enim ſpiritus, ille animi vigor, qui ad conſtituendum ſtrenuum, & acrem *Ducem* requiruntur, gravitatem, æquitatem, ac moderationem, cæteráſque togæ virtutes aſpernantur. Jam ſuperiora ſecula ſummos & maximos viros habuêre: quorum ſi mores & ſtudia recenſeas, invenies præclariſſimos *Duces* faciliùs regna viciſſe, quàm gubernâſſe. Erant alij, qui ſummâ prudentiâ rexêre ſuos, quique pace fuerint maximi, bellorum tamen fortunam ſemper adverſam tulerunt.

100. *Oratio funebris Caroli V.* At *Carolus* ita tractavit arma, ut maximorum *Ducum* gloriam longè vicerit, pacis interim artium minimè oblitus. Quàm fuit miti & clementi Imperio in bonos? Quàm ſævero in malos? ita tamen, ut nec illi ſuæ clementiæ diffiderent? Quàm prudenter proſpexit ille impendens malum? Quàm cavit ſapienter? Quid de fortitudine dicam? Quid de ſingulari continentia? Quid de regia liberalitate? Vidimus nos largientem regna, vidimus graviſſimas injurias condonantem, vidimus incorruptè judicantem, vidimus ad publicam utilitatem dirigentem omnia, ut non odio, iráve, aut regnandi cupiditate, ſed ſolâ publicâ commoditate, & juſti amore ferri crederetur.

Hoc verè eſt Regem agere, hæ ſunt publicæ perſonæ virtutes, quarum, ſi ego ſeriem laudéſque ennarrare voluero, jam me dies quàm dicendi occaſio deſeret. Ego verò modum mihi in dicendo, temporis brevitate, non geſtorum magnitudine, non virtutum numerô, poſitum ſcio.

Sed quis, quæſo, hujus tanti viri laudes ignoret? Quæ gens, qui locus, quæ Orbis regio erit, ubi *Caroli* nomen non ſit cum quadam Divinitatis opinione conjunctum? Jam ipſius trophæis tota debetur *Europa*, jam *Aphrica* tota, ſed nec *Aſia* ipſa victrices fugit *Aquilas*, cùm ad *Iſtrum* Regnatorem *Aſiæ*, terga dare coëgerit. Verùm nec *Aſia* ingens nec bene culta *Europa*, aut torrida *Aphrica Caroli* gloriam capiunt, non includitur illa certis limitibus. Jam naturæ ipſius limes, quo noſter hic orbis circumſcribitur, anguſtus *Carolo* viſus, *Herculis* ſigna, tot ſeculis inviolata, transgreſſus, orbem adjecit orbi, cunctíſque retrò actis temporibus incognitum, aut intentatum iter reſeravit, illius auſpicijs altera pars orbis inventa, & imperante *Carolo* integer factus eſt orbis.

Jam

Jam non gravatè cedit *Alcides*, ipséque *Liber Oceanum* in Oriente terminum suarum victoriarum posuit, ad cujus signa Magnus *Alexander* pervenit, tamen Oceanum ultra nihil quærere ausi, integram hanc gloriam *Carolo* reliquêre. illi inter Divos sunt relati, quòd majora præstitisse, quàm homines deceret, crederentur. At si eos cum *Carolo* conferas, quid præstitêre, quæso, quod æternitatem mereatur? Peragrârunt illi terras, vicêre regna, hanc cum illis *Carolus* laudem communem habent, At inventi orbis honos huic soli debetur.

Salve *Ter Maxime Cæsar*, nulla dies, dum hominum genus has terras incolet, absque tui memoria erit, per Te optati nuncij sonus per omnes exivit terras. Diffudêre sese olim undequaque vivi verbi *Ministri*, & veritatis præconium hic orbis longè latéque percepit, nec non *Indus*, extremíque *Bracmanes*, adusque *Hiberos* ultimos, à *Trogloditis* ad *Cimmerios* usque illud semen vitæ tulêre. At media pars orbis incognita illum rorem eloquij DEI non recepit, inviáque & inaquosa terra, pluviam serotinam, nostris temporibus, post mille quingentos plus annos arida & *sitiens* tum demum suscepit. Hoc habent *Indi Carolo*, hoc *Christi Ecclesia*. 100. *Oratio funebris Caroli V.*

Quale tunc gaudium fuisse credimus in Cœlis, cùm Crucis signum in ignotas illas oras, quasi lux in tenebris quasi *Ægyptiacis* fulgeret, cùm pœnitentiæ salutaris vox à populo, qui sedebat in tenebris & umbra mortis, audiretur, salutisque admoneretur, qui peccati omnes nube obtecti, universalis damnationis non recordabantur? Sic sibi quæsivit Cœlum *Carolus*, factis ipsis longè celeberrimis, non vanâ hominum opinione: jam *Occidentalis India* quasi ovis in deserto derelicta, ad *Christi* ovile *Caroli* humeris relata, adulta in DEUM fide, in pietate nobiscum certat, & illi, qui antè humanis carnibus vescebantur, quique ferarum potiùs quàm hominum more cohabitabant, deposita barbarie, nos quasi humanitate vincunt.

Sed cur ego adversam fortunam prætergrediar, cùm non minorem laudem animi robore, fractis rebus, quàm secundis tulerit? Vidit nostra ætas invictum *Cæsarem* tot partis triumphis ipsam penè fortunam vicisse. Cùm enim florentissimum exercitum in *Aphricanum* littus, ut *Algerium*, alterum *Pyratarum* receptaculum deleret, exposuisset: subitò coortâ tempestate classis illisa littori, tota penè est amissa, & cùm nec tormenta bellica, quorum vi urbs erat capienda, nec commeatus esset expositus, anceps consilij *Cæsar*,

ſar, ſubitò tot malis circumdatus, nec de ſua militúmque ſalute dubitavit. Sæviebat uno à latere mare, urbs ipſa ab altero: tum infinita *Saracenorum* multitudo circumquaque ſe obfuderat, ut *Cæſareanus* miles nec tuto ſtaret loco, nec uſquam promoveretur, tum tanta cibi erat penuria, ut ubique fame corpora enecta viderentur.

Horrendum porrò ſpectaculum erat intueri iratum mare, fractas rates & hominum cadavera volvi, nec tuta ipſa terra erat, quibus pepercerant fluctus, cùm aut dura fame, aut ſævo hoſte caderent.

100. *Oratio funebris Caroli V.* Denique miſeranda ubique rerum facies erat, & jam cunctorum animos horror quidam propinquæ mortis invaſerat: cùm *Carolus* ſpem vultu ſimulans, ſolandô, hortandô, deſperatione languidos erigebat: exercitum invidæ fortunæ aſtu proditum, ipſe conſiliô fortitudinéque animi ſervavit, ut non ſævum mare, non infeſta tellus, non dura fames, nec implacabilis hoſtis, infracti animi conſtantiam, prudentíſque conſilij vim imminuerit, hoſtes ſæpiùs propiùs accedere auſos fudit, famem ſuo exemplo militibus tolerandam docuit. Tandémque placato mari, lacera claſſe receptâ, milites in ſecuriora littora transportavit, ut quos amiſerat milites, triſti fato accidiſſe cognoſcerent omnes, & uno ore faterentur, ipſius tantùm prudentiâ & fortitudine reliquos ſervatos, ut jam non conſilij ſed fortunæ ipſum pœniteret, cujus eventus, cùm ſint dubij, ratione firma regi minimè poſſunt.

Si quid ergo præter ſpem evenit, arte eſt corrigendum. Quod ille tanta ſapientia fecit, & acerbiſſimos caſus ita correxit, ut ſummam, maximámque conſtantiæ, fortitudinis, ac prudentiæ apud omnes laudem tulerit.

Ego verò de rerum geſtarum tanti Cæſaris nil dici poſſe ſcio, quin res ipſa per ſe ſit longè major. Jam ſi inventi, debellatíque orbis titulos mente complector, video quidem neminem eorum, quorum memoria perennis uſque manet huic æquiparari poſſe, ſcio me multa & maxima prætermiſiſſe; ſi enim omnia complecti voluero, jam juſtam orationem excedam.

Quanta enim dicenda eſſent de *Geldrica* expeditione, déque *Belgicis* bellis? quanta de rebus *Græciæ*, déque *Turcicis* claſſibus deletis? Quanta de *Mauritania*, quòd *Tremiſevorum* Regem, innumeris cæſis *Mauris*, reſtituerit, quòd *Mauritanias Libiæ* urbes celeberrimas vi cœperit, quód illa denique ipſa arma à torrido Cœlo ad

gelidum

gelidum uſque *Arcturum* trans *Albim* tulerit, quo non infinita *Romanorum* potentia penetravit unquam, quos ille tunc motus compoſuit? Quam fluctuans Imperium ſtabilivit? Quam multa de hac expeditione dicenda eſſent, in qua animi vis ſingularis, admirabilis ſcientia militaris, & propè Divina Clementia & manſuetudo effulſit, ut quibus armis terrori, illis ipſis humanitate jucundus eſſet. Fuit hæc longè celeberrima expeditio, neque facilè credo, tam exigui temporis ſpatio, ullum *Latinorum Græcorúmve* Ducem tam im̄enſa terrarum ſpatia vincendo transcurriſſe, unive bello tot victorias incluſiſſe.

Hîc mihi terminum præliorum conſtitutum volo, non quòd victorijs finis fuerit impoſitus, cùm ipſius auſpicijs in agro *Senenſi* fuerit *Gallorum* exercitus deletus, multæque urbes vi captæ, cùm in *Belgio* ipſo *Terronava*, & *Edivum*, longè muniſſima oppida fuerint expugnata, *Arentinum* à *Gallorum* Rege maximis copijs obſeſſum, liberatum, pugnandíque poteſtas non ſemel hoſti facta, ita ut Henricum *Gallorum* Regem, juvenem, acrem, & laudis avidum, jam ſenex, & longis laboribus feſſus ſumma cum laude repreſſerit. Non ideò, inquam, hic finem bellicarum expeditionum, quòd nil ampliùs dicendum ſit, poſitum arbitror, ſed quòd in tanta copia mihi modus ſit habendus, & cùm ſuperiùs ſit oſtenſum, *Græcorum Heroum* facta illum transgreſſum, *Romanorum* quoque gloriam exceſſiſſe conſtet, quorum arma ad *Danubium* multis annis ſubſtitêre, & nonniſi infelici eventu *Iſtrum* transgreſſa ſunt. 100. *Oratio funebris Caroli V.*

Qua tanti viri laude meritò contentus finem huic narrationi imponerem, ni unum adhuc eſſet, quòd abſque ſcelere non poſſet intactum prætermitti. Quod ea, quæ recenſa ſunt, longè ſuperat, ita, ut omni dempta dubitandi occaſione, hunc *Carolum* vel uno hoc facto omnium Heroum, hominúmque laudem longè viciſſe certiſſimô teſtimoniô arguat.

Una regnandi cupiditas invicta tot ſæculis, imò quæ de maximis ſæpè viris triumphaverat, *Carolo* devicta debellatáque debetur. Non enim æſtro tantùm gloriæ, non indefeſſi ſpiritûs vigore, aut nimio ſceptri amore actus, tot pericula adijt, tótve labores pertulit: ſed ſtabili conſiliô rationéque firma, publicis rebus conſulens, ſecura, ac pacata vidit omnia, ſat laudis ſibi, gloriæque quæſitum ratus, integris ſenſibus, viribus non adeò fractis, ſua voluntate, non coactus, curſum illum tantarum victoriarum cohibuit. Ego verò in prima laude ſummæ prudentiæ poſitum puto,

to, rebus prosperè gestis, insatiabili gloriæ cupiditati terminum ponere, tandémque terrenarum rerum amor est comprimendus, cùm infelix meritò haberi possit, qui victor orbis suis semper sensibus inservierit, nec frenum unquam vagæ ac instabili cupiditati posuerit, ipse verò, cùm nil ampliùs esset, quod vinceret, seipsum vicit. Quod nemo ante ipsum *Ducum* præstitit, cùm ita eos inservîsse proprijs cupiditatibus constet, ut hanc laudem *Philosophis* totam reliquerint. Quorum permagna pars huic palestræ ita impares fuêre, ut obliti præceptorum moralis Philosophiæ turpiter cupiditatibus succubuerint.

100. *Oratio funebris Caroli V.* Quis non miretur virum innutritum armis, regnis ac imperijs citiùs præpositum, quàm per ætatem alioquin licuisset, tam facilè suis affectibus imperâsse? tot arridentis fortunæ blanditias, irritamenta, illecebras infracto animo respuisse? Ut certè summos Philosophos hac vera laude spoliaverit, invictúmque se omni parte declarârit. Verùm, ut non tantùm ætate quàm longis laboribus perpessis, ac animi curis corporis vires paulatim imminui sensit, ut quotidianâ ferè valetudine à publicis negotijs avocari se vidit, functum se suo officio, ac diu satìs jam hoc saxum volvisse ratus, cùm videret Imperium nòn tam animi vim, quam indefessi corporis vires indefessè requirere, cedendum putavit: & ad exoptatam quietem, quam non regnandi amore, sed publicæ commoditatis causâ tam diu sprevisse videbatur, quasi ad tranquillum portum & dulcem senectutis nidum se contulit, in quem quasi lassus *Atlas* se reclinavit: Imperiíque pondus *invicti Ferdinandi* humeris est exceptum. Quem nos videmus summâ omnium securitate, his turbulentissimis temporibus *Christianæ Reipublicæ* præesse, ut *Caroli* pietatem insignem in cedendo Imperio amplectamur, summam in eligendo successore prudentiam veneremur.

Debet plurimùm Germania *Carolo*, quòd auxerit Imperium, quòd dissidentem sedaverit, quòd hostium spolijs & trophæis ornaverit. At, quòd publicæ saluti, securitati, incolumitati denique omnium huic, quem intuemur, invictum *Cæsarem* rebus præficiendo prospexerit, tantum debet, ut plura debere non possit. Hoc hi præclarissimi Imperij *Status*, hoc *Germania* tota, hoc circumvicinæ *Provinciæ* communi consensu asserunt, neque verentur defuncti *Caroli* se incommodum sensuros, hoc Præside, hoc Rectore, isto ad Imperij gubernacula sedente, cum imperante *Carolo* & Imperij & victoriarum *Socius* semper fuerit.

Cessit,

Ceſſit quoque *Carolus* cæteris Regnis, ut nulla prorſus regnandi cupiditas animo reſideret, *Philippo* Filio longos terrarum tractus, multa regna, multas provincias reliquit. Quem videmus haud irrita arma tractantem, cùm *Galli* hoſtis vires ſecundis prælijs ſæpiùs contuderit, ut non tam Regnorum quàm laudis ac gloriæ fortunæque propitiæ hæredem inſtituiſſe putetur. Ipſe verò jam terras exoſus oculos cœlo adjecerat, mentéque purgatâ ſidereas domus amplexus, totum ſe pietati ac religioni tradidit, ut, cùm ſingulari diſciplina, ſummo militum robore, maximi animi ſui magnitudine terras in poteſtatem redegiſſet, Cœlum illis artibus, quibus poſſe Divina Eloquia tradunt, acquireret. Non ſequitur vulgi voces, aut populorum auram, non quæ grata ſunt mundo, projecit regale ſceptrum, animúmque cœleſti robore obfirmat.

Nollem tamen vos credere, privatam hanc vitam ſegniter tranſegiſſe; ut enim futuro ſeculo militaris ſcientiæ monumenta reliquit, ut regnandi artes docuit, ſic pietatis, Religionis, Sanctitatis exempla præbuit: ita ut hic unus *Carolus* ad formandos, 100.
ac exornandos & perpoliendos Regum animos, omnia planè documenta præbuerit. Jam juvenes ſua promptitudine, liberalitate, & infracti ſpiritûs vigore magna audere, difficilia aggredi, dura quoque & adverſa perferre docuit: viros fortitudine, ratione, experientiâ, ut regere ſapienter, & pulchrè vincere poſſent, oſtendit. Suo demum exemplo, qua via cœlum poſſet adiri, quando ſit rebus proſperis ponendus modus, animúſque ab his tenacioribus curis avocandus, ſenioribus patefecit.

Oratio funebris Caroli V.

Sic ſanctè, juſtè ac piè cùm vixiſſet, curſúmque totius vitæ conſummâſſet, cupiditatibus ac mundo ſuâ voluntate ac inſtitutô eripitur. Vixit in *Hiſpanijs* per tres ferè annos, corpore quidem adhuc in terris conſtitutô, mente juſtiore, pio & ardenti voto, in cœlis jam agente. Et niſi animus tanti luctûs memoriam horreret, jam ego oſtenderem, quo animi robore, quantâ fidei conſtantiâ adventantem mortem exceperit. Sed ſimul ac in mentem venit illius diei, non poſſum non in lachrymas prorumpere. Et cùm ipſe mecum perpendo illius geſta, illius virtutes, ereptum orbi doleo: Chriſtianæ Reipublicæ vicem deploro, bonorum omnium, quibus apud ipſum ſingulare præſidium ſemper fuit, cauſam queror. Religionem ipſam, erepto *Carolo*, ruituram penè vererer, nî *Ferdinandum Cæſarem* viderem, in quo nunc feſſa, & longis erroribus

roribus agitata conquiescit. Quem ad erepti *Caroli* solatium benignus DEUS diu incolumem servet. Ille enim omnium animos in tanta jacturæ mœstitia solatur, & recreat: illius virtute ac fortitudine, animíque pietate Christianus orbis lethale hoc vulnus minùs jam sentit. Quamvis uno eruto oculo necessariò aliqua pars hujus Reipublicæ corporis minùs prospiciat, lucidáque sit minùs.

Quid ergo clamem miser? Quid potissimum querar? Occidit, Heu! *Carolus* occidit nobis, at sibi vivit. Ille post ingentia facta, post immortalem nominis famam, perennémque gloriam optatas animæ sedes, post longos invenit errores. Illius mihi Æthere delapsam vocem nunc audire videor, qua *Te Ferdinande Cæsar*, qua vos Germanos Principes alloquitur. *Macte esto virtute invicte Frater, tu pondus nunc fers Imperij, tu Regni moderaris habenas, in tua nunc fide Germania conquiescit, tuo nunc labore, tuis vigilijs, tuâ prudentiâ afflictæ Provinciæ paris salutem, tibi interim laudem, perennémque famam, cœlum denique ipsum paras. Vos inclyti Germaniæ proceres, si quæ sunt dissidia, si quæ irarum causæ, si qui animi rancores, pellite ista cordibus, jungite mentes animósque, simul jungite vires, ac concordi quodam amoris vinculo simul vos nectite, ut juncti Capiti, in quo summa est prudentia, vera Religio maxima animi mansuetudo, unum invicti Imperij corpus efficiatis.*

100. *Oratio funebris Caroli V.*

Hæ sunt illius voces, qui optimè semper vobis consultum voluit. Illius inquam *Caroli*, qui hoc exutus corpore, non affectibus movetur, non dolore aut voluptate, sed solâ vestri charitate. Ergo has voces optimi *Patris patriæ* prudentissimi, ac invicti bello *Cæsaris* totâ mente complectimini, ac dum ipsius erga vos omnes amorem ac charitatem certissimis argumentis comprobatam perpenditis, rapiat vos denuò ipsius desiderium in lachrymas, ipsáque recordatio tanti *Cæsaris*, gemitus vel invitos exprimat. Et cùm videmus hujus orbis, ac modò cognitas Regiones omnes ipsius epitaphio, ac ferali carmine insertas, uberrimo fletu hujus sæculi decus præsidium prosequamur. Quod ego vos singulari quodam humanitatis officio præstare video, ut ad hanc vestram mœstitiam nihil planè addi posse putem. Verùm etsi finis vitæ ipsius, quando ita christianè decessit, facit, ut piè credamus, hujus vitæ miserias cum sempiterni ævi beatitudine commutâsse, tamen cùm judicia DEI sint inscrutabilia, cùm impossibile ferè sit, animam huic cadaveri tot annos annexam, puram, ac omni prorsus labe carentem solvi, fundite lachrymis mixtas preces, pro quibus ipse paratus

tus ſemper fuit ipſum ſanguinem fundere, ac pijs manibus exoptate pacem, cùm ipſe ſuum caput periclis objectando, ſuis vigilijs ac laboribus pacem vobis ſecuritatémque pepererit.

Verùm æquiùs eſſe arbitror, illum nunc noſtri curam agere, cùm poſito hoc corpore Divinâ fruatur procul dubio præſentiâ, ut ſuo merito ardentiſſima Religio inviolatáque fides, & labores pro univerſali *Chriſtianæ Reipublicæ* tranquillitate ſuſcepti, conſtanter permaneant.

Si quis eſt ergò harum, quæ apud nos geruntur, rerum Cœlicolis ſenſus, flecte ex illa tranquilla ſede oculos ad hunc mœſtum cœtum *Ter Maxime Carole*, vide *invicti ac pij Fratris* veriſſimas lachrymas, vide tanti Imperij mœſtitiam minimè fictam, vide lugubrem Pontificum venerandam ſeriem. Aſpice hanc univerſalem animorum conſternationem, ac tuorum erga hos omnes maximorum & immortalium beneficiorum cape hunc gratitudinis fructum. Tu quidem inter beatas animas conſortio frueris cœleſtium ſpirituum. At nos non tua gaudia, non tranquillitatem, non pacem, qua frueris, ſed nos noſtrámque lugemus ſolitudinem, nec ulla unquam dies tuæ recordationis erit abſque lachryma.

Tu verò *invicte Ferdinande* fles quidem optimum *Fratrem*, ac erga te omni pietatis officiô ſemper functum, illa veſtra, dum vita manebat, animorum conjunctio, illud voluntatis vinculum, illa mutui amoris pignora, quæ ipſa ſanguinis neceſſitudo occultis igniculis pectori infundit, meritò te magno afficiunt dolore. Sed vide, ut Imperij *Proceres* juſta ſolvunt mœſtitiæ, reſolvitur quodammodò *Germania* in lachrymas. Queritur *Italia*, lamentatur *Hiſpania*, dolet *Gallia*, flet *Apher*, *Indus*, *Scytha*, nulláque orbis regio luctu vacat. Sed hic paries, illi lapides, tota denique hæc ſtructura occulta quadam vi doloris aciem ſentiunt. Neque enim hic luctus is eſt, ut ad nos tantùm perveniat, ſed ſua magnitudine ita diffunditur, ut ubique tantæ calamitatis teſtes habeat.

100. *Oratio funebris Caroli V.*

Sed nequeo, quæ ſtatueram, omnia proferre, cùm & ipſius rei magnitudo, ingénſque orationis campus ita me hinc inde avocet, ut confectus hæream. Tum tantus me dolor occupat, ut haud facilè verba expediam, & jam erumpentibus lachrymis ipſa oratio cedit. *Dixi.*

Ita eruditiſſimè & ornatiſſimè *Madrucius*, univerſis Auditoribus memoriam obſtupeſcentibus, atque *Oratori* eloquentiſſimo plusquàm ſolenniter applaudentibus. An verò hic ipſe *Madrucius*,

101. *Madrucij tres Epiſcopi & Cardinal.*

cius, qui in albo *Augustanorum Canonicorum* invenitur positus, adductum panegyricum funebrem peroraverit, aliorum esto judicium. Mea ex opinione prædictus facundissimus Orator *Madrucius* videtur potiùs *Madrucij Canonici Augustani* & *Cardinalis* ex Fratre Nepos, quàm ipsemet *Canonicus Augustanus*, senili ætate *Christophori Madrucij* Canonici Augustani eo tempore annum 48. agentis, scopulum & scrupulum movente. Tres enim *Madrucij* Cardinales, & in Episcopatu *Tridentino* sibi invicem succedentes, confusionem pariunt. Primus nominabatur *Christophorus*, & iste 1512. natus reperitur Catalogo *Canonicorum Augustanorum* insertus. Secundus appellabatur *Carolus Gaudentius*, & Tertius *Ludovicus*, atque tertium istum *Madrucium*, virum incomparabilem, anno 1561. Cardinalem *S. Callisti* sub *Pio IV.* creatum, panegyrici funebris 1559. *Oratorem* pronuncio, atque ob summam in Serenissimam *Domum Austriacam* affectum, nec non ob præclara in *Germania* & *Augusta* gesta suo Patruo *Christophoro* Augustano Canonio associandum, ac

102. *Ludovicus honoratur ab Ærographo.* in *Hierarchia Augustana* non penitus prætereundum existimo. Cùm civis quoque Augustanus & Calcographus anno 1596. *Ludovici Madrucij* Cardinalis Tridentini, Sedis Apostolicæ Legati, Germaniæ Protectoris, &c. effigiem affabrè sculpserit, eúmque hisce quatuor versibus æri incisis honoraverit.

Flos veterum, virtúsque virûm justissimus unus
Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ
Semper honos noménque tuum laudésque manebunt.

103. *A Poëta,* Augustanus alius Poëta hæc tria apposuit disticha.

Sacra Senatorem reddit te purpura sacrum,
Addit Collegis Insula Præsulibus.
Te Dominum, simul ac Comites hodiéque Tridentum
Quod, ducto in priscis more, Tyrolis habet;
Et Dominis laudem parit, & laudatur ob ipsos,
Laus nequit hæc major Principis esse viri.

104. *A Domo Austriaca.* *Ciaconius Histor. Ponif. tomo 3 ad annum 560.* scribit de *Ludovico Madrucio*, quòd *Concilio Tridentino* interfuerit, & pluries, „ inquit, Comitijs Pontificijs, in quibus semper Cæsarum & Re- „ gum Hispanorum partes tantô studiô sustinuit, ut ab aliquibus „ dictus sit Comitiorum non director, sed Tyrannus: magnî illum

An-

„ *Austriaci* omnes faciebant, ut *Austriacæ* Domui addictissimum.
„ Ita *Ciaconius c. l.*

Anno 1581. *Gregorius* XIII. *Ludovicum Madrucium* Apostolicæ Sedis à latere *Legatum* ceu Virum probum, doctum, amatum, magnì æstimatum, & rerum Germanicarum peritum ad Augustana Comitia anno 1582. à *Rudolpho* II. celebrata direxit, eúmque diplomate, inter alia hæc verba complectente, instruxit: *Ea enim tua est in nos, & sanctam hanc Sedem fides, ea Religio, is rerum usus, & prudentia, ac summa apud Germanicam Nationem, ubi virtus tua jam diu enituit gratia, ut te maximè dignum existimaverimus, cujus egregiâ operâ in hoc munere obeundo uteremur.* 105. *A Gregorio XIII.*

In Comitijs istis Augustanis de magnis (ait *Cicaonius c. l.*) rebus ad *Imperatoris* potestatem, ad *Germanorum* Principum, aliarúmque Christiani orbis Regionum utilitatem spectantibus, agendum erat. Cúmque *Ludovicus Madrucius* Augustam pervenisset, *Cæsar* illi obviàm profectus ad scalas usque, dexteram obtulit. Ex *Ciaconio c. l. tom. 4. ad annum 1572. fol. 14. & 15.* plurima in laudem *Madrucij* referente. 106. *A Cæsare,*

Comitatus, quo stipante ad Comitia *Ludovicus Madrucius* anno 1582. die 17. Junij *Augustam* ingressus, huiatibus viris præstantissimis erat exornatus. 107. *Ejus comitatus in ingressu Augustano.*

Franciscus Sparenus Episcopus Sebastensis, Hugonis Curiæ in Hauxofen Præpositus.
Scipio ex Marchionibus Gonzaga Princeps Imperij.
Robertus Fontana, Datarius.
Carolus Gaudentius, Baro Madrucij, Avij & Prentonici, Abbas S. Petri Montis ferrati.
Emanuel Baro Madrucij, Avij & Brentonici Comes de Chialant.
Gaudentius Baro Madrucij, Avij & Prentonici.
Antonis Comes de Montfort.
Ernestus Baro de Wolckenstain Canonicus Augustanus, Tridentinus, & Brixinensis Orator ad Imperij Comitia pro Episcopatu Tridentino & Brixinensi.

Hieronymus Roccabruna, Archidiaconus Tridentinus, & Canonicus Brixinensis. Georgius de Albertis Canonicus, Consiliarius, & Cancellarius Tridentinus.	Oratores pro Episcopatibus Tridentino & Brixinensi.

Joannes Paulus Giglius Nobilis Lucensis.
Carolus Crotta Consiliarius & Aulæ Præses.

Thomas

Thomas Balbanus Nobilis Lucensis.

Georgius de Castro Darsii Aulæ Mareschallus.
Minutius de Minutijs in lingua Italica.
Bernardus Merlus in lingua Germanica.
Hermannus Ortenbergius in Lingua Latina.
} Secretarij.

Ludovicus Erotta. Fabianus Musarus. Medicus. Amandus Maulbrunnus.

Pomponius Spanochia Nobilis Senensis. Ludovicus Cilla Eques S. Lazari.

Hieronymus Cæsarinus Stabuli Magister. Claudius Crotta.

Camillus Sinnibaldus Comes Castri S. Petri. Andreas Minutius.

Sigismundus Soll. Ascanius Brugniolus Pincerna.

Pompeius Arnoldus Romæ Magister Domûs.

Jacobus Tennarus Augustæ Magister Domûs.

M. Propertius Theologus.

108. *Madrucij Ludovici promotiones.* Ceterùm ob pietatem, doctrinam, benéque gerendæ Reipublicæ peritiam *Ludovicus Madrucius* varias promotiones est consecutus. Ex *S. Callisti* Diaconatu ad *S. Onuphrij* gradum fecit. Deinceps à *Sixto V.* Presbyter *S. Anastasiæ* renunciatus: postmodùm ad titulum *S. Laurentij* in Lucina promotus; demum die 18. Augusti 1597. Episcopus *Sabinus* primò, mox anno 1600. die 21. Februarij *Tusculanus* declaratus, eodem anno 1600. die 20. Aprilis Episcopus *Tusculanus* Romæ fatis concessit, in Sacello suæ Familiæ *S. Onuphrij* æde tumulatus.

Hæc pro honore *Ludovici Madrucij*, Canonici Augustani *Christophori Nepotis*, qui licet *Canonicis Augustanis* non adscriptus, attamen ob præclaras functiones *Augustæ* peractas nec non immensos labores pro universali *Hierarchia Christiana* impigrè præstitos, *Hierarchiâ Augustanâ* dignissimus.

109. *Ejus obitus.* Intempestivâ morte sublatus est Eminentissimus Cardinalis *Ludovicus Madrucius* 1600. die 20. Aprilis magno virorum literatorum luctu, cùm constitutus esset *Præses* Congregationum de auxilijs Divinæ gratiæ, & pro veritate *prædeterminationis physicæ* stetisset Judex inexpugnabilis, huiatis sententiæ protector & propugnator constantissimus. Vid. *Hiacynthus Serri in appendice Historiæ Congregationum n. 8. fol. 87. & seq. & in Indice, verbo Madrucius.*

Anno 1539. 110. *Eystettensis Episcopus.* *Mauritius de Hutten* in festo S. Catharinæ 1504. natus, Canonicus Augustanus 1530. Princeps promovendæ Religionis zelo (teste omni exceptione majore *Sebastiano* Archiepiscopo *Moguntino*)

vo) mirificè flagrans: ex *Præposito* summi templi Herbipolensis constitutus *Episcopus Eystettensis* 27. Junij 1539. primùm post triennium à *Christophoro à Stadion* Episcopo Augustano 17. Septembris 1542. consecratur.

Præsedit *Mauritius* jussu Imperatoris Caroli V. colloquio inter Catholicos & Sectarios instituto *Ratisbonæ* 1546. Insuper Comitijs Imperialibus interfuit Augustanis 1547. Et Synodo Provinciali *Moguntinæ* 1549. *Mauritij de Hutten* ad Comitia Imperialia proficiscentis Comitatum condecorabant sequentes: 111. *Comitijs interest.*

Georgius à Pappenhaim, *Decanus*. Joannes à Schaumburg, *Custos*. Udalricus Hæltin, Mauritius à Schaumburg, *Canonici*. Tiberius Georgius ab Eyb, *Mareschallus*. Thomas à Pappenhaim. Marcus Christoph à Wetwart. Vitus à Pappenhaim. Georgius Wolfgangus à Leonrod. Christoph Philipp à Wirsperg. Matthæus à Leonrod. Joann à Selaiz. Jodocus Christoph à Luchau. Nicolaus à Liechtenstein. Joann Antonius à Guttenberg. Sixtus Urbanus Kârger. Gothardus ab Horn. Casparus Darver. 112. *Mauritij de Hutten comitatus.*

Georgius Wolfgangus à Schaumberg
Joachim à Seckendorf.
Wolfgangus Fridericus à Wirsperg.
Philippus à Leonrod.
Wolfgangus Ulricus à Knôringen.
Georgius à Künsperg.
} *Ephebi.*

Demum post plurimos in Episcopatu exantlatos labores *Mauritius* eximia pietate, multiplici doctrinâ (*Bucelinus Germaniæ Sacræ p. 1. fol. 17.*) incomparabili morum suavitate ac variarum linguaram cognitione ornatissimus, Regimen magna cum laude absolvit anno 1552. Cui *Valentinus Rothmarus* in Annalibus Ingolstadiensis Academiæ tale monumentum erexit: 113. *Honoratur ab Ingolstadiensibus.*

Vivat in ætherea Præsul dignissimus arce,
Et decus & generis gloria prima sui.
Non pietate minor, quam fascibus ille superbus
Almanijs Princeps, nec minor arte fuit.
Clara viris domus illa Sacris, domus inclyta Musis;
Nobilis ingenijs gens fuit illa bonis.

114. *Et ab Herbipolensibus.* *Herbipolis* sequentibus distichis *Mauritium* honoravit:

Aspice humanæ brevis ut sit linea vitæ,
Ut dubias verset mors inopina vices.
Fata manent quemvis, humili seu stirpe parentum
Sive sit à magnis nobilis Ortus Avis.
Grandia nec prosunt vel pondera divitis auri,
Lecta vel in rubro gemmea Gaza mari.
Omne relinquendum est, cùm venerit horula mortis,
Suave priùs quidquid, vel tibi dulce fuit.
Talia peccati labes ab origine prima,
Noxius hæc meruit præmia lapsus Adæ.
At bene qui vixit, moritur bene, dignus Olympo;
Sanguinis & quanquam corpus inane jacet.
Vis tamen haud animæ cùm corporis interit umbra
Vita sed huic Christus, mors erit ipsa lucrum.
Vive memor lethi quisquis cœlestia curas,
Sic lethi victor gaudia læta feres.

Vixit ann. XLIX. dies II. Obijt VIII. Idus Decemb. anno M. D. LII.

Anno 1541. 1524. 115. *Frisingensis, Wormatiensis, Ultrajectensis, & Mammillensis Episc.*

HENRICUS Dux & Comes Palatinus Rheni, *Philippi* Electoris Filius, *Ludovici* ac *Friderici* optimorum Principum ac Electorum Frater, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus 1523. Canonicus Coloniensis, Præpositus summi templi Argentinensis, Præpositus Aquisgranensis, & Præpositus Elvacensis ab anno 1521. usque ad annum 1552. Fuit Episcopus *Frisingensis*, *Wormatiensis*, *Ultrajectensis*, & *Mammillensis*, apud *Beyerlinck Theatr. vit. hum. tom. 3. fol. 183.* A Serenissimo Fratre suo *Philippo* Comite Palatino, Duce Bavariæ & Episcopo *Frisingensi* in Coadjutorem Episcopatûs *Frisingensis* ascitus, à Summo Pontifice confirmatur die 27. Augusti anno 1540. Possessionem Episcopatûs *Frisingensis* accipit die 5. Octobris anno 1541. Ecclesiam B. V. MARIÆ in cæmeterio *Frisingæ* ædificavit. Diversa & dispersa beneficia Ecclesiæ Cathedrali *Frisingensi* univit: Canonicos *S. Joannis* in Ecclesiam Cathedralem *Frisingensem* transtulit. Porrò jam ante obtentum Episcopatum *Frisingensem Henricus* Dux, &c. assumptus fuit in Coadjutorem

rem *Reinhardi à Riepur* Epiſcopi *Wormatienſis* anno 1523. Suſcepit autem Epiſcopatum *Wormatienſem & Ultrajectenſem* anno 1524. Summo Pontifice utriusque Dioeceſeos dignitatem Epiſcopalem confirmante. Labanti Eccleſiæ pro viribus humeros ſuppoſuit: attamen partim adverſa corporis valetudine, partim graviſſima temporum difficultate defatigatus *Ultrajectenſis* Epiſcopatûs gubernationem *Romano Pontifici*, nec non *Carolo V.* Imperatori reſignans, *Wormatiam* conceſſit, ubi arcem *Dirmſtein*, à ſeditioſis agricolarum cohortibus devaſtatam, ſplendidè reſtauravit: ruſticos fanatico furore tumultuantes compeſcere, Religionem Catholicam à novitia hæreſi labefactatam protegere omni ſolicitudine adlaboravit, donec curarum plusquàm ſatur, maximis pro Eccleſia DEI diſcriminibus animosè perfunctus, mortalitatem unà cum temporalibus curis depoſuit anno 1551. ultimo die Decembris in Lauttenberg, *Wormatiæ* ſepultus. Vid. *Auctarium partis 1. cap. 1. ad annum 1521. à num. 154. uſque ad num. 169.*

OTHO *Truchſeſs de Waldtpurg* Illuſtriſſimis Parentibus Dapifero Hæreditario & Joanna Comitiſsâ de Fürſtenberg, al. Sibylla de Sonnenberg progenitus die 14. Febr. anno 1514. Canonicus Auguſtanus 1525. Præpoſitus Elvacenſis 1553. Præpoſitus S. Andreæ Friſingæ die 23. Auguſti 1558. Ex Canonico Auguſtano, Summi Pontificis Camerario, Nuntio Apoſtolico, & Cantore Spirenſi *Epiſcopus Auguſtanus* die 10. Maij 1543. Inſuper creatur anno 1544. S. R. E. Presbyter *Cardinalis* titulo *S. Balbinæ*: deinceps *S. Mariæ* trans Tiberim; poſtmodùm Epiſcopus *Albanenſis & Sabinienſis*, tandem *Prænestinus.* Obijt *Romæ* die 2. Aprilis 1573. ſepelitur in *Germanorum* Eccleſia de *Anima* nuncupatâ. Refoſſus transvehitur *Romà Dilingam* 1614. Infertur in tumulum apud Patres Societatis JESU ibid. ad aram *S. Hieronymi* die 15. Julij 1646. Vid. *p. 1. cap. 6. claſſ. 4. ſect. 6. fol. 338.* Anno 1544. 116. *Cardinalis.*

EBERHARDUS Nobilis ac *Hirnhaim* J. U. D. Canonicus Auguſtanus 1527. Canonicus Friſingenſis 1541. Officialis ibidem *Friſingæ* Canonicatum *Jacobo à Weſterſtetten* reſignat 1546. Fit Præpoſitus & Archidiaconus Salisburgenſis 1550. *Epiſcopus Eyſtettenſis* 1553. Diem extremum claudit 1560. Cui Rothmariana Muſa in Annalibus Academiæ *Ingolſtadienſis* hoc memnoſynon poſuit. 1553. 117. *Eyſtettenſis Epiſcopus.*

Nunc inter Cœli vitâ meliore penates
Jure ſuo fruitur Princeps, Divûmque potitur

Aspectu, dura humanæ discrimina vitæ
Omnia post superata, æternâ pace repostus.

Reformavit, & in meliorem Ordinem redegit Breviarium *Eystettense.* Editioni præfixum est hoc in gentilitia insignia Epigramma.

Cornua vivacis Domus hæc Hirenhaimia cervi,
Inclyta virtutum præmia ferre solet.
Candidus hæc ambit color, exornata recumbunt
In galea pariter cornua fulva feræ.
Hæc ab Avis Eberharde tuis insignia cœpta,
Ornâsti titulis, Pontificisque gradu.
Cornigeri útque solent per secula vivere cervi,
Sic Eberharde tibi vita perennis eat.

Huic *Eberhardo* muneri misit S. R. E. Cardinalis & Episcopus Augustanus *Otho speculum Præsulis*, à R. P. *Claudio Jaio* uno ex decem primis Societatis JESU Patribus collectum, cum hoc suo chirographo, & Auctoris Encomio.

Speculum Præsulis collectum à Reverendo & Sancto Viro Claudio Jaio Societatis JESU, & mihi donatum pro Xenio primâ Januarij M. D. XLV. Hujus Speculi præsentem copiam transmitto Reverendissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Eberhardo, Episcopo Eystettensi, Domino & Fratri meo Observandissimo.

Otho Cardinalis Augustanus & Elwacensis.

Ex Gretsero in Catalogo Episcoporum Eystettensium fol. 531

Anno 1555. 118. *Lavantinus Episcopus.* MARTINUS HERCULES *Röttinger* J. U. D. Canonicus Augustanus 1552. & Brixinensis Canonicus 1552. *Episcopus Lavantinus* 1555. Doctrinâ insignis & industriâ, ut negotijs feliciter conficiendis natum possis dicere, inquit *Fridericus Staphylus*, in *Caroli V.* Imperatoris exequijs à *Ferdinando* I. anno 1559. *Augustæ* celebratis: quas suâ Præsentiâ *Martinus Hercules* Episcopus condecoravit. Anno 1562. Mense Aprili à *Joanne Jacobo* Archiepiscopo Salisburgensi *Martinus Hercules Röttinger* unà cum *Feliciano Ninguarda* Ord S. Dominici, & *Joanne Baptista Fickler* J. U. D. Secretario missus est ad *Concilium Tridentinum*, atque, cùm die 4. Junij Sessio 20. celebraretur, simul cum *Gallorum & Helvetiorum* mandatis ad sua mandata proferenda fuit admissus. Obijt 1570.

FRI-

FRIDERICUS à *Wirsberg* Canonicus Elvacenſis 1519. Capitularis ibidem 1525. Canonicus Auguſtanus 1538. Canonicus Herbipolenſis, & ibidem poſt interfectum *Melchiorem Zobell* Antiſtitem præſtantiſſimum in Epiſcopatu Succeſſor anno 1558. Gymnaſium *Herbipolenſe* condidit: ſuam Urbem direptam die 2. Octob. 1563. vidit, atque 1573. Pontifex longè prudentiſſimus ac meritiſſimus obijt atque Anteceſſori ſuo nefariè intetempto hoc epitaphium ante ſuum obitum poni curavit.

Anno 1558. 119. *Herbipolenſis Epiſcopus.*

Deo Immortal. Sac.

120. *Melchioris Zobell epitaphium.*

Et virtuti ac memoriæ Clementiſſ. Principis Melchioris ex antiqua Zobelliorum gente Reverendiſſimi hujus Eccleſiæ Præſulis ſexageſimi, qui adoleſcentiâ multis, magniſque in negotijs actâ, cùm proximum ab eo, qui primus eſt in ampliſſimo Collegio dignitatis gradum adeptus eſſet, unanimi deinde ampliſſimi Senatûs conſenſu caput Eccleſiæ VVürzburg. inclytæque Oſtofranciæ Dux factus, magnâ laude, ſummo erga ſuos ſtudio, ſummâ voluntate, egregiâ fide, ſingulari pietate, juſtitiâ, temperantiâ annis octo Rempubl. adminiſtravit. Idem Marchio deinde bello ſæviſſimo, tentatis ſæpè fruſtra conditionibus, extrema perpeti, quàm ſuos in hoſtium poteſtatem venire maluit. Ideóque ſumptus incredibiles maxima pericula, damna, direptiones, incendia, omniáque hoſtilia fortiter in tertium uſque annum ſuſtinendo, tandem prælio ac periculo vitæ, ter hoſtibus in fugam actis, patriam à crudeliſſima ſervitute liberavit. Pacem ac tranquillitatem ſubditis ſuis Deo adjuvante reſtituit, totique Imperio factum ſuum comprobavit. Sed ô fallacem hominum ſpem! fragilémque fortunam! quadriennio poſt, pace jam compoſita anno D. LVIII. ſupra Milleſimum XVII. Kalendas Maij à XV. conjuratis, illius belli reliquijs, in prooppido inſidiantibus, ex urbe in arcem aſcenſurus, globo per papillam ſiniſtram nefariè trajectus, unà cum duobus Nobilibus Aulicis ſuis præſtrenuis Juvenibus VV. Carolo à VVencheine & Jacobo Fuchs pro patria, quam conſervârat, mortem in Chriſto felicem, nobis autem prrluctuoſam, Princeps opt. glorioſè oppetijt: cùm annos XIII. Menſes VIII. dies V. præfuiſſet. Reverendiſſimus & Ampliſſimus Princeps Fri-

dericus à VVirsberg Episcopus ac Franciæ Dux Successor, & in ejus morte decoranda studiosissimus

H. M. P. C.

Anno 1560. MARTINUS de *Schaumberg* Canonicus Augustanus 1539.
Grammaticis præceptis & politiori litteraturâ probè in *Germania*
121. tinctus, *Bononiæ* in *Italia* severioribus disciplinis instructus, Au-
Eystettensis Episcopus. lam Eminentiss. Cardinalis *Othonis Truchsesii Episcopi Augustani* secutus, *Romam* movit, *Româ Eystadium* redijt, eâ morum & motuum mitigatione, ut brevì in Ecclesiæ Cathedralis *Eystettensis Decanum* eveheretur, ex *Decano Episcopus*, & S. R. I. Princeps crearetur die 17. Julij anno 1560. Novo in honore sic se gessit Pontifex ut cunctorum amorem & applausum mereretur.

122. Primus *Germaniæ* Episcopus in sua urbe Seminarium ad *Con-*
Seminarium erigit. *cilij Tridentini* præscriptum instituit, & in excolendis Clericorum ingenijs ad tuendam fidem orthodoxam contra heterodoxos omnem industriam collocavit.

123. Peste civitatem funestante, fædóque populatu depascente, im-
Pestis tempore vigilantissimus. motus stetit: vivâ charitatis voce, consiliô & exemplô afflictos adjuvit; prudenti judiciô pericula subijt, nec Princeps temerarius, nec Episcopus mercenarius, sed suarum sibi concreditarum ovium *Pastor* vigilantissimus.

124. Demum post præclara 30. annorum gesta ex 14. hebdomada-
Piè moritur. rum languore potiùs quàm morbô fatali lecto affixus, Christianis sacris ritè præmunitus, vultu constanti & intrepido mortem excipiens, sui discessûs horæ augur, terras reliquit, in die octava Corporis Christi horâ decimâ 1590. Vid. oratio *Roberti Turneri* Collegij Wilbaldini Professoris & Præsidis apud Gretserum *Catalog. Episcop. Eystettensium fol.* 532. *& seqq.*

1563. VITUS de *Franenberg* in Poxau Canonicus Frisingensis 1536.
125. Præpositus 1553. Canonicus Augustanus 1547. Canonicus Salis-
Ratisbonensis Episcopus. burgensis 1554. Canonicus Ratisbonensis, Præpositus Passaviensis 1561. *Episcopus Ratisbonensis* electus 4. Kalendas Januarij 1563. ob nova Decreta Episcopales electiones concernentia, à *Concilio Tridentino* novissimè edita, primùm consecratur *Salisburgi* à *Joanne Jacobo* Archiepiscopo Salisburgensi III. Nonas Novembris Anno
126 M. D LXIV.

Usus calicis laico populo permittitur. Anno 1565. Mense Januario *Vitus* Episcopus interfuit Synodo Metropolitanæ *Salisburgensi*: ubi usus calicis *Laico populo*, ex per-

permissione summi Pontificis, in cujus arbitrium *Tridentinum Concilium* hoc posuerat, fuit concessus. Unde *Vitus* Episcopus *Salisburgô Ratisbonam* redux, modum administrandi calicem *Laico populo* secum attulit, atque à suis per Dioecesin Parochis Sacramentum Evcharistiæ sub utraque specie *Laico populo* petenti conferri posse certis sub conditionibus indulsit; nimirùm, si *Laici* prævia confessione: sub Missa, à Catholico Sacerdote juxta ritum Romanæ Ecclesiæ celebratâ: cum certa fide, communionem quoque illam usitatam sub una specie sanctam esse, & Divino Mandato non repugnantem, & Sacramentum *Evcharistiæ* sub utraque specie essent petituri. Prædictis conditionibus subsistentibus, licitè *Laicis* utramque *S. Evcharistiæ* speciem administrari, *Vitus* Episcopus per totam suam Dioecesin promulgari jussit.

In quibusdam quidem locis hic modus *Laicos* communicandi ceptus est, partim, ut Laici in fide orthodoxa vacillantes consolidarentur, partim, ut oviculæ jam errantes ad ovile *Christi* reducerentur. Verùm, cùm dispensatio dispensandi *Laicis* communionem sub utraque specie suo desiderato successu & exoptato fructu frustraretur; idcircò indultum seu licentia hæc per totam *Bavariam* fuit abrogata, & vetus Ecclesiæ Catholicæ consuetudo unius speciei confirmata, sublato calicis usu, *Laicis* aliquamdiu permissô. 127. *Iterum interdicitur.*

Annæ 1566. Mense Martio *Vitus* Episcopus interfuit *Augustæ* Comitijs Imperialibus. Sed ex his reversus per integram æstatem in arce præalta præruptáque *Wörth* commoratus, fontem rari sumptuosi, sed perutilis & pernecessarij operis effodit: sub hyemem verò febri correptus, à morte rapitur ad æternitatem 21. Januarij Anno 1567. Funus *Ratisbonam* allatum inhumatur in Cathedrali Ecclesia secus altare *D. Andreæ* ad latus sui Antecessoris *Georgij Mareschalli* à *Pappenheim*. 128. *Vitus Episc. moritur.*

CHRISTOPHORUS de *Freyberg* Canonicus Elvacensis 1531. Nec non ibidem Præpositus 1573. die 8. Martij. Canonicus Augustanus 1538. Decanus ibid. 1557. De quo in Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ peristylio sub epitaphio *Philippi de Rechberg in* I. *p. cap.* 9. *num.* 50. adducto, sequens exstat epitaphium. Anno 1573. 129 *Elvacensis Præpos.*

Reverendus ac Nobilis Dominus, Dominus Christophorus de Freyberg & Eisenberg, ejusdem Ecclesiæ XVI. annis Decanus tum Superiori (id est *Philippo de Rechberg* æquè Cathedralis Augustanæ Decano) *gratitudinis ergò, tum sibi vivus hoc* **M. P.**

M. P.

Hic postmodùm anno Domini M. D. LXXIII. Præpositus ac Dominus in Ellwangen factus anno M. D. LXXXIV. XII. Martij, ibidem mortuus ac sepultus ætatis suæ LXXI. Cujus anima R. in pace.

Anno 1577. 130. *Coloniensis Archiepisc.* GEBHARDUS Truchsess *Baro à Waldburg Othonis* Cardinalis & Episcopi Augustani Nepos ex Fratre, Canonicus Augustanus 1562. Præpositus 1576. Cathedralis Ecclesiæ Argentoratensis Decanus & Cathedralis Ecclesiæ Coloniensis Canonicus. Adolescens litterarum cupidus, animum liberalibus artibus & peregrinis linguis in celebrioribus Gymnasiis & Academijs excoluit. *Lovanij* Philosophiâ imbutus, *Romam* concessit, ibidem bene studuit & probè vixit. Ex *Italia* in *Germaniam* reversus, *Canonicorum Augustanorum* sese albo conjunxit, & *Coloniæ* summi templi *Canonicis* connumeratus, tanta virtutis præbuit argumenta, ut *Friderico Salentino* Archiepiscopatum *Coloniensem* sponte resignanti à potiore Capitularium parte, trimestre supra trigesimum ætatis annum agens, in Archiepiscopali dignitate, præ *Ernesto* Ducis Bavariæ *Alberti* Filio potente Candidato, fuerit suffectus pridie S. Nicolai anno 1577.

Ob Neo-electi *Archiepiscopi* omnigenam litterarum eruditionem, linguarum peritiam, singularem animi modestiam & probitatem, omnes pij sibi de illo optima quæque pollicebantur. At NB. cunctos sua fefellit opinio: quippe *Agnetis Mansfeldiæ* Comitissæ amore captus, ac die 4. Januarij 1583. ei connubio junctus, tanquam hæreticus excommunicatus, dignitate Archiepiscopali exuitur mense Aprili 1583.

1566. 131. *Episcopus Adramyttenus.* SEBASTIANUS *Breüning* SS. Theologiæ Doctor, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus & Cellarius, Proëpiscopus Augustanus, & *Episcopus Adramyttenus* anno 1586. Vid. *p. 1. cap. 7. class. 2. fol. 506. & seq.*

1590. 132. *Eystettensis Episcopus electus.* JOANNES OTTO à *Gemmingen* Canonicus Augustanus 1562. Et ibidem Decanus 1580. Episcopus Eystettensis electus 1590. Sed recusato Episcopatu Eystettensi demum munus Episcopale Augustanum piè coactus subijt die 21. Martij 1591. Dilingæ consecratus die 25. Augusti, eodem anno. Obijt die 6. Octobris 1598. Vid. *p. 1. cap. 6. class. 4. fol. 379.*

CLASSIS III.

Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum ad Ecclesiasticas Dignitates exteras evectorum ab anno 1595. usque ad annum 1708.

JOANNES CONRADUS à *Gemmingen Joannis Othonis* Episcopi Augustani Frater Germanus, Canonicus Elvacensis 1578. Resignat Canonicatum Elvacensem 1600. Canonicus Augustanus 1579. Decanus hîc loci anno 1591. Primus *Augustæ* præsentias seu distributiones quotidianas in summo choro auxit. Anno 1593. Die 18. Novemb. *Casparo* à *Seckendorff* Episcopo *Eystettensi* Coadjutor à Reverendissimo Capitulo adjunctus, defuncto altè fato *Casparo* successit in Episcopatu Eystettensi anno 1595. Princeps non tantùm in gravioribus, sed etiam in politioribus disciplinis apprimè versatus: neque *Latinæ* tantùm, sed & *Italicæ* & *Gallicæ* linguæ peritus. Optimus Oeconomus, qui exemplo suo docuit, quantum vectigal sit parsimonia, & attentio ad rem: tametsi parsimonia hæc non erat cymini sectrix; nam, quando, & ubi opus erat, liberalitatis suæ fontes largiter aperiebat, & quotidianus victus procul ab omni tenacitatis sorde aberat. Hisce verbis *Gretserus in Catalog. Episcop. Eystett. fol. 546.* descripsit *Joannem Conradum* Eystettensem Episcopum. Ejus vitæ compendium comprehendit sequens epitaphium à suo Successore *Joanne Christophoro de Westerstetten* positum. Anno 1595. 133. *Eystettensis Episcopus.*

Joannes Conradus à Gemmingen Episcopus Aichstadianus, summa Religionis, Justitiæ, Prudentiæ, Gloriâ, Sacrario, in quo hierotheca gemmis insignis eminet, splendidè auctô & exornatô, grandi ære alieno per superiorum temporum difficultates contractô, dissolutô, ditione prolatatâ, Arcis VVilibaldinæ ædificiô, magnâ impensâ inchoatô, aurô longâ parsimoniâ collectô, in ærarium illatô, optimè de Ecclesia & tota Diœcesi meritus vixit annis LI. sedit XIX. Obijt anno Christi M. DC. XII. VII. Idus Novemb. Joannes Christophorus à VVesterstetten Episcopus Aichstadianus Decessoris memoriæ grato animo P. 134. *Joan. Conradi epitaphium.*

Anno 1612. 135. *Eystettensis Episcopus.* JOANNES CHRISTOPHORUS de *Westerstetten* Canonicus Augustanus 1600. Canonicus Elvacensis 1575. Ibidem Decanus die 14. Junij 1601. solùm 35. diebus, & factus *Præpositus* die 12. Aprilis 1602. Resignavit Præposituram die 8. Martij 1613. Fuit etiam Canonicus, & per decennium *Decanus* Cathedralis Ecclesiæ Eystettensis; denique ex *Præposito* Elvacensi invitus, ac diu reluctans, unanimibus votis creatus *Episcopus Eystettensis* die 4. Decembris 1612.

136. *Joannis Christophori Ortus & Progressus.* Princeps ad omnia summa examussim natus: ob naturæ animique dotes Summo *Eystettensi* fastigio par & aptissimus. Vix nascens virtutis manibus exceptus, virtutis sinu gestatus, virtutis lacte nutritus, virtutis legibus imbutus, virtutis documentis eruditus, in ipso ætatis *Vere* florem unà uberrimum fructibus *Autumnum* exhibuit. Canonicorum numero adscriptus, honestate, pietate, ac morum maturitate adeò excelluit, ut eum annum 27. ætatis agentem Reverendissimi DD. Canonici *Eystettenses* suæ Ecclesiæ Cathedralis *Decanatui* præficere non dubitaverint. Ex decennali *Decanatu Eystettensi* anno 1613. ad *Præpositura* Elvacensis dignitatem evocatus, atque post laudabilissimam per undecim penè annos hujus *Præpositura* administrationem, ad thronum Episcopalem *Eystettensem* elevatus, altum nunquam sapuit, uni gloriæ DEI & animarum saluti intentus.

137. *Societatem Jesu introducit Eystadium.* Societatem JESU *Eystadium* introduxit: pro ea è fundamentis templum suis sumptibus eduxit, ídque die 30. Augusti 1620. præsentibus *Herbipolensi*, *Bambergensi*, *Augustano* Episcopis, &c. &c. magna cum solennitate sacris initiavit. Insuper Collegium *Wilibaldinum* erexit: RR. PP. Societatis JESU illud pro sede attribuit, ab ijsdem RR. Patribus anno 1626. inhabitatum.

138. *Fundat Capucinorum Monasteriū.* Fundator Monasterij *Eystettensis* RR. Patrum *Capucinorum*, primum ejus lapidem die 3. Maij 1623. posuit, nec non Ecclesiam & altare majus in honorem S. Crucis, ac altare minus in honorem SS. Resurrectionis *Christi*, die 11. Octobris 1625. dedicavit.

139. *Rem Christianam propagat.* Exterminatis illiteratis, litteras & litteratos fovit, protexit, gradatim ad honores evexit: nec non rem Christianam & orthodoxam auctis sacris Curionibus, erectis novis beneficijs, institutis publicis exercitijs, permagnâ curâ & labore propagavit.

140. *Alios ore & exemplo ad pietatem* [illegible]*nat.* Amorem Divinum ipsemet in alijs plantare ore & exemplo operosè studuit: in majori Congregatione gravissimis verbis & oratione publicâ ad honestè vivendum animos audientium excitavit:

munia

munia virtutis publica vel per ſemetipſum obijt, vel efflictim frequentavit; infirmitate autem corporis impeditus, ad hujuscemodi munia ſellâ geſtari voluit.

Quam grata ſibi eſſent *Joannis Chriſtophori* exercitia, unâ vice luculenter cœlum ipſum demonſtravit: cum enim intenſiſſimis doloribus afflictus, omniáque humana remedia fruſtra expertus, ad Divina confugiſſet, ac Sanctis *Tutelaribus Eyſtettenſibus* ſalutem ſuam humanitùs deſperatam impensè comendâſſet, *S. Wilibaldus* Epiſcopus ſpectabili formâ ſe ægro præſentavit, atque cum morte luctanti valetudinem unico attactu reſtituit, omni malignitate corporis abſtersâ. 141. *S. Wilibaldus ægrotum ſanat.*

Non ſolùm *Joannes Chriſtophorus* ad propagandam Religionem incubuit, ſed etiam eidem tutandæ vindicis juſtitiæ gladium ſtrinxit: ſagas, aliáque devota orco capita ſuis ſtygijs artibus fruges, beſtias, homines infeſtantia, ferri, reſtis, vel ignis ſupplicio è vivis ſuſtulit. 142. *Juſtitiam adminiſtrat.*

Verùm zeloſiſſimus Princeps poſtquàm exterminandis vitijs & plantandis virtutibus totum ſe impenderat, atque Arcis Wilibaldinæ ædificium à ſuo Anteceſſore ceptum magnis ſumptibus perfecerat, *Suecorum* Rege *Guſtavo* in *Franconiam* irrumpente, *Eyſtadium* ſuámque Eyſtettenſem Diœceſin hoſtium direptioni atque devaſtationi relinquere coactus, in vicinam urbem *Ingolſtadienſem* ſe recepit; ubi milite interim Suecio ſæviente commoratus; dehinc ex exilio domum redux, omnia direpta, devaſtata, & exuſta invenit, oculísque madidis conſpexit. Subditorum quoque ſuorum paulò pòſt peſte ſublatorum miſerijs indolens, quamvis *non ſine teſte dolens.* 143. *Vitia exterminat & Arcem adificat.* 144. *Diœceſin devaſtatam conſpicit.*

Attamen his aliíſque mille calamitatibus optimus Princeps minimè victus, viribus autem & ſenio confectus, anno ætatis ſeptuageſimo ſecundo de *Coadjutore* ſibi providit, eíque die 20. Octobris 1636. à Reverendiſſimis DD. Canonicis *Eyſtettenſibus* electo (erat is *Marquardus Schenck* de Caſtell Decanus Eyſtettenſis) temporalem Epiſcopatûs adminiſtrationem commiſit, Eccleſiaſticâ adminiſtratione uſque ad ultimum vitæ halitum ſibi reſervatâ. 145. *Coadjutorem aſciſcit.*

Denique ſuam ſenectutem letho vicinam advertens, adventantem mortem hilari animo excepit, ſacríſque omnibus ſanctè munitus, cum in extrema vitæ linea linguæ uſu deſtitueretur, Reverendiſſimis DD. Canonicis infirmum inviſentibus, arreptâ *Crucifixi* imagine, benedixit, mundóque valedixit, ac ſicut pijſſimè perpetim vixit, ſic pijſſimè è vita deceſſit die 28. Julij manè circa horam ſeptimam anno 1637. in Cathedralis Eccleſiæ choro 146. *E vita pijſſimè decedit.*

 ad

ad cornu Evangelij juxta suum Antecessorem *Gabrielem ab Eyb* Episcopum sepultus, nec non sequenti epitaphio honoratus:

147. *Epitaphium Joannis Christophori.*

Joannes Christophorus è perantiqua stirpe nobilium de VVesterstetten, Cathedralis hîc Ecclesiæ primùm Decanus, pòst, aliquot annis Præpositus ac Dominus Elvacensis. Electus in Episcopum Eystettensem anno 1612. die 4. Decembris, laudatissimè præfuit per annos 24. & menses 8. plenúsque dierum sanctè obijt anno 1637. die 28. Julij. cùm vitam virtutibus & annis implevisset septuagenario major. Religione in DEUM, morum innocentiâ, & candore, Pastorali solicitudine, inter tot turbines afflictissimorum temporum constans, & invictus fuit. Ecclesiasticam in Clero disciplinam acuratè servare curavit. Ritum Romanum in Officijs Divinis celebrandis in Cathedralem Ecclesiam ac suam Diœcesin primus introduxit. Templum atque Collegium Religiosorum Societatis JESU, uti & PP. Capucinorum à fundamentis erexit: scholas publicas in meliorem formam restitutas instituendæ juventuti aperuit: multas per Diœcesin sacras Ædes vel restauravit, vel de novo excitavit; grassantem veneficij luem pessundare, rémque Christianam contra S. R. I. hostes juvare maximis sumptibus non destitit. Demùm de tota Diœcesi præclarè meritus spirantia totius virtutis exempla reliquit universis, exactus sui cultor Symboli:

Anno 1612.

Candidè & Fortiter.

Sit anima illius in benedictione!

148. *Salisburgensis Archiep.*

MARCUS SITTICUS *Comes ab Hochenembs*, ex Hortensia *S. Caroli Borromæi* Sorore Nepos, Canonicus *Augustanus* 1605. Præpositus *Constantiensis*, & *Archiepiscopus Salisburgensis* 1612. Princeps magnæ eloquentiæ, Litterarum & Litteratorum Amator, & Promotor, Religionis Orthodoxæ Conservator & Propagator, magnificorum ædificiorum Conditor & Restaurator. Condidit Ecclesiam D. *Marci*, vicinæ rupis lapsu 1669. eversam. Exstruxit S. Ædem *Corporis Christi* anno 1619. consecratam, nec non Capellam in Templo Parochiali apud PP. *Franciscanos S. Carolo Borromæo* Avunculo suo sacratam, huic Sancto, uti sanguine propior, ita meritò addictior. Excoluit viridarium (Hellbrun) amœnissimum, ambulacris umbrosis distinctum; vernalibus Floræ & autumnalibus *Pomonæ* delicijs copiosissimum, lapidarijs, pictorijs, hydraulicis artifi-

149. *S. Marci Ecclesiam & SS. Corporis Christi exstruxit.*

150. *Capellam S. Caroli Borromæi erexit.*

151. *Viridarium excoluit.*

artificijs rarissimum, atque ad capiendas honestissimæ voluptatis illecebras accomodatissimum, tota viridarij areâ, murô inclusâ, in suo ambitu spatium integri milliaris Italici complectente.

Beatissimæ *Virginis Thaumaturgæ* in *Helvetia* ædiculam nigro & pretioso marmore vestitam, elegantibus quoque è candido marmore statuis exornavit. 152. *B.V. M. Capellam in Helvetia exornavit.*

SS. Ruperti & *Virgilij* ossa in Archiepiscopali palatio recondita, ad publicum cultum sub altari summo Parochialis Ecclesiæ apud *PP. Franciscanos* reposuit: Eorundem sacros natales Sancti quidem *Ruperti* in tota Provincia: Sancti verò *Virgilij* intra urbis parietes festivos esse jussit. 153. *SS. Rupertum & Virgilium honoravit.*

Collegium PP. *Benedictinorum* unà cum Gymnasio, postmodùm in Universitarem accrescente, sub Auspicijs *S. Caroli Borromæi* instituit. 154. *Collegium Benedictinorum instituit.*

Magnificentissimæ summi templi jactis novis fundamentis fabricæ manum admovit, sed principalibus solùm muris ad tectum perductis, à Superis quiescere jussus ad requiem æternam vocatur anno sui Regiminis VIII. Corpus in memorata *S. Caroli* Capella depositum, absolutâ templi structurâ, in Chori medio ibidem sepulturæ locum obtinuit cum his epitaphijs: 155. *Templum Cathedrale ædificare cœpit.*

I. EPITAPHIUM.

156. *Marci Sittici epitaph. I.*

Paucis te moror,
Perlege Viator,
In tumba brevi non licet mihi esse longum.
Huc Ego,
Marcus Sitticus
Ex Comit. ab Hochenembs Archiepiscopus &
Princeps Salisburgensis
Ossa & pellem meam condidi.
Cor est apud S. Carolum Borromæum Avunculum meum.
Quam domum nunc habito, Divis Tutelaribus
Patriæ SS. Ruperto &
Virgilio cœpi:
Vix ad tecta venio, & ad fundamentum redire
compellor.

Mors imperat.
Quid mirum? Patroni Patriæ in nova æde
Exspectabant Sedis Apostolicæ Legatum.
Nunc abi, & disce mori.

Porro mônumentum marmoreum cum viva *Marci Sittici* effigie ad latus Evangelij hac subscriptione notatum visitur:

II. EPITAPHIUM.

157. *Epitaph. II.*

Marco Sittico ex Comitibus ab Hochenembs,
Archiepiscopo & Principi Salisburgensi,
Sedis Apostolicæ Legato,
Hæresum Profligatori,
Hujus templi à fundamentis prope ad tecta usque
Conditori,
Aliarúmque Ecclesiarum
Restauratori,
Patrono, Litterarum Mecænati, Pauperum perfugio;
Antecessori suo de Ecclesia, de Republica &
Litteris, de omnibus optimè merito
Paris ex Comitibus de Lodron Successor Archiepiscop.
posuit.
Fatis functo, Cœlóque recepto M. DC. XIX. VIII. Octob.
Postquàm rebus præfuit
An. VII. Mens. V. Dieb. XXI.

POëta Salisburgensis *Marci Sittici* epitomen vitæ his expressit versibus:

158. *Vitæ epitome.*

A fundamentis absumptas erigis ædes
Divis Ruperto Virgilióque sacras.
Gymnasium instituis, teneram formásque Juventam
Egregijs studijs, & probitate pari.

Pesti-

Pestiferam sectam penitùs proscribis ab agris,
Doctrinæque novæ nullus in urbe locus.
Delicias animo curarum mole gravato
Præbes, perspicuo fonte ubi manat aqua.
Sed brevis hora tui Imperij, cùm transiit æstas
Septima, conscendis sidera, sordet humus.

PETRUS *Wall* Dilinganus SS. Theologiæ Doctor, Reverendissimi Episcopi Augustani Consiliarius & Pœnitentiarius: *S. Gertrudis & S. Mauritij* Canonicus anno 1615. hujus insignis Collegiatæ Ecclesiæ Decanus anno 1619. Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus anno 1624. Proëpiscopus Augustanus & *Episcopus Adramyttenus* anno 1618. Vid. *p. 1. class. 2. cap. 7. ad annum 1618. fol. 507.* Anno 1618. 159. *Episcopus Adramytenus.*

LEONARDUS *Götz* Suevus J. U. D. Canonicus Augustanus anno 1617. antè uxoratus *Ferdinandi* II. Imperatoris Cancellarius & intimus Consiliarius, *Episcopus Lavantinus* 1619. Lutheranorum *Clagenfurti* Reformator, maximis meritis clarissimus ad superos abijt 1640. 1619. 160. *Lavantinus Episcopus.*

SIXTUS WERNERUS *Vogt de Sumerau* à *Prasberg*, Canonicus Augustanus 1588. Canonicus Salisburgensis anno 1617. usque 1626. Decanus & deinceps *Episcopus Constantiensis* 1626. Verùm pastorale pedum, quod fortuna contulit, confestim rapuit. Quippe *Sixtus Wernerus* anno non integro *Episcopatum Constantiensem* tenuit, mox rupto repentè vitæ filo, morte intempestivâ defungitur & in Sacello SS. *Trinitatis* Creatæ JESU, MARIÆ, JOSEPHI *Constantiæ* sepelitur. Augustæ Sacellum *S. Barbaræ* unà cum sua Curia magnis impensis instauravit anno 1610. 1626. 161. *Constantiensis Episc.*

SEBASTIANUS II. *Müllerus* SS. Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicus anno 1632. Præpositus S. Gertrudis 1639. Proëpiscopus Augustanus & *Episcopus Adramyttenus* 1631. Vid. *p. 1. cap. 7. class. 2. fol. 509.* 1631. 162. *Episcopus Adramytenus.*

FRANCISCUS JOANNES à *Prasberg* cognomento *Vogt de Summerau, Sixti Werneri* Episcopi Constantiensis Nepos ex Fratre, Canonicus Augustanus 1636. electus ex Suffraganeo *Episcopus Constantiensis* 1645. Princeps examussim optimus, antiquæ fidei, pacis ac Religionis amans, modico apparatu & exiguâ pompâ utens: Diœcesin suam bellicis calamitatibus pessundatam 1645. 163. *Constantiensis Episc.*

datam restauravit, restauratam conservavit, atque ornavit. Merita ejus in Cæsarem ac Imperium, stellæ, montes, Coronæ, Aquilæ, & reliqua nova suis insignibus addita decora, sine verbis loquuntur, præclaram autem totius vitæ periodum huiatis epitaphij encomia testantur:

164. *Ejus Epitaphium.*

Viator siste,
Hac te præivit
Reverendissimus & Celsissimus S. R.I. Princeps
Dominus, Dominus Franciscus Joannnes Episcopus
Constantiensis, Dominus Augiæ majoris &
Oeningæ, &c. &c. L. B. à Prasberg.
Cui stemma nobilitatem dedit,
Virtus Principatum,
Utrumque digno.
Vixit annos ultra 77.
In Sacerdotio DEO 54.
In Episcopatu Diœcesi 47.
In Principatu Subditis 44.
Constanti famâ
Optimè.
Magnus Benefactor
In hanc summam ædem,
& præsertim
In Sacellum SS. Triados creatæ
JESU MARIÆ JOSEPH.
Beneficia insignia semper contulit,
Donec seipsum daret.
Itaque plenus dierum
Et magis meritorum
Hîc quiescit.
Postquàm vitæ periodum,
Quam anno 1611. incepit,
Pijssimè Anno 1689. 7. Martij absolvit.

In

Te docens
In morte moriendi necessitatem,
In vita vivendi exemplum,
Sequere in utroque Ducem.

Anno 1646 165. *Gurcensis & Tridentinus Episcopus.*

SIGISMUNDUS FRANCISCUS *Archidux Austriæ*, Canonicus Augustanus 1639. Episcopus *Gurcensis*, *Tridentinus* & *Augustanus* 1646. Vid. *p. 1. cap. 6. claß. 4. sect. 11. fol. 40.* & *seqq.*

1651. 166. *Alminiensis Episcopus.*

SEBASTIANUS *Denich* Ingolstadij natus 1596. *Bononiæ* in Italia SS. Theologiæ Doctoratu insignitus, *Romæ* Protonotarius Apostolicus creatus, & Sacerdotio initiatus, in *S. Petri* Principis Apostolorum Basilica primam DEO hostiam obtulit 1621. Cathedralium Ecclesiarum *Constantiensis* & *Ratisbonensis* Canonicatum die 31. Martij 1622. nec non Cathedralis Ecclesiæ *Augustanæ* Canonicatum obtinuit 1627. *Ratisbonæ* primùm *Decanus* Kalendis Septembris 1630. Deìn Consistorij *Præses & Vicarius Generalis* in Spiritualibus 1649. Demum Serenissimi Electoris *Bavariæ* Consiliarius intimus atque Episcopus *Alminiensis* (Almissæ sub Turcis ac Archi-Episcopatu Spalatensi) unà in Pontificalibus Suffraganeus Ratisbonensis renuntiatus 1651.

167. *Ejus encomium & mors.*

Vir potens opere & sermone in negotijs tam in *Germania*, quàm *Italia* tractandis exercitatus & experientissimus: ob insignia naturæ talenta & doctrinam eximiam Principibus cùm Ecclesiasticis tum Sæcularibus summo in pretio & usu. Arduis pro Ecclesia Ratisbonensi laboribus ad 39. annos perfunctus, tandem quietis appetens se *Augustam* contulit 1661. *Augustæ* ab alienis curis ùt plurimùm liber, sibi reliquo vitæ decennio unicè intentus, senectute ac morbis consumptus, postquàm Collegium *Ingolstadianum* omnium amplissimarum facultatum suarum pro studiosis Societatis JESU alendis in universalem hæredem instituit, Divinis Mysterijs ritè procuratus, inter præclarissima virtutum exempla quinquagenarius Sacerdos, Ecclesiæ Cathedralis Ratisbonensis Senior, *Augustæ* expiravit die 6. Decembris anno 1671. Corpus exanime ex testatoris voluntate tumbæ inclusum, & currui atrato impositum, obscurâ nocte, sine funebri pompa, ad *S. Salvatoris* Ecclesiam *Augustæ* advectum, in destinato PP. S. J. hypogeo fuit repositum, indictis per universam Societatem pro anima defuncti consuetis sacris.

1654. 168. *Præpositus Elvacensis.*

JOANNES RUDOLPHUS L. B. à *Rechberg* de Hochen Rechberg, Canonicus Elvacensis 1623. Canonicus Eystet-

tensis 1628. die 16. Maij. Decanus ibid. 1638. die 3. Februarij Cathedralis Augustanæ Canonicus 1631. Ejusdem Episcopatûs Administrator 1646. Præpositus ibidem à quindecim solummodò DD. Canonicis præsentibus electus die 26. Januarij 1649. Præpositus ac Dominus Elvacensis die 21. Aprilis 1654. mortis victima die 6. Aprilis 1660. ætatis 50.

169. *Vita ejus epitome.* Princeps prudentiâ, eruditione, rerum gerendarum dexteritate, formæ morúmque elegantiâ ac mirifico omnium virtutum contextu conspicuus, variarum nationum mores expertus, Serenissimi *Alberti* Ducis *Bavariæ* Filiorum *Maximiliani Henrici* Archi-Episcopi & Electoris Coloniensis, nec non *Alberti Sigismundi* Episcopi *Frisingensis & Ratisbonensis*, &c. olim Moderator solertissimus: à Summis Pontificibus, Cardinalibus, Catholicis & Lutheranis, Gallis & Suecis, Summis & imis honoratus: in multis litibus arbiter expetitus: Diœcesis Augustanæ Administrator sagacissimus.

170. *Aram exstruxit.* In Ecclesiam Cathedralem Augustanam munificus, altare SS. Triadem increatam repræsentans (ad beneficium SS. Trinitatis spectans) Anno 1659. erexit. Elvaci Patres Societatis JESU
171. *PP. S. J. in urbem induxit.* ex Arce in urbem deduxit: habitationem stabilem in urbe assignavit: scholas in sex classes divisas aperuit: sui territorij *Elvacensis* incolas, à *Marte Suecico* fugatos, fugitivos in patriam pro viribus
172. *Cives fugatos reduxit.* reduxit: & auxiliares manus paupertate oppressis porrexit: sacras & profanas ædes vel bellorum rabie devastatas, vel vetustate collapsas, vel incendijs cinefactas, generoso conatu cùm extruxit, tum in-
173. *SS. Ædes instauravit.* stauravit: commoda tam Augustani Episcopatûs, quàm Elvacensis Principatûs ubique & perpetim impensè promovit.

Interim inter tot & tanta negotia acer carnis suæ vindex: cor-
174. *Corpus suum dirè habuit.* pus in pervigilijs festivitatum principaliorum inediâ macerans, flagellis castigans, humi cubatu mortificans, jugiter in ser-
175. *Lanienam subijt.* vitutem redegit. Et hæc quidem inter calculorum (quorum inter quatuor præcipuus unus aliquis instar pugni vesicæ adnati respectivè ingens lapis potiùs quàm calculus erat appellandus) immensos cruciatus, queîs tamen multò atrociores fortiter pertulit, in exsecandorum calculorum torturâ (cum profuso sanguine, etiam pavimentum penetrante) adhibitâ, per sex horas miserè patientem excruciante, eíque demum animam excutiente. Corpus exangue *Elvaci*, in Ecclesia Principali juxta *S. Henrici* altare sepulturæ traditum, quiescit cum epitaphio jam pedibus attrito. Attamen Amice Lector, Tu oculos huc flecte, & hoc lege.

Joannes

Joannes Rudolphus,

Quem mors ipsa propriâ falce reverita est, infelici eheu! cultro, lapidéque dejicitur, quem tot populi stare, Principatuum aliquot Tiaræ decorare voluissent. Sed avara mors est, margaritas quærit, hanc tamen integram emere, quia non potuit, lapidem rupit, & rapuit, non tamen eripuit: sed æternitati custodivit. Demus hanc Cœlo veniam, ut de nostrorum quoque florum spolijs nobilitet hortos suos. Qui enim inter rarissimos virtutum flores semper floruit, non nisi in ipso florum mense Aprili decerpi debuit. Cœlo nata germina non alibi esse par est, quàm ubi cor perennat. Si Principis fortè ortum quæris, natus ille in Leone est. Quem generosum Rechbergiorum stemma produxit, illum ego in Virgine natum dicerem; sic enim mores divinârunt. Omnium semper benignitate lucratus amores: eligitur Augustæ Præpositus: Maximiliani Henrici Archiepiscopi & Electoris Coloniensis, nec non Alberti Sigismundi Episcopi Frisingensis, &c. &c. Moderator Summus: Francisco Sigismundo Archiduci Præfectus Summus: mox ipsi sub durissimo Suecorum jugo languenti Augustanæ Ecclesiæ Administrator, aut si veriùs loquar, præficitur Salvator. Quantum enim apud omnes unicum nomen Rudolphi pondus habuerit, facilè omnes ea ætate ponderârunt. Princeps Elvaci tandem electus est, ut ab opere patrato parùm requiesceret altior erigendus, sed ecce! Providentiæ Numinis placuit, ut non in mundo Princeps, sed Martyr proprio sanguine purpuratus in Cœlo triumpharet; Dilectus verè Christi Discipulus Magistrum imitatione & morte secutus, nam hora nona affixus est cruci, & horâ tertiâ exspiravit. Principis funus ecce! consummatum est viatores: mortem acerbissimam universim olim flente Patriâ, neminem absque lachrymis esse decebat. At super nos ipsos nunc fleamus, quia nostrum instat proprium funus. 176. *Ejus epitaphium.*

JOANNES CHRISTOPHORUS L. B. Illustrissimæ & avitæ Prosapiæ de *Freyberg* die 28. Septembris 1616. natus: Canonicatum Elvacensem die 28. Januarij 1629. Et Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicatum die 5. Augusti 1630. adeptus. *Presbyter* ordinatus primum solenne Officium celebravit Dominica Anno 1660. 177. *Elvacensis Præpositus.*

in

in Albis 1642. Consilij Aulici *Præses* constitutus 1646. *Decanus* Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ electus die 16. Augusti 1655 *Præpositus* ibidem die 10. Martij 1660. *Præpositus Elvacensis* die 11. Maij eodem anno. *Episcopus Augustanus* creatus die 18. Augusti 1665. A Summo Pontifice confirmatus 1666. consecratus 1667. *Dilingæ* mortuus 1. Aprilis 1690. *Augustæ* tumulatus die 7. ejusdem Mensis & anni. Vid. *pars 1. cap. 6. class. 4. sect. 12. fol. 445. & seqq.* Ubi præclara *Joannis Christophori* gesta tenui penicillo adumbravi:

178. *Institutum Anglicum introducit.* Attamen ijs hîc loci addendum censui fervorem, & juventutis instruendæ zelum, quo accensus in *Diœcesin Augustanam* invexit Congregationem *Domicellarum Anglicarum*, seu *Institutum Anglicum* ad educationem nobilium & ignobilium puellarum utilissimum. Siquidem altè fatus *Joannes Christophorus* quà Episcopus *D. Mariam Pointz*, &c. Congregationis Augustanæ *Superiorissam primam*, & totius instituti Anglici *tertiam*, ad alloquium cum suis Domicellis sub vesperum in Festo Corporis Christi anno 1666. admissam, gratiosissimè excepit, *Instituti* statuta cum profunda humilitate exponentem benignissimè audivit: demum protectionem Episcopalem demississimè supplicantem, clementissimè exaudivit, *Instituti Anglici* in Diœcesin *Augustanam* introducti *Author*, postmodùm *Conservator* & *Propagator*.

179. *Mariæ Pointz vita & mors.* Præfata *D. Maria Pointz*, quæ & qualis fuerit stemmate, ac virtute, disces ex sequenti epitaphio, in templo Parochiali S. *Joannis Augustæ*, ubi quiescit, erectô.

Sta Viator, & Anglia mœsta sub hoc lapide audi suspiria. Hîc sita est Maria Pointz de Acton Ireton Illustrissima Anglorum Comitum Trabiensium stirpe, & ita, quæ vix 16. ætatis annum egressa, Parentes, Patriam, mundum omnem Dei & proximi amore relinquens, soli Deo Sponso suo vivere cœpit. Semper Virgo, nec dicam Martyr, in gloriosissimo ob avitam Religionem exilio ad annum usque vitæ LXIII. transegit. Tandem ab exilio ad Beatorum Patriam, ut spes est, evolavit Augustæ Vindelicorum 30. Septembris anno M. DC. LXII. Congregatio Domicellarum Anglicarum Matri desideratissimæ mœrens posuit. Abi Viator, & exuli Patriam gratulare.

180. *Superiorissarum Successio.* Mortuæ *D. Mariæ Pointz* in suprema Instituti Anglici directione anno 1668. per electionem subrogata est *D. Catharina Danson*,

ſon, mox ordinans pro *Congregatione Auguſtana* Superioriſſam D. *Catharinam Hamelton*, atque huic Dominæ, poſt 10. annorum laudabiliſſimam directionem, ex graviſſima infirmitate ad regimen haud ampliùs habili vel capaci, ſubſtituens Superioriſſam D. *Eliſabetham Rantienne*, ſuâ prudentiâ, ſolertia, & agendi ſuavitate *Inſtituti Anglici* fundationem à Reverendiſſimo ac Celſiſſimo Epiſcopo *Joanne Chriſtophoro*, atque perpetuam *Auguſtæ* ſtabilitatem à *Magiſtratu Auguſtano* die 10. Februarij 1690. obtinentem.

Quod *Inſtituti Anglici* fundationem attinet, Anno 1680. *Joannes Chriſtophorus* prædictæ Superioriſſæ D. *Eliſabethæ Rantienne* demiſſiſſimis precibus, queîs in Sacello domeſtico Venerabile *Sacramentum* perpetuò aſſervandum ſupplicabat, non ſolùm clementiſſimè annuit, ſed etiam præter fundatas 4. Miſſas hebdomadatim in hoc Sacello celebrandas, ipſum Sacellum neceſſarijs & pretioſis veſtibus ſacris, aliiſque ornamentis locupletavit, ſibíque *Inſtitutum Anglicum* quadam annuâ fundatione æternùm devinxit. Venerabile autem *Sacramentum* prænotato anno 1680. die 2. Julij, eâ, quâ pro loci anguſtiâ, par erat, ſolennitate deportabatur ad Sacelli Sacrarium, in maximum domeſticorum ſolatium, Reverendiſſimo ac Celſiſſimo *Epiſcopo* gratioſiſſimè facultatem impertiente. 181. *Acquirunt fundationem.*

Verùm, quia hactenus memorata *D. Eliſabetha Rantienne* cum ſua *Congregatione* tantummodò gaudebat jure habitandi in aliena domo, & quidem in loco, ſuæ *Congregationi* parùm accommodatò, ideoque induſtriâ invictâ pro acquirenda domo propria laboravit, atque poſt indefeſſos labores tandem ex ſpeciali *Numinis* proviſu, anno 1686. 16. Junij emptionis titulô conſecuta eſt ædem talem, qualem exoptabat, nimirùm ſuo *Anglico Inſtituto* percommodam. Ubi confeſtim locus convenientiſſimus pro Sacello (impetratâ licentiâ debitâ) deputatus, ipſomet Reverendiſſimo ac Celſiſsimo *Epiſcopo* poſtridie à die poſſeſſionis adeptæ, primam in hoc Sacello incruentam *Agni immaculati* victimam, DEO immortali libante. 182. *Propriam domum.*

Domus hæc non obſtantibus forenſibus civibúſque diſceptationibus, mira ſumpſit incrementa. Anno 1686. die 1. Julij Venerabile *Sacramentum* ſolenni honore & magnâ devotione in Sacelli Sacrario fuit primitùs collocatum. Anno 1687. pro novo ædificio ſplendidiſſimi Sacelli à Prænobili Domino *Joanne Melchiore Ilſung* Duumviro, ejúſque Filio *Chriſtophoro* Patritijs Auguſtanis, & *Inſtituti Anglici* potiſſimis Patronis, primus lapis poſitus. 183. *Sacellum.*

situs. Anno 1689. inhibitorium de non ædificando (surgentibus jam fundamentis) à Magistratu Lutherano interpositum, sed mox die 24. Decembris relaxatum.

184. *Stabilitatem.* Anno 1690. die 10. Februarij decretum de stabili & imperturbata possessione *Augustæ* tenenda, citra *Instituti Anglici* præjudicium, à *Magistratu Augustano* universo, Lutheranis anteà vehementer adversantibus, fuit obtentum.

185. *Domûs & Sacelli ornamenta.* Anno 1706. Sub D. *Maria Anna à Reblingen de Schlibsheim* Congregationis Augustanæ *Superiorissa* usque in præsens tempus, & *domûs*, & novi *Sacelli* ædificium, nec non utriusque ornamentum amplissimis accessionibus fuit auctum. *Imprimis domûs ædificium*, horti delicijs, ambulacris, conclavibus, cœnaculis, cubiculis, aulæis, sellis, variísque utensilibus partim pro necessitate, partim pro decore instructum; deìn *Sacellum* novum magnificè absolutum, pavimento marmoreo tessellato stratum, gypseis fornicibus, choris, menianis, organô musicô, tribus altaribus, artificiosis picturis eleganter elaboratis, adornatum. Anno 1706. die 8. Junij in honorem SS. CORDIS JESU consecratum, nec non indulgentijs plenarijs, in ipso SS. CORDIS JESU festô lucrandis, locupletatum; encœnijs Dominicâ post istud SS. Festum recurrentibus. Insuper hujas Sacellum ditatum est notabili *S. Crucis* particulâ, Protypo *Tavmaturgæ Einsidlensis* imaginis, *S. Placidæ* Martyris corpore, ossiculis *SS. Bonifacij*, *Vincentij*, *Victorianæ*, *Emilianæ*, &c. Martyrum. *Denique* Sacristia argenteis pretiosis calicibus, argenteo inauratis urceolis cum suis pollubris, sacris vestibus Sacerdotalibus acu pictis ac mirè arte phrygiâ confectis, aliísque sacris amictibus apparata est.

186. *JESU CORDIS devotio introducta.* Et, quod potissimè memorandum, anno 1696. hic loci primitùs in Civitatem Augustanam SS. CORDIS JESU devotio est introducta, ad magnum cultûs Divini augmentum, atque ad eximium *Instituti Anglici* encomium. Omnem autem felicissimum progressum sicut & ortum refert *Congregatio Anglica* in Reverendissimum ac Celsissimum S. R. I. Principem & Episcopum Augustanum *Joannem Christophorum*, tanquam sui *Instituti Anglici* in Diœcesi *Augustana* Authorem, Conservatorem, & Propagatorem:

Idcircò meritas grates, ubicunque licebit,
Pro tam munifico pectore semper agit.

De

De præclariſſimis alijs *Joannis Chriſtophori* geſtis. Vid. *citata pars 1. Hierarchiæ Auguſt. cap. 6. claſſ. 4. ſect. 12. per totum.*

JOANNES CHRISTOPHORUS L. B. *Adelmann ab Adelmansfelden*, Canonicus Auguſtanus 1655. Canonicus Elvacenſis eodem anno, die 15. Februarij: Decanus Auguſtanus 1671. die 19. Auguſti: *Præpoſitus Elvacenſis* 1674. die 18. Aprilis. Obijt 1687. die 26. Auguſti. Princeps omni virtute cœlitùs donatus: diſciplinarum Mathematicarum, imò omnium pene ſcientiarum, numeris abſolutiſſimus: ab *Aula Imperatoria* magnì æſtimatus: inter doctiſſimos & ſapientiſſimos Principes habitus. Anno 1674. 187. *Elvacenſis Præpoſitus.*

In colloquio humillimorum civiliſſimus: civium amantiſſimus: cum his vivebat tanquam Pater cum liberis, imò tanquam æqualis omnibus; non quidem, ut ſe omnibus, ſed ut omnes æquaret ſibi, hoc ſolo reliquis major, quòd melior. Majeſtatem cum amænitate, amænitatem cum Majeſtate ſocians, clementiam ſimul ac beneficentiam ſpiravit, non minùs in ſingulorum vota promptam, quàm communi omnium bono proficuam. 188. *Humilitatis,*

In cauſis audiendis ſemper paratus, in decidendis juſtiſſimus, potiùs mori, quàm juſtitiam in minimo lædere paratus. Sacræ contemplationi ſummè deditus, receſſit crebriùs in ſolitudinarium locum, divinas lucubrationes meditans; ſpeciatim aſſumpto *Præpoſituræ* regimine, & ſex menſibus ante mortem pijs meditationibus receſsûs Octiduani occupatus. 189. *Juſtitiæ & ſolitudinis amans.*

Amore tenero omnes deperijt *Religioſos*, ſpeciali affectu Ordinem *S. Dominici* complexus. Statutis temporibus, ſtoreâ lectum præbente, noctu quietem capeſſivit: interulam ſeu laneam veſtem albam ſupra vivam cutem geſſit, voto & veſtitu interno *Dominicanus.* 190. *Ordini S. Dominici addictiſſimus.*

In Eccleſiam Cathedralem *Auguſtanam* munificus, Auguſtæ etiamnum Decanus Sacellum *SS. Jacobi* & *Lucæ* ibidem, renovato altari, ferreis & inauratis clathris communivit. 191. *Munificus in Auguſtanam Eccleſiam.*

Reverendiſſimo Capitulo *Elvacenſi* ſuæ in litteris propenſionis perenne monumentum reliquit, nim. bibliothecam, à ſe inſtrumentis Mathematicis inſtructam, 5956. libros, & ex his 1380. in folio complectentem, atque 18309. fl. 14. cr. impenſis præſenti pecuniâ comparatam. 192. *Bibliothecam comparavit.*

Ad avertendos *Martis* turbines, terræ ſterilitates, pecorum peſtes, admodùm ſolicitus, nunquam, niſi formata *S. Cruce* ſupra urbem totúmque *Elvacenſe* territorium, cubitum concedere ſolitus. 193. *Suos ſubditos conſervare ſtuduit:*

Libros

194. *Instruxit:* Libros perutiles coëmit, coëmptos in sibi subjectos, aut erudiendos, aut in fide confirmandos, distribuit; sedulos Confessarios, Concionatores & Catechistas suis expensis conduxit, ac instituit; Catechizantibus, rudémque plebem informantibus, non raro ipsemet præsens.

195. *Ægros invisit.* Infirmos non tantùm primi vel secundi Ordinis, at etiam inferioris & infimæ sortis, ipsos quoque leprosos, invisere ac miseris ægrescentibus vitæ necessaria subministrare propriâ manu non dedignatus.

196. *Templum erexit.* Ardentissimum se exhibuit Cultorem SS. Triadis creatæ JESU, MARIÆ, JOSEPH, cujus honori anno 1679. magnificentissimum in monte venusto *Elvaci* erexit templum: tria sacra ibidem hebdomadatim celebrari constituit: tres turres Sacratissimi Trini, *Christi Servatoris*, *Deiparæ Virginis*, & *Divi Nutritij* nominibus consignavit: singulis diebus Sabbatinis in suæ Residentiæ Capella

197. *In quo mortuus sepultus est.* Litanijs de præfatis SS. *Nominibus* publicè à Familia domestica recitatis interfuit: nec non jam in laudato templo medius inter *Christum* in Cruce pendentem & famosam miraculis *B. Virginem Lauretanam* sepeliri voluit, cui etiam sacro loco demortui corpus, habitu Religioso Ordinis *S. Dominici* involutum, pompâ exequiali illatum fuit. Lapidi sepulchrali incisa sunt hæc verba:

Sacerdos

DEI

Memento mei.

Conspicitur quoque inauratum ex ære fusili cœnotaphium prope sepulchrum parieti infixum, quale hîc legis:

Hic situs est

198. *Ejus epitaphium.* *Celsissimus & Reverendissimus Princeps ac Dominus, Dominus Joannes Christophorus S. R. I. Princeps, Præpositus & Dominus Elvacensis,*

Natus

Ex Avita & Illustri Adelmannorum ab Adelmansfeldem Familia Anno à partu Virgineo M. DC. XL. 23. Junij,

Electus

In S. R. I. Principem, Præpositum & Dominum Elvacensem M. DC. LXXIV. 18. Aprilis.

Postu-

Poſtulatus
Ad æternitatem M. DC. LXXXVII.
26. Auguſti.

EUSTACHIUS EGOLPHUS L. B. à *Weſternach*, natus die 2. Novembris 1649. *Wolſgangi Chriſtophori* ex Weſternachio Sanguine Epiſcopatûs Auguſtani Hæreditarij Mareſchalli primi (vacante Hæreditario hoc officio per maſculæ ſtirpis defectum in Illuſtri Baronum de *Baumgarten* Familiâ die 10. Januarij anno 1616. creati) Nepos: Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Auguſtanæ die 17. Aprilis 1665. Procurator Capituli die 4. Novembris 1675. Sacer Neomyſta ad aram die 28. Julij 1680. Conſilij Eccleſiaſtici Præſes 1681. *Epiſcopus Dioclenſis* & Proëpiſcopus Auguſtanus eodem anno, conſecratus 14. Septembris eodem anno. Summus Cuſtos Eccleſiæ Cathedralis die 11. Octobris 1693. Præpoſitus ibidem die 19. Junij 1698. Canonicus Conſtantienſis die 28. Septembris anno 1705. Obijt Auguſtæ die 28. Septembris 1707. Vid. *p. 1. cap. 7. claſſ. 7. fol. 510. & ſeq.* Anno 1681. 199. *Epiſcopus Dioclenſis.*

JOANNES EUCHARIUS *Schenck* L. B. de *Caſtell*, Canonicus Auguſtanus die 14. Septembris 1654. Præpoſitus 1682. ex Præpoſito Auguſtano inauguratus in Diœceſis *Eyſtettenſis Epiſcopum* 13. Martij 1685. Princeps indole & ſanguine generoſus: togâ ſagóque clarus, utpote *Capitaneus* Legionis *Helveticæ*, & Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Auguſtanæ: ſummâ comitate & humanitate præditus: nullis injurijs, niſi DEO illatis, læſus, nullis honoribus, niſi cœlitibus exhibitis, exhileratus, genuina perfecti Principis & mitrati Præſulis Idea. Ad omnem pietatem apprimè inſtructus, inſtruxit quoque ſuam aulam, quaſi templum quoddam Religionis, ſcholam probitatis, officinam virtutum. 1685. 200. *Eyſtettenſis Epiſcopus.*

Manè horâ quartâ lectum deſerens, meditationem quotidianam, aliáque pia matutina exercitia ultra duas horas protraxit: Breviario, Majus B. V. MARIÆ Officium, quotidie adjunxit: diebus ſingulis, niſi invaletudine impeditus, Myſta Sacer ad aram ſtetit: Roſarium B. V. M. ſuis Domeſticis quot diebus orandum injunxit, cum ijſdem orare, ipſemet rariſſimè intermiſit: ſine conſcientiæ diſcuſſione, & ſui in Divinam protectionem commendatione, cubitum nunquam conceſſit: ſacras conſuetudines, domi exercitas, itinerans quoque ſtudioſè obſervavit, ipſismet *Lutheranis* & *Calviniſtis* devotiſſimum Epiſcopum ſtupentibus, atque encomijs aliàs inauditis, ejus pietatem venerantibus. 201. *Orationi aſſiduæ deditus.*

202. *Sodalis B. V. M. devotus.* Parthenius Cliens formulâ consuetâ sese B. V. MARIÆ annuatim, unitâ cum reliquis Sodalibus publicâ voce, obstrinxit: integros penè quatuor libros nostri *Gersenis* de *imitatione Christi* memoriæ commendavit. 203. *Fraternitatis SS. Vulnerum Author.* *Fraternitatem SS. Vulnerum Christi*, pluribus obtentis indulgentijs exornatam, in pium usum traduxit.

204. *Emolumenta suæ Diœcesis.* In ampliorem animarum profectum & Parochorum subsidium in sua Diæcesi beneficia curata adauxit. Ad juventutem commodiùs instruendam pro duobus Instructoribus redditus annuos legavit: præcipuis fermè Parochijs suæ Diœcesis Curiones, SS. Theologiæ vel SS. Canonum gradibus insignes, præfecit. Statûs Clericalis progressus gaudiosis lachrymis excepit, excessus verò solicitis gemitibus luxit.

205. *Imperij Romani,* Deputatus *Ratisbonæ Cæsareus Vice-Commissarius*, *S. Cæsareæ Majestatis*, totiúsque *Imperij Romani* emolumenta solertissimè promovit: Viduarum ac pupillorum egestati, potissimè eorum, qui olim suam operam strenuè Episcopatui locârunt, clementissimè providit.

206. *Et Ecclesiarum promovit.* Inæstimabilis pretij *Hierothecam Venerabilis Sacramenti*, ad sublevandam inopiam Subditorum oppignoratam, solutione 40000. florenorum suæ Ecclesiæ restituit. Non obstantibus turbulentis temporibus ad 80000. florenos in reficienda & ornanda sacra loca expendit.

207. *Prodigiosè sanatur.* Apostemate ceu infestissimo hoste per oleum *S. Walburgæ* non absque prodigiô aliquot ante suum obitum annis derepentè fugatô, tandem mortem ceu hostem insuperabilem nec fugare, nec fugere 208. *Piè moritur.* valuit, aut voluit: sed liberrimè in voluntatem Divinam resignatus, omnibus SS. Sacramentis ritè munitus, ob res præclarè gestas immortali memoriâ dignus, ingenti desideriô & amore sui relictô, fatis cessit die VI. Martij anno M. DC. XCVII. Regiminis XII. ætatis LXXII.

Anno 1689. MARQUARDUS RUDOLPHUS à *Rodt* natus 9. April. 1644. Canonicus Augustanus die 25. Junij anno 1668. Canoni- 209. *Constantiensis Episc.* cus Cathedralis Ecclesiæ Constantiensis Capitularis 11. Aprilis 1668. Cantor 29. Aprilis 1683. Decanus Constantiensis 1686. 18. Aprilis. *Episcopus Constantiensis* electus 1689. 14. April. consecratus 1690. 18. Junij. Obijt 1704. die 10. Junij.

210. *Princeps Magnanimus.* Princeps Heroicis virtutibus erat exultus: Divinarum & humanarum scientiarum clarissimus: Litteras & litteratos honore pariter ac amore complexus: inter doctissimos, atque sapientissimos

mos S. R. I. Principes nulli secundus: ita etiam ab ipsomet Augustissimo *Imperatore Leopoldo* æstimatus. Magna inquiete Diœcesin *Constantiensem* turbante, inter res turbatissimas catus & cautus, assilientes impetus gubernandi dexteritate & magnanimitate vicit.

Multa paravit, parta conservavit, Ductrice charitate, proximis benefacere, & de singulis bene mereri, studuit: jus summa vigilantiâ dixit, boni publici fidissimus Administrator ac Director: rei militaris, itémque ærarij diligentissimam curam habuit, ubique intentus publicæ saluti, quæ ut staret, ille nunquam stetit, animo in quibusvis negotijs atque periculis perpetim præsenti & imperterrito omne tulit punctum, donec Atrops incidit vitæ filum die 10. Junij anno 1704. *Constantiæ* S. J. *Collegium Marquardi Rudolphi* vitæ epitomen expressit per sequens elogium: 211. *Justus & vigilantissimus.* 212. *Vitæ epitime,*

Marquardus Rudolphus
Magnum Nomen.
Episcopus Optimus; Princeps Magnanimus,
Cujus prudentiam
Majestas æstimavit Cæsarea,
Imperij suspexerunt Comitia
Hic
Ambrosius in Ecclesia, Cato in Curia,
Inter Doctores Princeps, inter Principes Doctor,
Potens eloquio, efficax Imperio,
Formidandus malis, beneficus bonis,
Fortis in arduis, infractus in adversis,
Amatus à subditis, cultus ab exteris.
Heu vixit!
Imò vivit in eo
Quem vivus optavit Infulatum,
Defunctus habet Successorem,
Duplici plenum Spiritu,
Episcopi boni, Principis Magni,
Cognatione & conversatione
Inspirato.

Reverendissimus & Celsissimus *Joannes Franciscus Schenck à Stauffenberg*, &c. &c. defuncti *Marquardi Rudolphi* Episcopi Constantiensis Successor hanc illi memoriam marmori inscribi curavit.

213. *Et epitaph.*

Hic quiescit
Marquardus Rudolphus,
Ex antiquissima Equitum de Rodt
Familia
S. R. I. Princeps & Episcopus
Constantiensis numero octuagesimus sextus,
meritis nulli secundus,
Auri in egenos prodigus, recti in
omnes tenax
Principum Doctissimus:
Doctissimorum Princeps,
Salomonis prudentiæ junxit
Davidis pietatem,
Vir secundùm Cor DEI,
Cor Deiparæ,
Cujus templum erexit Bethusii,
Cultum ubique,
Hic jacet etiamnum, ubi jacebat in vita;
Nimirum ad pedes Deiparentis, & suæ,
Pro cujus immaculata Conceptione
Voto concepto steterat.
Hoc unum fecit mortale
Quòd mortuus sit anno Regiminis XV.
Ætatis LX.
Sæculorum ætate dignior,
Quam vivet in hoc die
Quod Prædecessori suo posuit
Successor
Joannes Franciscus.

CHRI-

CHRISTOPHORUS OTTO Comes & Dominus de- & in Schallenberg, Reverendiſſimi & Sereniſſimi Epiſcopi Augu- ſtani Conſiliarius intimus, Ejúsque Sereniſſimæ Aulæ *Præſes* anno 1691. *Præpoſitus Conſtantienſis* anno 1694. Menſe Februario. Vir ore affabilis, facundæ linguæ, circumſpectæ prudentiæ, beneficæ hoſpitalitatis, humaniſſimæ urbanitatis & comitatis: ingeniô vivaci, ſeriô, ac ſedulô: eloquiô excultô, maturô judiciô decoratus: juſtitiæ æqui, jurium Eccleſiæ, rei œconomicœ obſervantiſſimus: unde turbatiſſimis *Bellonæ* temporibus maluit ſua perdere, quàm aliena non conſervare: enimverò *Marte Auguſtam* obſidente, expugnante, nec non miſeriarum anguſtijs coarctante, *Chriſtophorus Otto* funeſtos inimicitiarum ignes, bellicas hoſtium irruptiones, violentas Bellatorum exactiones & deprædationes, animô imperterrito excepit, impavidus pertulit, inter armorum pericula ſtetit invictus, adverſitatibus vinci neſcius.

Anno 1694. 214. *Conſtantienſis Præpoſitus*.

Studiorum avidus, litterarum amantiſſimus, antiquorum Authorum cultor indefeſſus, geſtorum veterum indagator accuratus, conſummatæ eruditionis laude conſpicuus: libris conſcribendis occupatos fovet, litteras promovet. Idcircò (ante typum) *Hierarchiæ* meæ *primam partem* (prætereo gratias alijs Scriptoribus impertitas) oculis percurrere, annotationibus pluribus illuſtrare, atque munifico liberalitatis ſtudio armare & confirmare, non dedignatus eſt; ſícque huiatis *Hierarchiæ parti ſecundæ*, prioris veſtigijs inſiſtendi, & ad typographéum properandi, incitamentum addidit: in via properantem confortavit, enervatam auxilio levavit, alioquin oneribus preſſam, penitùs opprimendam, litterarum Amatore ſuppetias non ferente. Ad hujusmodi litterarum amorem ac omnigenæ ſcientiæ eruditionem Auguſtus *Joſephus* I. *Rex* (poſthàc Auguſtiſſimus *Imperator*) reſpiciens, eámque præter excellentiſſimas alias qualitates animi ſuſpiciens, *Chriſtophorum Ottonem* duodecim abhinc annis in Theſium mearum, ſub faventibus auſpicijs altiſſimè memorati Auguſti *Regis* defenſarum, diſputatione ſuam *Perſonam Regiam* agere voluit. Ubi eloquentiæ ſuavitate, verborum amænitate, authoritatis & gravitatis fulgore, Spectatores attonitos reddidit, in ſui admirationem rapuit, nec non in applauſus & feſtivos plauſus excitavit, omnibus *Legati Regij* functionem, tanta cum Majeſtate nunquam antehàc *Auguſtæ* in diſputatione vel Theologica vel Philpſophica ſpectatam, obſtupeſcentibus.

Hæc, gratitudine impellente, commemoravi, ne Lethæo ex amne beneficiorum oblivionem hausisse, atque ab humana natura homo ingratus degenerâsse videar, ipsis feris ferocior, quæ beneficijs dedocentur feritatem & mansuescunt in gratitudinem, homine ingrato feritatem induente. Sed fortè in aurem, non palam referre gratias decuit? Næ arguerer à Romano Sapiente 2. de beneficijs hujusmodi verbis: *Quidam furtivè gratias agunt, & ad aurem, verentur palam ferre, ut sua potiùs virtute, quàm alieno adjutorio habere dicantur. Et licèt nunquam tibi gratiam referre possim, tamen illud certè non desinam, ubique confiteri, me referre non posse, nam qui gratè beneficium accipit, primam ejus pensionem solvit.* Ita pro me *Seneca c. l.* loquens.

Ceterùm *Christophori Ottonis* Græcæ, Latinæ, Hispanicæ, Gallicæ, Italicæ, Germanicæ linguarum peritiam quasi nativam: sublimiores & humaniores in particulari scientias, liberales & culturæ humanæ artes, hîc tacitus relinquo: inter manuarias tamen artes, in *Christophoro Ottone* minimè otiosas, illam silentio involvere, nefas duxi, quâ Crystallum, gemmas, aliósque pretiosos lapides, instrumentis, ad dimetiendum, scindendum, sulcandum, cœlandum, lævigandum, extuberandum, complanandum, &c. à se inventis miro artificio scalpit & sculpit.

215. *Candelabrũ pensile artificiosissimũ.* Certè candelabrum pensile (cum 16000. vel pluribus lapidibus Chrystallinis, uvas, ficus, poma, pira, omnísque generis figuras affabrè exscalptas & exscissas, exhibentibus) suâ manu fabricavit: lapides tenuissimis sulcis, subtilibus incisuris, eminulis cœlaminibus, &c. figuravit, nec non ex filis aureis vel argenteis pendentes, adeo ingeniosè & dextrè inter se coordinavit, ut à luce recepta illustrati, vel à modico pulsu terræ commoti, longè latéque refulgeant, visum perstringant, aulam amplissimam illuminent, instar stellarum firmamenti rutilent, artificiati potiùs miraculum quàm percelebre artificiatum repræsentantes. Et, quod dictu mirabile, ex aliquot mille Chrystallinis lapillis, digitis nonnisi ultimis tangibilibus, sicut nullus artificiosâ caret scalpturâ, sic nec coruscandi gratiâ, ut verè radiantibus hisce stellulis adscribere liceat illud Poëtæ:

In tenui labor: at tenuis non gloria.

Verùm de candelabro ad candelabri Reverendissimum, Illustrissimum & Excellentissimum *Artificem* me converto, precórque, ut stupendi operis hujus *Artifex*, ac plurimorum magni nominis

labo-

laborum patientissimus, post perennem ætatis aureæ felicitatem, per innumeras sæculorum series redivivam, in omnium laborum suorum mercedem æternæ gloriæ reportet beatitatem, nec solùm ut splendor lucidissimi candelabri fulgeat omnium amore & honore vivus, sed etiam mortuus quasi stella in perpetuas æternitates. *Daniel. cap. 12. vers. 3.*

JOANNES MARTINUS ab *Eyb* Canonicus Eystettensis 1646. & Augustanus die 7. Maij 1649. Præpositus Augustanus 1686. Ex Præposito Augustano *Episcopus Eystettensis* die 16. Aprilis 1697. electus. Quem honorem primitùs profusis lachrymis obfirmatè renuit, & diu severâ cunctatione suspendit, donec aliorum authoritate, rationibus & precibus superatus, onerosam servitutem sibi imponi conquerens, demum consensum præbuit. Anno 1697. 216. *Episcopus Eystettensis.*

Princeps fuit integerrimus, lenissimi oris & moris, irasci nescius, sermone mitis, accessúque facilis, trepidos obfirmans, perculsos erigens, pauperes sublevans, claudo pes, cæco oculus. 217. *Omnigenis virtutibus ornatus.*

In cultu tenuis, vestibus & supellectili privatâ contentus. Patientiæ, pietatis & Religionis, pastoralis solicitudinis & vigilantiæ, aliarúmque virtutum inolitam consuetudinem alteram sibi naturam constituit, & Authoritati Episcopali miram quandam suavitatem conjunxit, comis & humanus erga omnes, in pauperes penè profusus, *felix sibi visus Princeps* (Seneca de Clem. l. 1. c. 2.) *si fortunam suam publicaverit.*

Ad Aram sacer Mysta quotidianus: in orationibus publicis & privatis assiduus: in quibuslibet solennitatibus frequentissimus: in propaganda Religione & S. Rosarij devotione zelosus.

Munificus in Cathedralem Ecclesiam *Augustanam* & *Eystettensem. Augustæ* anno 1692. Sacellum *SS. Vitalis, & Martini*, ac *Eystadij* Sacellum *SS. Trinitatis*, novâ arâ exornavit, septísque clathratis munivit. Hospitale *Eystettense* unà cum Ecclesia è fundamentis excitavit, eíque, cum corde inibi recondito, thesaurum suum 50000. florenorum reliquit, ac pauperibus applicari voluit. Ædem principalem in *Gredingen* à suo Prædecessore inceptam debito nitore perfecit: vetustam aulam Episcopalem, prope Ecclesiam *Eystettensem* Cathedralem sitam, & à *Suecico* milite flammis subjectis exustam, à cineribus suscitare manum adjecit. Alia pia loca partim instauravit, partim instaurare, vel ab interitu vendicare adlaboravit. Tandem senio confectus, postquàm salutaria suis monita, atque præclara virtutum exempla dederat, ac ne ullus in sui laudem 218. *Munificus in sacra loca.*

dem peroraret concionem funebrem, severè inhibuerat (multis,
219. *Piè defunctus & sepultus.* quæ laude digna sunt, Diœcesi *Eystettensi* præstitis (*Herridæ*, die S. *Nicolao* Episcopo *Myrensi* sacro, ætatis LXXIV. Regiminis VII. & humanæ salutis M.DCC.IV. obdormivit in Domino; animam DEO, sui memoriam posteris, terræ in Cathedralis Ecclesiæ Eystettensis Sacello SS. *Trinitatis* corpus commendans.

Anno 1700. 220. *Decanus Landishutanus.* MICHAEL PAULUS de *Mayr* SS. Canonum Licentiatus, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicus anno 1654. Excelsi Regiminis *Landishutani* Consiliarius, & Insignis Collegiatæ Ecclesiæ ad *SS. Martinum* & *Castulum* ibidem Decanus anno 1700. Vir staturâ procerâ, venustâ facie, suavi & grato aspectu, vivido capacíque ingeniô, prompto ac maturo consiliô: animi magnitudine, eloquij ubertate, atque morum gravitate præditus, omnes laudatissimi *Decani* partes cùm verbo tum exemplo in præsens usque constanter adimplet.

1704. 221. *Constantiensis Episc.* JOANNES FRANCISCUS *Schenck* L.B. de *Stauffenberg*, natus die 18. Februarij anno 1658. Canonicus *Augustanæ* Cathedralis Ecclesiæ die 8. Junij anno 1682. Canonicus *Herbipolensis* die 20. Septembris anno 1683. In Canonicum *Constantiensem* mediante primâ possessione receptus die 20. Octobris 1677. In Capitulum ad secundam possessionem admissus die 22. Decembris 1682. *Cantor* ibidem die 4. Augusti 1694. *Episcopus* ejusdem Ecclesiæ Cathedralis *Constantiensis* electus die 2. Julij 1704. Consecratus die 26. Aprilis 1705.

222. *Princeps laudatissimus.* Princeps omni ex parte meritissimus: staturæ excelsæ, ad Majestatem compositæ, avitis Majorum ceris ac encomijs inclytus, nimirùm ex antiquissima Baronum *Pincernarum* de *Stauffenberg* Prosapia maxima, quia maximis Principibus familiarissima, progenitus: suorum maximorum Progenitorum animi non minùs magnitudine, quàm sanguinis communione conjunctissimus: morum majestate, atque gestorum humanitate nominatissimus.

Ingenij ac animi exellentiâ præcellens, linguâ dissertus, eloquentiâ politus, æquâ agendi serenitate placidus, usu tractandarum rerum propè singulari ornatus, nec non omni laude cumulatissimus. Suæ Diœcesi præest & prodest hodiedum erga adventantes affabilis, nemini fallibilis aut Chrestólogus: in Ecclesiasticos officiosus, in DEI & *Sanctorum* cultu Religiosus, in pauperes benignus, ad sublevandos & consolandos pauperie vel mœstitiâ oppressos, nec non ad juvandos tenues à spe fortunarum desertos,

nullis

nullis impenſis parcit: egenos bonis, bonos ditans honoribus. Curas omnes & cogitationes in Diœceſis ſuæ emolumentum & ornamentum defigit; Clerum populúmque regulis Eccleſiæ adamuſſim conformans, Subditorum tranquillitatem tuetur: pupillorum facultates tutatur: Civium fortunas protegit, lites dirimit, diſsidia componit: ſtatuta prædeceſſorum, leges, jura, vectigalia, tributa, &c. ad magnam Diœceſis utilitatem dirigit. Quæ libâſſe mihi ſufficit, ne blandiri videar, aut aſſentari, quem admiratio mea abſque ſuffragio affectus juſsit demiſiſsimè venerari.

Cui proin Reverendiſſimo ac Celſiſſimo S. R. I. Principi & 223.
Epiſcopo felicitas pleno ſinu fundat aureas horas, feſtos & fau- *Votum Authoris.*
ſtos dies, multos ac pacificos annos, ne unquam Epiſcopales curas hinc inde irruentes ſentiat graviter onerantes, ſemper ornantes: in bonis cœleſtibus, terreſtribus, & honoribus nullum experiatur defectum, ſemper profectum: atque ut ejus Illuſtriſſima Proſapia *Stauffenbergica*, ex qua tanquam ex equo *Troiano* prodiêre tot Epiſcopi, S. R. I. Principes, Ordinis Teutonici & Meliteuſes Equites, Religionum Antiſtites, Auratorum Equitum Viri perilluſtres, antiquiſſimorum Ludorum Equeſtrium Pugiles, Belli Duces, Aularum Præſides, Dynaſtiarum Directores, &c. ut, inquam, ejus Illuſtriſſima Proſapia *Stauffenbergica* tam fructu quàm ſeniô gravis, adulta quidem, non effæta tamen, in novas quotidie frondes hilariter efflореſcat: Heroicis monumentis, virtutum factis & actis inclareſcat. Demùm nominis *Stauffenbergici* fama, virtutis ac eruditionis alis ſubvecta, in ultimas oras ſe diffundat, Reverendiſſimo ac Celſiſſimo Epiſcopo & Principe *Joanne Franciſco* ſeros poſt annos in glorioſa æternitate perpetim triumphante.

JOANNES ANTONIUS ex Avita ac Illuſtriſſima Fa- Anno 1705.
miliâ Rhenana *Knöbel* à *Kazenelenbogen* (à quingentis & ampliùs 224.
annis Cathedralium Eccleſiarum Prælatis atque Canonicis, nec non *Eyſtettenſis*
Equeſtris dignitatis viris nobiliſſimis clariſſimâ) genitus: abſo- *Epiſcopus.*
lutis ſtudijs amænioribus & Philoſophicis in ſua Patria, ad *S. Apollinarem* Alumnus ſublimioribus ſcientijs *Romæ* vacavit, ubi anno 1666. in Quirinali, ſeu Capella Pontificia, coram *Alexandro* VII. ac Eminentiſſimis *Cardinalibus* in Feſto *Omnium Sanctorum Orator*, poſtmodùm Eccleſiæ *Eyſtettenſis* Canonicatum die 225.
21. Junij 1667. obtinuit. *Ejus peregrinationes & legationes.*

Exinde *Româ* digreſſus, terrâ maríque extera Regna, *Provincias*, & *Aulas* peragravit: inibi Summorum *Principum Regúmque*

Ee favo-

favoribus & amoribus cumulatus, ubique ijs moribus ac virtutibus, quas *nobilitas* desiderat, & fama commendat, suam indolem capacissimam imbuit. Post varia itinera in *Germaniam* redux, à Reverendissimo ac Celsissimo *Marquardo* Principe & Episcopo *Eystettensi* ad negotia politico-militaria *Viennam*, ad S. R. I. *Electores*, *Episcopos*, *Principes*, *Dietas Circulares*, *Generalitates Cæsareas*, ablegatus, spem de se conceptam in cunctis Legationibus abundè implevit.

226. *Promotiones,* JOANNIS ANTONII virtutem bene meritam atque gesta præclara secuti sunt honores. Cathedralis *Ecclesia Augustana* cum suis Reverendissimis DD. Canonicis die 30. Septembris anno 1682. adscripsit: Reverendissimi & Celsissimi *Episcopi Eystettenses*, nec non Reverendissimus ac Serenissimus *Episcopus Augustanus* in Consiliarium intimum assumpsit: Cathedralis *Ecclesia Eystettensis* in *Decanum* die 27. Julij 1688. elegit: resignato autem *Decanatu* die 4. Februarij 1699. *Cantorem* constituit: denique die 9. Februarij 1705. creavit *Episcopum*, posteà in ipso Sacratissimo Pentecostes Festo 1706. Insignibus Pontificalibus initiatum.

227. *Qualitates,* Princeps est expertæ prudentiæ, ac dexteritatis: usu rerum civilium apprimè valens: solers ingeniô, gravis animô, promptus alloquiô, cunctorum hominum ordini patens: plurimarum linguarum, quas ùt vernaculam callet, cognitione præstans:

Qui mores hominum multorum vidit & urbes,

laudem, ab *Homero Ulyssi* attributam, promeritus.

Non tantùm 7. liberalium, sed etiam aliarum culturæ humanæ artium probè instructus; litterarum & litteratorum amantissimus, doctos non affectu solùm, verùm & munificentiâ honorat, fovétque.

Adulatorum osor, Veneris & Ventris deditorum aspernator, sobrietati & temperantiæ est deditus, vini cibíque parcus, mensâ frugali & brevi contentus: bonis bonus, malis formidandus, justitiæ, pietatis & veritatis vindex, suam Diœcesin administrat; nimirum misericordiâ & veritate se invicem complectente.

228. *Atque virtutes.* Jam antehàc egenis, maximè mendicare erubescentibus, mirum in modum addictus, nec non ad fidem Catholicam conversorum Conservator liberalissimus; nunc, obtento Episcopatu, pauperum, aliquando sui *Hæredum*, Pater munificentissimus: juvandæ

tam

tam in Spiritualibus quàm temporalibus ſuæ Diœceſanæ Reipublicæ unicè eſt intentus: exactionum oneribus partim ſublatis, partim mitigatis, mox ſui Principatûs primordia inſigni clementiâ mitigans: commiſſi ſibi gregis etiamnum amore, fideíque conſervandæ ac propagandæ zelo flagrans: propugnandorum jurium Eccleſiæ, ejúſque promovendi commodi, ſplendoris atque magnificentiæ ſtudioſiſſimus, vigilantiſſimi Principis ac Paſtoris partes providè & utiliter hac etiamnum ætate agit.

Verùm laudes Reverendiſſimi & Celſiſſimi *Principis* impari calamo moliri non aggredior, ſed eminùs ſubmiſſâ & devotâ mente adoro, *Deúmque* precor, ut Reverendiſſimum & Celſiſſimum S. R. I. Principem & Epiſcopum *Joannem Antonium* ſui Epiſcopatûs *Columen*, diutiſſimè conſervet incolumem; omni proſperitate cumulet: omne ſui Regiminis momentum fluat in laudis monumentum, in Illuſtriſſimæ & Avitæ Proſapiæ ſuæ ornamentum, atque ſibi concreditæ Eccleſiæ emolumentum, donec poſt Epiſcopale Regimen temporale diutinum, pacificum & feliciſſimum, ibi regnare incipiat, ubi nox nulla, ſed perpetuus, íſque innubis dies regnat. 229. *Votum Authoris.*

JOANNES CASIMIRUS *Röls Schwandorffii* in *Neopalatinatu* 1646. die 4. Martij natus. In Alma Epiſcopali Univerſitate *Dilingana* anno 1669. Philoſophiæ Magiſter: anno 1672. menſe Junio SS. Canonum Licentiatus: eodem anno 1672. die 3. Auguſti SS. Theologiæ Doctor creatus. Quantociùs Parochus *Schongavienſis* in Bavariâ 1672. die 10. Auguſti renunciatus, Inde ad Parochiam *Donawerdanam* 1674. die 2. Februarij promotus, & die 6. Aprilis ejuſdem anni, Capituli ruralis *Donawerdani* Decanus conſtitutus, Parochiam *Donawerdanam* & Decanatum viginti & uno annis cum laude adminiſtravit. Porrò Summo Eccleſiæ Cathedralis Capitulo 1687. adſcriptus, in Eccleſiaſticum Reverendiſſimi ac Sereniſſimi Epiſcopi *Auguſtani* Conſiliarium 1698. aſſumptus, & eodem anno die 14. Menſis Decembris in Spiritualibus Vicariatûs Generalis, nec non anno 1707. die 13. Menſis Decembris Conſilij Eccleſiaſtici *Præſidis* dignitate fuit decoratus. Eodem die & Menſe in Pontificalibus Suffraganeus proclamatus, anno 1708. die 12. Martij à *Clemente XI.* per Bullam Pontificiam Epiſcopatu Amyclano honoratur. Demum Solis die 20. Maij eodem 1708. anno per Reverendiſſimum ac Sereniſſimum Epiſcopum *Auguſtanum*, aſſiſtentibus & pariter cooperantibus Re- Anno 1708. 230. *Amyclanus Epiſcopus.*

verendissimis DD. Abbatibus, *Rogerio Caesariensi*, & *Amando Donawerdano*, Fratribus Germanis mitratis, in Episcopum consecratur. Vir omnibus animi dotibus, quae Proëpiscopo, Vicario Generali, Consiliario & Consilij Ecclesiastici Praesidi dignae sunt, ornatissimus, commissa munera ad virtutis amussim dimetiendi studiosissimus, atque encomio, quo ejus magnanimitatem in *parte I.* compendiariò depanxi, dignissimus, nec non laborum patientissimus. Trienniô, quo suo Pio-Episcopatu gaudet, Fideles 46577. signo crucis & chrysmate salutis confirmavit. Clericos 268. quatuor minoribus Ordinibus, Subdiaconatu 251. Diaconatu 262. Presbyteratu 218. initiavit. Ecclesias & Capellas 18. solenni dedicatione sacravit. Altaria fixa 57. & altaria portatilia 110. consecravit. Abbatibus 6. Benedictionem inauguralem impertivit. Anno 1709. Mense Septembri pro *Magdalena Elisabetha Amalia Landgravia Hassiae*, &c. *Electorissa Palatina* Vidua, parentalia, septendialia, & trigintadialia funebria *Neoburgi* celebravit, & finitâ solenni Missâ, cantatâ sub Mitrâ, incensatione & lustrici fontis aspersione, precibúsque exequialibus juxta Pontificale Romanum inferias egit, mitratis 4. Abbatibus praesentibus, atque easdem caeremonias persolventibus.

Plures hujuscemodi functiones publicas *Joannes Casimirus* exhibuit defunctis: processiones & comprecationes adornavit pro avertendis malis, & *Hymno Ambrosiano* grates DEO reddidit pro obtentis victorijs, in praesens usque impertaesi laboris, *Consiliarius*, *Vicarius Generalis*, & *Pro-Episcopus* laudatissimus. Vid. *p. 1. cap. 7. class. 2. fol. 514. & seqq.*

Anno 1708. 231. *Episcopus Dioclensis.* JOANNES ADAMUS *Nieberlein*, patriâ *Eystettensis Franco*, ad *Almonium* die 17. Februarij anno 1662. natus. Vir praestantes dotes à natura sortitus: vividae mentis celeritate, indefessâ sagacitate, & animô invictô praeditus: scientiâ & prudentiâ nominatissimus: ornatissimâ suâ facundiâ & profundâ sapientiâ cum paucis comparandus. Litteris humanioribus diversis in locis laudabili studio absolutis, in Alma Episcopali *Universitate Dilingana* Philosophiae Magister anno 1682. creatus est. Postmodùm in *Collegio Germanorum Romano* ad *S. Apollinarem* susceptus, per quatuor annos continuos SS. Theologiae operam dedit. In eodem Collegio varijs iísque primis Officijs honorificè perfunctus, tam morum, quàm scientiarum radijs nominis sui famam mirificè illustravit: bi-

nam publicam difputationem primam ex parte, fecundam ex universa Theologia, *Romæ* in Ecclefia *S. Ignatij* magno cum applaufu propugnavit; atque ex fpeciali gratia, à diverfis Romanis Pontificibus ac Imperatoribus *Alumnis* bene meritis concefsâ: in omnium DD. Alumnorum (erant 70.) præfentiâ examinatus, fupremam SS. Theologiæ Doctoratûs lauream anno 1688. promeruit.

Creatus Romæ Doctor *Joannes Adamus*, & in *Germaniam* reverfus, ut folidiora functionum Parochialium fundamenta jaceret, quà Cooperator *Berchingæ* per medium annum curam animarum exercuit. Inde gradatim promotus, anno 1687. Parochiam in *Buxheim*, anno 1703. Parochiam in *Begengriefs*, & eodem anno menfe Aprili Parochiam in *Berhing* obtinuit. In prima Parochia per 5. annos Ruralis Capituli *Camerarius*: in fecunda *Confiliarius* Ecclefiafticus *Eyftettenfis*: in tertia *Decanus*, & per 13. annos per *Palatinatum* fuperiorem Vifitator fuit conftitutus. Anno 1705. Ecclefiæ Cathedralis Auguftanæ Canonicatu à fede Apoftolica honoratus: anno 1706, à Reverendiffimo ac Celfiffimo S. R. I. Principe ac Domino, Domino *Joanne Antonio* Epifcopo Eyftettenfi in Vicarium Generalem affumptus: anno 1707. ab eodem Suffraganeus nominatur: demum anno 1708. die 29. Aprilis ab altè fato Reverendiffimo ac Celfiffimo Epifcopo *Dioclenfis Epifcopus* confecratur. De Epifcopatûs Dioclenfis notitia vid. *pars. 1. cap. 7. claff. 2. fol. 512. & feqq.* 232. *Ejus promotiones*

Hoc etiamnum tempore ingenij alacritate, eloquentiæ facilitate, vitæ meritô, Religionis zelô, genuinis virtutibus, titulis, dignitatibus, atque infigni apud Summos & imos exiftimatione cominus & eminus enitefcit: nec non munificus virtutum fuarum difpenfator prodeft, quibus poteft, nulli in confervanda & propaganda Ecclefiaftica difciplina poftponendus, dum ego *Virum*, mihi Reverendiffimum, perquàm gratiofum, & omni officiorum genere obfervandiffimum, cunctis alijs Reverendiffimis DD. *Canonicis* Ecclefiæ Cathedralis *Auguftanæ* ad exteras dignitates Ecclefiafticas evectis (ita ordine exigente) poftpono, attamen eidem coronidis lôcô hæc vota ex animo metricè accino: 233. *Qualitates.*

Sint tibi longi ſine nube Soles:
234. *Vota Authoris.* Sit decus vitæ Socium beatæ:
Nulla Te turbent inimica mixtis
Tempora curis!

Serus accedas patrias ad urnas:
Serus à nobis abeas, virentem
Viribus fortis videas ſenectam
Noxia vince!
Ludicra ſperne,
Tetrica pelle,
Subdola rumpe,
Invida flecte,
Crimina plecte,
Abdita ſolve,
Obſita tolle,
Nubila pande,
Fœdera pange,
Impia frange,
Proſperè vive!

AP-

APPENDIX ALPHABETICA
Augustanorum Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum ad Ecclesiasticas Dignitates exteras evectorum.

	Anno
ADalbero Episcopus Tridentinus.	1084.
Adelmann L. B. Joannes Christophorus Præpositus Elvacensis.	1674.
Andechs Arbo Comes Archiepiscopus Moguntinus.	1011.
Andechs Gebhardus Comes Episcopus Ratisbonensis.	1023.
Archidux Austriæ Sigismundus Franciscus Episcopus Augustanus, Tridentinus, Gurcensis.	1646. & 1653.
Balduinus Archiepiscopus Salisburgensis.	1041.
Bavariæ Dux Henricus Episcopus Frisingensis, Wormatiensis, Ultrajectensis, & Mammillensis.	1541. & 1524.
Bavariæ Dux Philippus Episcopus Frisingensis & Naumburg.	1497. & 1517.
Biberögg Conradus Comes Episcopus Curiensis.	1122.
Boland Fridericus L. B. Episcopus Spirensis.	1272.
Denich Sebastianus Doctor Episcopus Alminiensis.	1651.
Dorckau Henricus Groß Episcopus Bambergensis.	1487.
Eberhardus cognomento Suevus Episcopus Ratisbonensis.	1165.
Eberhardus Patriarcha Aquileiensis.	1030.
Eyb Joannes Martinus Episcopus Eystettensis.	1697.
Flersheim Philippus Episcopus Spirensis.	1529.
Frauenberg Vitus Episcopus Ratisbonensis.	1563.
Freyberg L. B. Christophorus Præpositus Elvacensis.	1573.
Freyberg L. B. Joannes Christophorus Episcopus Augustanus, Præpositus Elvacensis.	1660. & 1665.
Fronsberg Udalricus Episcopus Tridentinus.	1486.
Gemmingen Joannes Conradus Episcopus Eystettensis.	1595.
Gemmingen Joannes Otto Episcopus Eystettensis.	1590.
Gôtz Leonardus Doctor Episcopus Lavantinus.	1619.
Guido Episcopus Curiensis.	1108.
Habspurg Otto Comes Episcopus Constantiensis.	1165.
Heffra Udalricus Episcopus Passaviensis.	1092.
Helmstatt Rabanus Archiepiscopus Trevirensis.	1430.

Hen-

Anno
1066. Henricus Patriarcha Aquileiensis.
1553. Hirnhaim Eberhardus Episcopus Eystettensis.
1612. Hochenembs Marcus Sitticus S. R. I. Comes Archiepiscopus Salisburgensis.
1079. Hochenwart Norbertus Comes Episcopus Curiensis.
1539. Hutten Mauritius Episcopus Eystettensis.
1058. Knôbel Einhardus à Kazenelenbogen Comes Episcopus Spirensis.
1705. Knôbel Joannes Antonius à Kazenelenbogen L. B. Episcopus Eystettensis.
1501. Lang Matthæus Archiepiscopus Salisburgensis S. R. E. Cardinalis.
1539. Madrucius Christophorus Episcopus Tridentinus, Brixinensis, S. R. E. Cardinalis.
1510. Meler Vitus Doctor Præpositus S. Viti Frisingæ.
1631. Müllerus Sebastianus Doctor, Episcopus Adramyttenus.
1708. Nieberlein Joannes Adamus Doctor, Episcopus Dioclensis.
1486. Oettingen Fridericus Comes Episcopus Passaviensis.
1499. Polhaim Bernardus L. B. Episcopatûs Viennensis Administrator.
1645. Prasberg L. B. Franciscus Joannes Episcopus Constantiensis.
1626. Prasberg Sixtus Wernerus Episcopus Constantiensis.
1304. Randeck Marquardus L. B. Patriarcha Aquileiensis.
830. B. Rathardus Beneficijs post mortem clarus.
1654. Rechberg Joannes Rudolphus L. B. Præpositus Elvacensis.
1054. Reinhardus Episcopus Spirensis.
1555. Rettinger Martinus Hercules Doctor, Episcopus Lavantinus.
1708. Rôls Joannes Casimirus Doctor, Episcopus Amyclanus.
1469. Rodt Joannes Episcopus Lavantinus.
1689. Rodt Marquardus Rudolphus Episcopus Constantiensis.
1486. Sabellus Joannes Baptista S. R. E. Cardinalis.
1694. Schallenberg Christophorus Otto S. R. I. Comes Præpositus Constantiensis.
1560. Schaumberg Martinus Episcopus Eystettensis.
1685. Schenck Joannes Eucharius L. B. Episcopus Eystettensis.
1704. Schenck Joannes Franciscus L. B. Episcopus Constantiensis.
1577. Truchsess Gebhardus L. B. à Waldpurg Archiepiscopus Coloniensis.
1544. Truchsess Otto L. B. à Waldpurg S. R. E. Cardinalis.
1501. Truchsess Vitus à Pomersfelden, Episcopus Bambergensis.
1618. Wall Petrus Doctor, Episcopus Adramyttenus.
1060. Waltolphus Episcopus Passaviensis.
1410. Weix Degenhardus L. B. Episcopus Frisingensis.

Wester-

Anno
Westernach Eustachius Egolphus L. B. Episcopus Dioclensis. 1681.
Westerstetten Joannes Christophorus Episcopus Eystettensis. 1612.
Wirsberg Fridericus Episcopus Herbipolensis. 1556.
Ziplingen Henricus Episcopus Eystettensis. 1226.
Zolleren Fridericus S. R. I. Comes Episcopus Constantiensis. 1294.

CAPUT X.

De Natis Augustanis ad Ecclesiasticas Dignitates evectis.

MOtivum, *Natos Augustanos* ad Dignitates Ecclesiasticas evectos scribendi, *capite 9. præcedenti* exposui, superest modò ipsos insignes *Augustanos* sistere, atque non nihil encomijs honorare, sincero quidem ex animo, quamvis eorum meritis impari calamo.

CLASSIS I.

Augustæ Natorum ad Ecclesiasticas Dignitates evectorum ab anno 861. usque ad annum 1400.

Anno 861.

GERUNGUS ab *Amberg* Augustanus, Campidonensis Ordinis *S. Benedicti Abbas* anno 861. Vir strenuus & Martius, laudabilis Oeconomus, ac Judex severus; tres enim suos magni nominis Officiales Diplomatum ac Sigillorum falsarios, rejectis aliorum consilijs precibúsque, capite plecti jussit.

1. *Campidonensis Abbas.*

Anno 868. *Landfridum Hochtanner de Hattenwill* virum mansuetum, doctum, & potissimùm peritiâ legum probè instructum, in Coadjutorem sui Regiminis assumpsit: in Arce *Heimertingen* potiori tempore residere consuevit; decem annis præsedit, & Calendis Januarij anno 872. terris demortuus suo Coadjutori *Landfrido* Regimen Abbatiæ reliquit.

2. *Coadjutorem constituit.*

Nec tamen, amabò, *Gerungum*, Martium à me deprædicatum, tu pronunciare præsumas ignavum, ceu in irregularitatis ca-

3. *Campidonensis Abbas*

gaudet jurisdictione criminali. sibus & SS. Canonibus perquàm exiguè versatum, eò quòd propriâ suâ authoritate sanguinis pœnam falsarijs irrogaverit, nescius, Clericis in sacris Ordinibus constitutis ex Concilio Toletano judicium sanguinis agitare non licere. *cap. Clericis. Ne Clerici vel Monachi.* Nec sententiam sanguinis proferre. *cap. sententiam. eod. tit.*

Etenim *Andegarius*, ex Ducibus Brunswicensibus *Hildegardis* Campidonensis Archisterij Fundatricis Consanguineus, Abbas primus constitutus, *Romæ* anno 777. al. 778. ab *Adriano* Papa in magna Episcoporum & Principum frequentia Abbas consecratus, atque insigni SS. Reliquiarum thesauro donatus, nobilissima privilegia obtinuit, inter quæ numeratur ab omni Episcopali jurisdictione exemptio, nec non propria civilis ac criminalis jurisdictio; unde in ejus signum solennibus festivitatibus huiatis Archisterij *Principi & Abbati* ensis evaginatus præfertur, atque de *Campidona* (quàm altè dictus *Adrianus* Papa *novam Romam* appellavit) decantatus ille rhythmus profertur:

Campidona sola judicat ense, stolâ.

Adeoque, cùm *Andegarius* præfata privilegia cùm pro se, tum pro suis Successoribus fuerit consecutus, *Gerungus* non tantùm, ùt alij Domini & Principes temporales Clerici, in causa sanguinis potuit Officialibus sibi subjectis delegare, ac in genere jubere, ut fiat justitia. *cap. 3. Ne Clerici vel Monachi in 6.* Sed insuper gaudebat potestate, authoritate propriâ, atque personaliter dignoscendi, judicandi, dictósque falsarios (citra irregularitatem contrahendam) ad mortem condemnandi.

Anno 1109. 4. *Abbas Augustæ.* *B.* EGINO Augustanus, Abbas Monasterij *SS. Udalrici & Afræ* Augustæ Vindelicorum, ubi à teneris educatus & litteris eruditus, unà amorem Monasticem imbibit. Itaque moribus, virtutibus, artiúmque liberalium rudimentis excultus, Regularem ibidem vitam auspicatur; cúmque parêre promptus, animi submissione eximius, uber eloquiô, pietate præcellens, omnium animos sibi conciliaret, famam magni nominis domi forísque est indeptus: denique post exilium, varias legationes, aliósque labores superatos, invitus ad Abbatialem dignitatem protractus anno 1109.

5. *Gregor. VII. & Henricus colluduntur.* Sub id ævi dissidium ingens erat inter *Gregorium VII.* & *Henricum* Imperatorem. *Henricus* fœdis nundinationibus per Ecclesias grassabatur, ac Episcopatus, ùt in foro merces, qui pluribus liceretur, væno exponebat. Econtra *Gregorius* in Imperatorem,

Impera-

Imperatoris Sectatores Schismaticos, aliósque Ecclesiæ perduelles diras fulminabat. At Præsules, qui *Gregorij* partes secuti, sede suâ pulsi, extorres patriâ circumibant; Monachi quoque *Papæ* addicti claustris extrudebantur: tota propè *Germania* partes *Henrici* tuebatur, pauculis, quibus Ecclesiæ libertas potior, *Pontificem* sequentibus.

Inter res tam turbidas *Egino* partes *Gregorij* deserere impium, obedire *Imperatori* sacrilegum ratus, cessit fluctibus & tempori, atque in Monasterium *S. Blasij*, quod silva *Hercinia* ambit, turbarum securus secessit. 6. *Ad S. Blasium secedit*

Eâdem tunc sorte jactatus *S. Gebhardus* è Ducibus *Zaringiæ*, *Hirsaugiæ* Monachus,& *Constantiæ* Episcopus locum illum incolebat,& *Eginonem*, non diu ad *S. Blasium* commorantem, protinus in rebus pro Ecclesiæ pace gerendis, ferendísque, comitem & socium in *Germania* adlectum, deinceps semel ac iterum ad summum Pontificem ablegavit: *Româ* verò redux posthàc nunquam non lateri frequenter itinerantis Episcopi *Egino* hæsit, donec Amicos obedientia separavit, atque *Eginonem* ex *S. Blasio* domum redire, suíque Monasterij clavum tenere jussit. 7. *Cum S. Gebhardo familiaritatem contrahit.*

Sicut inter bella & dissidia Principum rarò non fatiscit disciplina non solùm Christiana, sed etiam Monastica, ita tunc *Egino* Summis Capitibus (*Papâ* & *Imperatore*) collidentibus, ad *S. Udalricum* mores ab antiquo rigore multùm demutatos reperit: mox autem curam intendit maximam, ut temporis labe laxatam Regularem vitam Sacræ Regulæ arctiùs adstringeret; cúmque veteratos ab inolitis revocare arduum esset, delectus in urbe fecit, aliquot Juvenes sua sub signa vocavit, atque *Novitio milite* rem domi egrigiè egit, Cacodæmone silentium, vigilias, preces, nocturnas stationes & jejunia lividis ocellis spectante. 8. *S. Udalrici Monasterium reformat.*

Ut igitur introductum rigorem monasticum eliminaret, infesta inferni larva *Brunonem* Laicum, ùt vocamus, *Conversum* adoritur, toto impetu in hominem irruit, miserè exagitat, solo illidit, indomitum reddit, nec ferreis jam vinculis satìs attinendum. 9. *Dæmones infestos habet.*

Egino non nescius, à quo hæc faba fabro in insontem cuderetur, actutùm Sacris Exorcismis incubitorem foras ejecit. Expulsus à *Brunone* Satanas, mox in *Adalgotium*, deìn in *Hecilum*, melioris notæ Monachos irrupit. Sed etiam ab his impudens sycophanta precibus *Eginonis* facessere jussus, stationem deseruit. 10. *Sed expellit.*

11. *SS. Reliquias reperit & colit.* Ejectis igitur è corporibus energumenorum dœmonibus, atque regulari disciplina indies magis florescente, manum ad templum *S. Afræ* instaurandum *B. Egino* admovit, *SS. 11000. MM. S. Albini*, aliorúmque Sanctorum Reliquias, templo intulit: in ejus instauratione *S. Hilariæ* (Matris *S. Afræ*) caput, nec non triginta tria corpora SS. Augustanorum (*Vid. pars 1. pag. 62.*) invenit. Ex his corpus *S. Dionysij* & *S. Cyriaci* cum alijs 7. integris corporibus ex Societate *S. Afræ* venerationi publicæ exposuit, templi *S. Afræ* Instaurator, Monasticæ disciplinæ Reformator, ac Sacrarum Reliquiarum Cultor zelosissimus. De inventione *S. Afræ* sub *Eginone* peractâ, & de integro corpore ejusdem *S. Afræ*, in Ecclesia *S. Udalrici* conservatô, vid. *p.* 1. *class.* 2. *sect.* 19. *fol.* 177. Post hanc Monasterij instaurationem, & SS. Corporum inventionem, institutum fuit festum conversionis *S. Afræ*, festum S. *Hilariæ*, ac festum *Sanctorum* hîc *quiescentium* tam Martyrum quàm Confessorum.

12. *Ab Episcopo impetitur.* Intereà, dum in *S.* Udalrici Monasterio vivitur ad regulæ amussim, itur, quo eundem, & *Udalricianorum* cœtu profligatus dœmon, pedem intrò referre haud ampliùs audet, Urbis Episcopum, anathemate perculsum, in *Eginonem* asperat, *Herimanno* (id Episcopi nomen) sufflat, ut *Eginoni* imperet, obsequia & communionem (omnibus fidelibus Christianis à jure Ecclesiastico prohibitam) sibi tanquam anathematizato exhibendam. *Eginone* Episcopi mandatum aversante, à militibus Episcopalibus armata quidem manus infertur claustro; at rei insolentiâ commoti cives, ceu strenui *Eginonis* notæ sanctitatis defensores, facto impetu, arcuêre omni aditu Monasterij milites.

13. *Expellitur.* Unde Episcopus cœptis frustratus, per insidias *Eginonem* vinculis irretitum clam è civitate educi jussit, duodecim Monachis captum suum Pastorem instar ovium insequentibus.

14. *Prodigijs expulsionem comitantibus.* Intremuit tunc ad temerarios ausus tota in Monasterij ambitu tellus: nutante campanili campanæ sponte suâ consonuerunt: & tumba S. Martyris *Afræ* ferreis vinculis dissilientibus, terram egessit; quasi cum *Eginone* suo eruptionem *S. Martyr* pararet, civibus paulò pôst armis (percepto Abbatis exiliô) Aulam *Herimanni* obsidentibus, ac *Eginonem* deposcentibus.

15. *Egino ad Calixtum proficiscitur.* Episcopus, ut civium animos emolliret, quamprimùm revocandi Monachos copiam fecit, Abbatem quoque se reducturum, pollicitus; sed *Egino* de periculosissimis Episcopi adhuc excommunicati machinationibus edoctus, *Romam* ad Pontificem, mise-

rias suas conquesturus, animô iter destinat. Acceptis igitur ab Archipræsule *Moguntino* litteris commendatitijs, itineri se accingit, atque ut insidiantium manus effugeret, per devia & avia *Placentiam*, inde ad *Calixtum* II. *Rosellam*, ubi tunc Pontifex morabatur, evadit.

Humanissimè excepit *Papa* Hospitem, liberaliter recreatum, secum *Romam* deduxit, donec rebus suis consuleret, in sua Aula detinuit. Expeditis deîn ad aliquot *Germaniæ* Principes epistolis, quibus *Egino* commendabatur, *Calixtus viatico* à se *Evcharistico* pastum, & bene sperare jussum, crebra inter oscula postliminiò in *Germaniam* remisit. 16. *Excipitur & dimittitur.*

Româ abituriens *Egino Aquileiensem* Episcopum viæ Comitem *Ostiam* usque habuit. Inscensâ deinceps apud *Ostia Tiberina* liburnicâ, dum in *Tusciam* navigare contendit, gravissima maris tempestate agitatus, æger *Pisas* pervenit, ibique extemplò in morbum lethalem datus, postquàm sub extremam luctam lectulo mortuali circumstantes longa parænesi ad obedientiam, & cultum *Summi Pontificis* cohortabatur, nec non psalmum *Laudate pueri Dominum* identidem pius olor quasi lessum sibi modulabatur, inter *Camaldulenses* Ordinis *S. Benedicti* Monachos peregrinantem in terris animam ad cœli penates misit, die 15. Julij 1122. Corpus verò in *S. Michaëlis* inter Mausolæa Archipræsulum *Pisanorum* (talem virtus *merebatur honorem*) apud *Camaldulenses* tumulo fuit illatum. 17. *Pisis moritur.*

B. Egino ad Patres & Fratres Monasterij *SS. Udalrici & Afræ*, nec non ad omnes utriusque sexûs fideles *Diœcesis Augustanæ*, causam sui itineris *Romam* assumpti, ejusdémque itineris incommoda & eventus paulò ante mortem perscripsit, & ipso die mortis suæ dedit hanc Epistolam. 18. *B. Eginonis epistola.*

Reverendæ Paternitatis, & diligendæ Fraternitatis, cunctis utriusque sexûs in Christo fidelibus, *Egino* ille, cujus incolatus est super terram prolongatus, cœlestis patriæ associari Civibus.

QUoniam Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, omnis, qui manet in Deo, imò in quo manet DEUS, Spiritu Charitatis est repletus. Ex fonte verò dilectionis rivulus emanat compassionis. Hoc igitur salubri 19. *Scribendi necessitatem proponit.*

fonte redundantibus necessarium duxi paucis absolvere, quibus subjacuerim casibus, præmissâ causâ, quæ tot provocavit adversa, ut virtus compassionis crescat ex causa justitiæ & veritatis. Quamvis enim peccator indignus officio Regiminis, ùt multi vestrûm noverunt, cœnobij fungebar Augustensis. Ubi quanta Deus nostris temporibus, non dico meritis, fecerit, quòd videlicet Religiosos Viros inibi coadunaverit, quámque virtutibus, rebus quoque exterioribus locus idem in brevi succreverit, non modô vicinos & contiguos, sed etiam remotos latere minimè potuit. Verùm, quia juxta egregium Prædicatorem oportet hæreses esse, ut, qui probati sunt, manifesti fiant, expetente sathanâ, ut cribraret nos sicut triticum, quem defensorem ac propugnatorem sperabamus, utpote gregis Dominici Pastorem Augustensem Episcopum, crudelem sensimus persecutorem. Qui cum à Beatæ memoriæ Papâ Paschali *pro diuturna inobedientia omni Pontificali Officio fuisset interdictus, atque à Successore ejus* Gelasio II. *absque spe ejusdem recuperandi Officij, nec non à Sancto adhuc superstite* Calixto II. *sit damnatus, ab ipsa Apostolica Sede hoc accepimus mandatum, hujusmodi vitare, ùt mortiferum. Nos tamen, ùt minùs perfecti non statim ad hæc implenda convaluimus, cum* Petro *scilicet ad ancillæ vocem adhuc pertimuimus, non tam nefanda potiùs humana sapientibus acquiescendô, quàm Divinis & Apostolicis præceptis obtemperandô, dissimulavimus.*

20. *Episcopum Schismaticum non agnoscit.* *Denique ipso contra jus fásque omnibus modis grassante, adeò, ut Catholicum* Papam *respueret,* Burdinum *reciperet, noménque ejus in Cerei paschalis Benedictione recitari præciperet, ac plebem sibi subjectam tanti Hæresiarchæ litterarum salutatione pollueret, nos etiam in his omnibus secum contaminari cogeret; tandem, ut arcus fortium superaretur, nos hactenus infirmi Divino robore accingimur, in medium progredimur, cum Apostolis etsi longè impares protestamur:*

21. *De persecutione Episopi conqueritur.* *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Hâc voce non minori quàm Scribæ & Pharisæi Pontifex iste commovetur furore, dum mox vincula & carcerem minatur & exilium, nec usque cessaverit,*

verit, quousque ego & Fratres mei, qui cum XII. Christum sequebamur, alijs retrò abeuntibus, à Monasterij quiete proturbamur. Nec tamen huic Præsuli post innumeras contumelias & injurias nostri suffecit expulsio, quin in omnes terræ fines nos ejus pro posse sequeretur persecutio. Quamobrem cùm Archi-Episcopum nostrum, nec non magnum Episcoporum, Abbatum seu Principum Catholicorum adirem Colloquium, expositas querelas in commune pro sceleris immanitate mirantur & lamentantur.

Proinde communicato prudentiorum consiliô, ad Romanam dirigor sedem, tum pro speciali nostrâ necessitate, tum pro communi Ecclesiæ utilitate. Quod iter cùm acciperem, ex hostium insidijs periculosissimum, potiùs per devia, quàm regiâ viâ, utcunque perveni Placentiam; *ubi dum puer meus, quem ab infantia nutriêram, cum omnibus rebus nostris, exceptis equitaturis, nocte aufugisset, qui in paucis sæpiùs de itineris perfectione diffidebam, in nihilo jam de ejus, qui cuncta creavit ex nihilo, misericordiâ præsumebam. Quid plura? Per abrupta montium, per vastissimam eremum, per terram famis & sitis, ubi vestigium non inveniebatur hominis, transivimus.* 22. **Et de difficultate itineris Italici.**

Sed, quasi in pretium tanti laboris, Domnum Apostolicum *in maritimis locis, videlicet apud* Rosellam *civitatem invenimus, à quo hilarissimo, ut est, vultu accipimur,* Româ *unà secum deducimur, relaturi terræ nostræ, ut ipsius verbis utamur, triumphum Ecclesiæ. Jam enim quis illius terræ concursus? Quantus omnis sexûs & ætatis apparatus? Militiæ quoque Romanæ ultra trium dierum concurrentis, quàm jucundus fuit comitatus? Cæsar, si superesset, indignans miraretur, Tullius forsitan attraheretur, dum vexillô crucis omnium* Consulum & Imperatorum *superari trophæa conspicaretur.* 23. **Rosellam veniens, cum papa Romam pergit.**

Appropinquante verò Summo Pontifice *ad urbem, puerorum & infantium cum ramis omnigenarum arborum occurrentium excipitur laudibus: quos, ne quis opprimeret vel abigeret, cum JESU benedicens aiebat:* Sinite Parvulos venire ad me, talium est enim 24. **Ingressu Papa in urbem describit.**

Regnum

Regnum Cœlorum. *Deinde coronatus, ut Regali Sacerdotio Ecclesiam credas potiri, per medium deducitur Civitatis, plateis auro, gemmis pretiosissimis, pallijs undique adornatæ. Nec defuêre* Græcorum *&* Latinorum *concentibus confusi Judæorum plausus, ut cæca gens vel invita confiteatur, unde magis puniatur. Vix hora decima cùm esset, III. Nonas Junij à manè protracta rarescit processionum frequentia, quando & idem* Pater *universalis à* Lateranensi *exceptus* Sede, *in Palatium, ut moris est, Judicum legali perducitur carmine. Abhinc usque in Kal. Julij præsentia jugiter tantæ Sanctitatis perfruebar Viri, hâc instantiâ nesciens fastidium, quia*
25. *Amicè tractatur.* *semper in majus accendebar desiderium: siquidem hilaris vultus sub morum gravitate, dulcedo affabilitatis sub verborum pondere, jejuniorum, seu vigiliarum discretio, absque eo, quod intrinsecus latet, cunctis intuentibus, ab eodem* Patre *uno atque eodem Spiritu operante, mirabili effectu patet. Laus omnis inferior, cùm vir ipse reverà Apostolicus virtutibus ac miraculorum signis comprobetur sublimior. Quæ, quia tota* Francia, Longobardia, Tuscia, *atque* Apulia *prædicat, hujus angustia chartulæ supersedeat. Igitur, perceptâ à sanctis ejus manibus Dominici Sacramenti Communione, inter crebra oscula largissimâ Benedictione iter rediturus arripui, na-*
26. *Augustam iter aggreditur.* *vique per mare transiturus, apud* Ostiam *civitatem cum* Aquileiensi *Episcopo intravi, quæ cùm socium laboris nostri Fratrem* Udalscalcum *præ hominum multitudine recipere non posset, alteram, quæ ta-*
27. *Socium amittit.* *men cum nostra erat itura, ascendit; sed mox pelagô turbatô, naves in tantum sunt disjectæ, quòd infra XIV. dies nec loqui invicem potuimus, nec videre. Cœpi ultra modum de amisso* Fratre *con-*
28. *Infirmatur.* *tristari, ex tristitiâ infirmari, vixque* Pisas *valebam deportari, ubi qualiter Frater me invenerit, quidve posteà de me factum sit, ipse fideliter referat, animámque meam vestris orationibus commendet. Valete. Datæ Pisis anno M. CXXII. Idibus Julij.*

Amisit quidem B. Egino *suum individuum itineris Comitem* Udalscalcum; *retinuit tamen naufragus* Breve Apostolicum *ante suum abitum à Papa* Calixto II. Romæ *acceptum, ac hisce verbis conceptum.*

Ca-

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Eginoni Abbati Monasterij S. Udalrici & S. Afræ Salutem & Apostolicam Benedictionem. 29.

Littera Pontificia Egononi data.

L*Abore multo & fatigatione Apostolicæ Sedis misericordiam & pro te & pro tuis Fratribus adijsti, & tu* Abbatis *Benedictionem, & quidam Fratrum tuorum Ordinis promotionem, ab* Herimanno, *cùm interdictus esset, Augustensi Episcopo acceperunt. Ejus tamen* interdictum *ipse cum eisdem Fratribus, prout asseris, ignorabas, & postquàm vobis notum factum est, ab ejus obedientia discessistis, multa etiam pro Ecclesiæ unitate, atque servitio passi estis, & inimicis ejus usque ad hæc tempora fideliter atque viriliter restitistis. Nos itaque tam tuis, Dilecte in Christo Fili* Egino *Abbas,* 30.
quàm Fratris *nostri* Mogunt. Archiepiscopi *petitionibus annuentes, & commissæ tibi Ecclesiæ paterna sollicitudine providentes, te in Abbatis Regimine permanere, & prædictos Fratres tuos, si aliàs digni sunt, acceptos ordines obtinere, & ad alios promoveri, ex consuetâ Sedis Apostolicæ Benignitate & dispensatione concedimus. Ita tamen, ut Fratres ipsi, & deinceps in Ecclesiæ virtute, & obedientiæ tuæ devotione permaneant. Dignum est enim, ut qui se pro* B. Petro *tantis & diuturnis exposuêre laboribus, & per ignorantiam accesserunt,* B. Petri *Benedictione donentur, & de benignitatis ejus plenitudine consolationem misericorditer consequantur. Datum Laterani VII. Kal. Julij.*

Confirmatur in Abbatia.

Subjungo alias litteras partim ad *B. Eginonem* scriptas, partim à *B. Eginone* ad suos Religiosos Filios exaratas, è quibus liquidò apparebit, *B. Eginonem* totius *Cleri & populi Augustani* præcipuum fidei Catholicæ extitisse *propugnatorem*, nec non constantissimum legitimi Romani Pontificis contra Antipapas *Defensorem*, *Herimannô* seu *Hermannô* Schismaticô Episcopatum Augustanum administrante.

31. *Littera Archiepiscopi Moguntini.*

Arnoldus (Adelbertus) Dei repropitiante Clementiâ devotus in Christo gregis Moguntini Famulus, Reverendo Abbati unà cum charissimis Filijs Augustanis Ecclesiæ Fratribus & Dominis consilium Paternæ affectionis, in Spiritu Divinæ consolationis.

„DIlectioni vestræ Fratres amantissimi insinuavimus, litteras „nos à Sede Apostolica (*litteras has à Paschali* II. *ad Arnoldum* „(*Adelbertum*) *scriptas consultò omittimus*) nuper accepisse, in qui„bus cùm sit vestri Episcopi vobis insinuata discussio, placuit sum„mâ diligentiâ id fieri Ecclesiæ nostræ & Fratrum consilio, servato „tenore canonico, ne vel Actori causa pereat, vel Summum Pon„tificem indiligentiam nostram causari oporteat. Querimoniam „universam vobis notam cùm habeamus à prædicta Sede remissam „suô locô & tempore retractandam, illas Domni *Papæ* bullatas „transmittimus vobis exemplatas, earum commoniti authoritate, „aut *Domnum Abbatem*, aut quoslibet ex vobis idoneos Prælatos „vestros tempore *Werzeburgensis* curiæ ad nos destinate; tunc quid„quid nobis interim Ecclesiæ nostræ & Fratrum suggesserit Spiri„tus, per vestros nobis pleniùs intimabimus. Valete.

32. *Egino Papales litteras accipit.*

33. *Herimannũ piè admonet.*

Egino Abbas *S. Udalrici*, cui Augustanæ Ecclesiæ, ejúsque quietis semper magna fuit cura, mittit ad *Hermannum* Episcopum è Fratribus suis quendam *Ratpotonem* nomine, eúmque amicè, ut *Papam*, *Beneventi* synodum celebrantem, adeat, seséque de objectis criminibus purget, hortatur; sed labore frustraneo. Itaque *Arnoldus* (*Adelbertus*) Archiepiscopus Moguntinus alias *Augustam* transmittit hujus tenoris litteras.

34. *Alia littera Archiepisc. Moguntini.*

Arnoldus (Adelbertus) Dei gratiâ Moguntinæ Sedis Archiepiscopus Domno E (Eginoni) Abbati Augustensis Cœnobij cum cæteris fidelibus Catholicæ Ecclesiæ membris coalescere in Corpus Christi & Spiritu unitatis.

„JAm dudum clamor ascendit in cœlum super eo, qui vestri di„citur *Episcopus*, atque ab ipsa, ùt nôstis, Apostolicâ Sede „querimoniæ seriem, & præceptum discutiendi illum accepimus. „Quia verò Charitas nunquam excidit, & odientes etiam diligit, „ex superabundanti, si fieri potest, fugientem revocamus, & „magis vulneribus magna medicamenta componimus, si ægro-

tus

„tus veſter ſeipſum recognoſcat, & Medicum etiam vocantem „non detrectet. Nunc igitur quodamodò vos iſta cauſa vocat, „in quamcunque partem ceciderit, conſultum videtur, quatenus „ex noſtra commonitione vivâ illum voce conveniatis, ut reſipi„ſcat, ut ſaluti ſuæ nunc ſaltem conſulat, excommunicationis „contagia deſerat, & non uſque in finem prævaricandô excedat. „Nôſtis, novit & ipſe, quàm horribili comminatione diſtractus, „ab ipſo, & B. *Petri Vicario* ſit longo jam tempore officiô ſuſpen„ſus, neque tamen adverterit, qualiter etiam ſe excommunica„tione contaminaverit, & nullam ſalutis viam exinde quæſiêrit. „Proinde, ſicut nos, quod noſtrum eſt, ita & vos, quod veſtrum 35. „eſt, facite: Eccleſiaſticam correptionem illi intimate, quia vicinior „erit illi via ſalutis, ſi ſeipſum humiliaverit, & veniam quæſiê„rit, quàm ſi *Audientiam ſynodalem* expectaverit, ubi Judicem in „neutram partem flecti oportebit. Quòd ſi veſtræ Fraternitatis ver„ba, & noſtra hæc monita non attenderit, illi interim præter „jam vetitum officium, Cleri populíque obedientiam avertimus, „quia ipſum irrevocabilem & inobedientem judicamus.

Egino Herimanum admonere jubetur.

Sanctæ Auguſtenſis Eccleſiæ Filijs & Fratribus cum E (Eginone) Abbate S. Udalrici Arnoldus (Adelbertus) Moguntinæ Sedis Miniſter indignus fraternam Benedictionem cum oratione. 36.

Alia littera Moguntini Archiepiſc.

„QUod proximè à Domino *Præneſtino* Romanæ Sedis *Legato* „Apoſtolica authoritate denunciatum fuit, nos quoque eadem „denunciamus vobis. Sed, quia hæc neglexiſtis, nec nos, nec „ille, quem dicitis *Epiſcopum* veſtrum ſancto *Concilio* interfuiſtis, „ipſum quidem, quia jam diu à *Romano Papa* Epiſcopali & Sa„cerdotali ſuſpenſus eſt officiô, Communione Corporis & Sangui„nis uſque ad ſatisfactionem privatum eſſe, ſciatis. Vos autem ad- 37. „huc noſtrâ interceſſione dilatos, idem tamen ſubituros, niſi *S. Con*„*cilio Fritislariæ* V. Kal. Auguſti celebrando, *Abbates & Prælatos* „Eccleſiæ veſtræ intereſſe faciatis. Quod quidem, ſicut in manda„to accepimus, Apoſtolicâ Authoritate & noſtra præcipimus, &c.

Egino citatus ad Concilium

Harum ſententiâ perlectâ plerique ex plebe, timore *Henrici* Regis compulſi, in *Epiſcopi* partes propendere cœperunt, ſolo *Egino*- 38. *ne* cum *Fratribus* ejusdem facinora deteſtante. Cujus proinde capiti totius odij machina imminebat ſoli. Hac autem non pertur-

Comparet.

batus, ad Synodum *Fritislariensem* in causa Ecclesiæ Augustanæ vocatus comparet.

39. *Adelbertus, non Arnoldus, in his litteris legendus.* Impræsentiarum necessariò observandum duxi, errorem in litteras, hactenus recitatas, & ad Archiepiscopum *Moguntinum*, & ab Archiepiscopo *Moguntino* exaratas, illapsum. Ponitur in hujusmodi litteris Archiepiscopus Moguntinus nomine *Arnoldus à Baronio annal.* Eccl. *tom. 12. ad annum 1112. fol. 122. num. 24. ab Henrico Canisio tom. 2. antiquæ lectionis in Udalscalci narratione num 22. & seqq* à nostris *M. SS. annalibus*, &c. nullo tamen *Arnoldo*, sed *Adelberto* seu *Alberto* sub *Paschale* II. *Gelasio* II. *Calixto* II. ab anno 1109. usque 1137. Archiepiscopatum Moguntinum gubernante, ùt testatur *Bucelinus* Germaniæ Sacræ p. 1. in princip. *Bruschius* in Catal. Episc. *Serarius* Mogunt. rer. lib. 5. fol. 801. & seqq. ubi varia de eo refert gesta.

Præfuit quidem Sedi Moguntinæ Archiepiscopus *Arnoldus* ab anno 1153. usque ad annum 1160. memoratis Summis Pontificibus & *B.* E*ginone* jam defunctis: adeoque nec Papa *Paschalis* II. ad *Arnoldum* Archiepiscopum Moguntinum, nec *Arnoldus* Archi-Episcopus *Moguntinus* ad *B.* E*ginonem* scribere litteras potuit.

40. *Arnoldi nominis error interpretatur.* Ego opinor *Paschalem* II. Papam in litteris ad Archiepiscopum *Moguntinum* exaratis solummodò (more non infrequente) posuisse vocalem A. Pari modo Archiepiscopum Moguntinum in litteris E*ginoni* transmissis, tantùm sui nominis *Adelberti* initialem litteram A. scripsisse, non nomen *Adelberti* integrè exprimendô. Hinc primus, qui forsan ex prædictis authographis *Paschalis* II. & *Adelberti* Archiepiscopi Moguntini apographa exscripsit, per vitiosam interpretationem vocalem A. nomine *Arnoldi* effinxit, quòd sub id ævi non *Arnoldus* sed *Adelbertus* Archiepiscopatum Moguntinum rexerit, omninò nescius. Quocirca in adductis litteris ex apographi scriptore posui quidem nomen *Arnoldi* Archi-Episcopi Moguntini, addendo tamen per parenthesin nomen *Adelberti*, ut insinuarem, litteras ab A. Archiepiscopo Moguntino ad E. Abbatem expeditas, fuisse ab *Adelberto*, non verò ab *Arnoldo* scriptas: litteras autem à *Paschali* II. ad A. Archiepiscopum Moguntinum in causa *Hermanni* Episcopi Augustani transmissas penitùs omisi, certis quibusdam motivis silentium suadentibus & persuadentibus.

41. *Henricus V. Papam captivũ tenet.* *Henrico IV.* interim mortuo, *Henricus V.* Imperator electus cum ingenti exercitu *Romam* movet, honores Imperatoris capessiturus.

turus. Negavit petitum *Paſchalis* II. niſi Imperator juri inſtituendi dignitates Eccleſiaſticas cederet. Quod cùm *Henricus V.* cerneret, captos cum Summo Pontifice aliquot Cardinales, Epiſcopos, aliósque tamdiu cuſtodiæ mancipavit, donec poſt bimeſtre *Paſchalis* II. tam lachrymis captivorum, quàm communi rerum miſeriâ commotus, priſcum illum morem, quem Anteceſſores Imperatores peſſimô exemplô uſurpaverant, *Henrico V.* confirmaret. Imperator obtentô inveſtituræ jure, & in Vaticano corona Auguſtali per Summi Pontificis manus redimitus, *Româ* diſceſſit, Patribus in *Romana* & *Viennenſi* Synodo poſt Imperatoris diſceſſum irrita *Paſchalis* II. pacta, utpote per vim extorta, declarantibus, inſuper in Imperatorem diras renovantibus.

Henricus V. partim à *Paſchali* II. *Gelaſio* II. *Calixto* II. ſibi invicem in Pontificatu Romano ſuccedentibus, partim à Synodi Patribus vehementer irritatus, iteratò *Romam* proficiſcitur, *Mauritium Burdinum* Antipapam *Gelaſio* II. & *Calixto* II. legitimis Pontificibus opponit, à quo etiam coronatus, poſtmodùm in *Germaniam* reverſus, unà cum *Hermanno* Epiſcopo Auguſtano *Auguſtam* ingreditur, atque uterque cùm Imperator tum Epiſcopus, quamvis anathemate percuſſus, pleroſque, *Auguſtanos*, ac aliquot ex Religioſis *Udalricianis*, ſuâ potentiâ ad ſuas partes attrahit, Summi Pontificis authoritate & excommunicationis ſententiâ non obſtante. 42. *Excommunicatus & Româ digreſſus Auguſtam venit.*

Unde *Egino* Paſtor bonus vehementer dolens, gregem ſibi commiſſum participatione cum excommunicatis eſſe contaminatum, aliquot expedivit litteras ad ſuos Religioſos, atque ſequentem ad univerſos Auguſtanos:

Sanctæ Auguſtenſis Eccleſiæ Filijs univerſis Egino DEI Gratiâ, quod eſt.

43. *Littera ad Univerſos Auguſtanos.*

„NOvit Beatitudo veſtra, qualiter apud vos hactenus converſatus ſim, quomodo vi expulſus diſceſſerim, & quomodo vocatus redièrim. Hujus vocationis credidi promiſſis, maximè quia Catholicis redundabat dictis, dum quidquid juſtum, quidquid Canonicum, quidquid tam veſtræ quàm meæ ſalutis eſſet neceſſarium, loqui inter vos ſit mihi conceſſum; imò loquendi conſilium & auxilium veſtrum non ſit negatum. Ex hoc nihil hîc contrarij, nihil novi, nihil locutus ſum dubij, unde deberem nec confeſſus nec convictus expelli. Jam profugus receſſi:

 quid

„quid ultra patimini fugientem persequi? Fratres mei sanctâ obe-
„dientiâ vocante me sequuntur, quos inermes armati ex vobis in-
„sequuntur, & contumeliâ afficientes deprædantur. O pruden-
„tiam, ô fortitudinem Augustensium ad hoc redactam, ut uni
„homini sancta calcanti resistere timeant, subijci non eru-
„bescant! Siquidem præcepto illius Apostatæ *Ratpotonis* Mo-
„nachorum persecutoris obtemperatur in vobis, dum nullius est
„apud DEUM dignitatis, tantæ sit apud vos potestatis, ut post-
„quam, qui nos linguâ dolosâ expellat, & jam gladiô persequi
„prævaleat. Tandem precor, redite ad cor, qui, si tacti intrin-
„secùs fueritis, me non nisi vera inter vos dixisse videbitis, ac per
„hoc à persecutione mea cessabitis, &c.

44. *Pro Religione zelus.* Adduxi has Epistolas ceu testimoniales, quòd Beatus Egino Abbas non solùm excommunicationis sententijs magna cum reverentia obtemperaverit, atque mandatis potentissimorum Capitum contra Leges Ecclesiasticas evulgatis, imperterritè restiterit, sed etiam quòd tam suos Religiosos Filios, quàm universos Augustanos ad obedientiam Summo Pontifici Romano præstandam, communicationem cum excommunicatis vitandam, & animarum salutem, ne excommunicationis leprâ contaminarentur, conservandam, pro viribus usque & usque laboraverit, Medicus solertissimus, Pastor Vigilantissimus, Augustanoqum *Patriota* meritissimus.

CARMEN.

De itinere & obitu Eginonis.

45. *B. Eginonis iter & obitus.*

Hic Patris occasus, dum veri solis ad ortum
Tendit, & ad portum, qui nescit tempora casus,
Est tibi gaudendum pro tam præstante corona,
Fili mente bona simul est quoque mente dolendum.
Nam velut orbatus remanes Patre Spirituali,
Et tibi causa mali reputatur is, unde beatus.
Sed tamen est pia spes, hic qua dolor alleviatur,
Scilicet optima res, qua justus quisque beatur.
Nato reddet ubi Patrem sinus ille Paternus,
Ergo si nos jungat ibi Pater ille supernus.
Ovile plangentis, quid per diversa vaga-} ris.
Ut dolor est unus, sic una voce frua-}
Finis ad hanc vocem verborum suscipi-} atur.
Finis nos Patris monet, ut finis tene-}

Nam

Nam varijs animus licèt involucris ſubig
Sæpè tamen loquitur, quod ſemper quis medit
Res miſeranda nimis ſub honore DEI refer
Ut pietas ejus quàm magna ſit, vide
Largus in exilio miſerorum cum doce
Cum Patre filius exulat, unicus hos comit
In ſpecie famuli fuit, ut Judas toler
Nam nihil officio diſtant; ſervus Dominis ſimul
Jam procul à Patria via deſerti ſpecul
Quæ locus ad fraudem furis ſub corde par
Noctis adeſt tempus; magìs ille dolo tenebr
Rebus enim cunctis, quibus illud iter ruget
Direptis abijt. Mortem fortuna min
Sed Pater Omnipotens ſpoliatis auxili
Spem tribuendo viæ peragendæ; nec dubit
Munus enim magnum miſero ſpes firma prob
Quid moror? Intratur eremus, tandem peragr
Octo tamen ſoles ibi cum ſudore vag
Cùm latro difficilis, via difficilis pati
Ecce laboris honor; propè Sanctus Papa mor
Tum volucres homines reputares, ſic proper
Vix expectatur, quod ad illum perveni
Suſcipit inventus clementer, amat, vener
Eſt locus adventûs Patris hujus ut expedi
Qualiter in Cathedra humano jure loc
Omnis adeſt ætas, ibi ſexus uterque greg
Cleri ſeu populi vox lætitia modul
Quolibet ornatu via, qua tranſit vari
Pompa triumphalis tibi Cæſar tanta neg
Te veniente decus Patrum cum Lege fug
Hujus in adventu lex juſtitiæ renov
Cum ſocero pugnas; civile malum domin
Per te nulla quies, dum Cato ſiti mori
Hoc ſed Patre pio gens genti pacific
Eccleſiæque ſtatus jus in proprium repat
Plurima ſigna DEUS ſuper infirmis oper
Ejus per meritum, dum quæque febris relev
Quod quia Tuſcanus, Ligur, Appulus adſtipul
Carmine præſenti per plura ſuperſede

} atur.

Aſt

Ast ad eos, quibus iste stilus servit, rede
Ad mare tendebant, ut ab hoste viæ cave
Navis ut aggreditur, submergens unda lev } atur.
Ut Pater à genito miseranda sorte fer
Quam rerum faciem, nisi passus, quis medit

Anno 1126. 46. *Abbas S. Udalrici.* UDALSCALCUS de *Maisack* Augustanus, in Libero & Imperiali Monasterio ad *SS. Udalricum* & *Afram Augustæ* Ordinem *S. Benedicti* professus, ac anno 1126. Abbas electus. *S. Eginonis* Domi & foris usque ad extremam vitæ metam olim comes individuus, ejúsque rerum gestarum scriptor accuratus: animi magnitudine, consiliô, gravitate, & omnigenæ scientiæ monimentis decoratus.

47. *SS. Udalrici & Afræ hymnorum Author.* Fuit enim Theologus insignis, Poëta sub id ævi celeberrimus, antiquitatum rimator solertissimus, nec non Musicæ artis peritissimus. Hinc multos ingenij sui fœtus ad posteros transmisit, attamen plerisque temporum injuriâ extinctis. Scripsit vitam *S. Adalberonis* Episcopi Augustani, librum de Musica, epigrammata quàm plurima. Versibus complexus est vitas *SS. Udalrici & Afræ, Mauritij & Mariæ Magdalenæ*, eásque notis musicis composuit, & ad publicè decantandas in officijs Ecclesiasticis destinavit. *Hermanno* Episcopo Constantiensi ac *Gebhardo* Apostolicæ Sedis Legato compositionem approbantibus. *Gebhardi* diploma tale extat.

48. *Diploma approbans.* Gebhardus S. R. E. Presbyter Cardinalis, & Apostolicæ Sedis Legatus, in Christo plurimùm dilecto Fratri Udalscalco, Ecclesiæ S. Udalrici & Afræ Venerabili Abbati & cunctis Fratribus in Domino sub eo militantibus salutem & omne bonum.

R*Elatione Catholicorum & fidelium virorum manifestè comperimus, quòd post obitum bonæ memoriæ* Eginonis *Abbatis Fratres tui communiter & concorditer te in Abbatem elegerint. Cui electioni Apostolicæ Sedis Legati* Prænestinus *&* Aquensis Episcopus, *ac* Moguntinus Archiepiscopus, *ad quem Ecclesia tua jure Metropolis pertinet,* Fraternitatem tuam *renitentem assensum præbere cœperunt,* &c. &c.

In fine:

Cantum, quem de Patrono vestro S. Udalrico, *& alijs sanctis precibus venerandæ memoriæ* Udalrici *Constantiensis Episcopi & Fratrum tuorum composuisti, in Ecclesia vestra ad* eorundem *Sanctorum honorem frequentari, & solenniter decantari volumus.* 49. *Udalscalci gesta.*

Præterea *Udalscalcus* Monasterium intùs & foris elegantissimè depictum varijs versibus exornavit: sepulchretis Abbatum & Fratrum tragica carmina addidit. *S. Mariæ Magdalenæ* addictissimus, perpulchram aram in ejus honorem extruxit: ut pro Confratre defuncto Sacerdotes 7. Missas celebrarent, & reliqui Sacerdotiò non initiati statutas preces persolverent, sancivit. Juxta ingenij decora tanto virtutum splendore enituit, atque in Monasterium disciplinam regularem adeò DEO gratam introduxit, ut *Divi Tutelares* & *Sancti* hîc loci requiescentes crebrioribus miraculis coruscaverint, meritóque *Udalscalcus* inter laudatissimos sui Cœnobij Antistites numerandus sit. Denique *Udalscalcus*, postquàm prædium aliquod à *Conrado* Marchione *Tusciæ* dono accepisset (*Conrado* III. Rege donationem approbante) alia plura coëmisset, suúmque Monasterium insigniter locupletâsset, naturæ debitum explevit anno Christi 1151. Regiminis 25. in peristylio sepultus. Epitaphium tumulo etiamnum vivus ipsemet sibi inscripsit, venæ Poëticæ manifestum, quale sic legitur:

Mors animæ triplex, sed in hoc est corpore simplex: 50. *Ejus epitaphium.*
Hic moritur vitijs, pòst rea supplicijs,
Tertia damnatur, dum corpus ei sociatur.
Ergo manendo perit, cui malè semper erit.
Sed tua justorum sunt vitæ dona laborum,
Spes, Amor, & species, omnia, quæ Deus est.
Hîc dum speratur, patriæ requies & amatur,
Illic percipitur, cum DEUS aspicitur.
Visio námque DEI summam confert requiei,
Quæ dum fine caret, gaudia semper habet.
Vos igitur Patres, vos in Domino rogo Fratres,
Ut memores sitis, quem cinerem teritis.
Viva mei transit, pars vivificanda remansit,
Ut spes unius, vita sit alterius.

An 10 1127. 51. *S. Gualfardus Ephippiarius.* S. GUALFARDUS natus Augustanus, Sellarius seu Ephippiarius cum quibusdam mercatoribus Augustanis *Veronam* profectus, ceteris ad patriam remeantibus, ille solus in ea civitate cum *Lickone* al. *Ziasone* sui opificij socio persistens, artem ephippiariam, sellas conficiendô, exercuit, quidquid ex labore manuum lucratus (tenui adm. victu & vestitu reservatô) in egenos erogans.

52. *Ex eremo Veronam reducitur.* Verùm castitate niveolus, charitate flameolus (*ex vita*) modestiâ sobrius, irâ vacuus, constantiâ magnanimus: patientiæ virtute longanimis, miseratione compatiens, mundana fastidiens, cùm altiùs perpenderet, vitæ suæ fragilitatem, diaboli calliditatem & mundi fallacitatem, relicta urbe in sylvam *saltuccium* al. *saltvellum* prope fluvium *Athesin* haud procul *Veronâ* distantem secedens, inibi vigilijs, jejunijs, & orationibus vacans, atque corpus thorace, ex catenis ferreis consertô, excrucians, nemine hominum consciô, latuit; donec post 20. annos à nautis, apud *Athesis* ripam ex navicula exscendentibus, in casula, juxta hortulum arboribus constructâ, repertus, & invitus *Veronam* retractus, atque à suis Compatriotis cognitus, habitationem sibi ab ijsdem Compatriotis prope *S. Petri* Ecclesiam in Monasterio constitutam incoluit. Attamen paulò pòst Athesis fluvij inundatione ad Ecclesiam *SS. Trinitatis* extra civitatem pulsus, brevi elapso tempore postliminiò in urbem piorum precibus exoratus redijt, & in cellula pone Ecclesiam *S. Salvatoris* decem annis sanctissimè vixit.

53. *Moritur.* Demum moriturus pro foribus Ecclesiæ in via publica, abeuntium & redeunrium pedibus conculcandus, sepeliri voluit. Sed minimè exauditus, ultimo Aprilis anno 1127. mortuus in arca lapidea, ex valle *Paltera* divinitùs allatâ, intra Ecclesiam *Veronæ* honorificè est conditus: ubi visitur *S. Gualfardi* altare ac effigies, anno 1517. ex ligno sculpta, & cilicio ex catenis induta.

54. *Ejus festivitas ac SS. Reliquiæ Augustæ,* Festivitas ejus *Veronæ* ultimo die Aprilis celebratur: olim autem pro majori Ephippiorum (*S. Gualfardum* pro speciali Patrono colentium) commoditate, & populi ad Sanctum accursuri frequentiâ festivitas ista agebatur Kalendis Maij. *Augustæ* ob translationem SS. Reliquiarum (unius partis ossis cruris oblongæ, & aliarum trium particularum, item quatuor particularum de capite ejusdem *S. Gualfardi*) anno 1602. factam, die 27. Octobris peragitur.

55. *Et miracula.* Divina Bonitas Sanctitatem *Gualfardi* multis miraculis comprobavit. Pauca *ex Papebrochio in actis Sanctorum Tom. 3. ad diem 30. Aprilis* produco, reliquis omissis, vel mihi non communicatis,

tis, vel ſæviſſimo incendiô, *Veronæ* anno 1200. furente, conſumptis.

1. Ad fluvium *Athesin*, Eccleſiæ *S. Salvatoris* adjacentem, deſcendens *Gualfardus*, & ſcypho aquam hauriens, ex piſcibus ſponte ſua in ſcyphum certatim ſalientibus, quoſdam ſervabat, alios iterum in fluvium effundebat, & à fluvij ripa natare renuentibus, diſceſſum mandabat, piſcibus mandata exequentibus. 56. *Piſces obediunt.*

2. In eodem fluvio lavantis *Gualfardi* manus adnatantes piſces lambebant. 57. *Et manus lambunt.*

3. Pueris & puellis ex juſſu ſuorum Majorum *S. Viro* ad ſuam cellam paropſidibus cibos deferentibus, & ſæpiſſimè ob lubricam & fallacem viam cadentibus, ex vaſis nihil excidebat, vel effluebat. 58. *Cibi conſervantur.*

4. *Mugetus* civis *Veronenſis*, officiô videndi penitùs amiſsô, per nuncium demiſſiſsimis precibus, ut ſe inviſeret, rogavit *Gualfardum*, ſed ejus præſentiam, ex ſtudio devitandi favorem humanum, non obtinuit. Ut verò, à Sacerdote permotus, *Mugetum* noƈte acceſſit, ægro (manibus ſuper oculos diduƈtis) priſtinum videndi officium reſtituit. 59. *Cæcus illuminatur.*

5. *Alberico* & *Giſalbero* æquè civibus Veronenſibus viſu orbatis idem beneficium, cæcitatem abſtergendô, præſtitit. 60. *Alijs duobus viſus reſtituitur.*

6. *Rodulphi* Ephippiarij uxor, cùm febrium æſtu laboraret, noƈtu per virum admonita, ut pro ſanitate recuperanda biberet ex aqua, ubi *Gualfardus* manus ablueret. Bibit, & confeſtim convaluit. 61. *Febris extinguitur.*

7. Poſt Sanƈtiſſimi Viri obitum quædam mulier, *Tulceda* al. *Tulſeda* nomine, paralyſis peſte prægravata, ac propterea unius brachij & humeri officio deſtituta, feretrum illius acceſſit, tetigit, & ſana receſſit. 62. *Paralytica ſanatur.*

8. Alia mulier, *Otta* appellata, auditis *S. Gualfardi* prodigijs, *Henricum* filium ſuum, gravi unius oculi infirmitate detentum, ad feretrum adduxit, primitùs manu, poſteà pede S. Viri oculum filij ſui attigit, & ſanavit. 63. *Oculi infirmitas abſtergitur.*

Plures quoque ibidem tam viros quàm mulieres, è diverſis ægritudinibus curatos, cæcos illuminatos, contraƈtos extenſos, febribus æſtuantes liberatos, deprehendimus, de quibus, ne in volumen & verborum copiam protrahamur, ac legentibus tædio veniamus, tacendum duximus, inquit Auƈtor vitæ *S. Gualfardi* apud *Papebrochium c. l. fol.* 829. Nihilominus addo ſequentia. 64. *Variæ ægritudines curantur.*

Hh 2 9. Poſt-

65. *contractus erigitur.* 9. Postquàm *S. Gualfardi* Corpus terræ mandatum, *Joannes* natione *Tridentinus*, ab umbilico deorsum adeò miserè erat contractus, ut nonnisi clunibus terræ incumbentibus incedere valeret, ad arcam S. Viri delatus, in oratione ibidem perstitit, sana membra, plebe spectante, impetravit, ac stans ambulánsque erectus omnes adstantes de miraculo certos reddidit.

66. *Paralyticus ambulans redditur.* 10. Alius paralyticus *Andreas Veronensis*, cunctis ex uno latere attractis membris, solummodò jacere potens, ad sepulchrum *S. Gualfardi* deportatus, sine ullius adminiculo domum rediit.

67. *Lignum resolvitur.* 11. Ancilla, ex patria Teutonum oriunda, ad diem *S. Margarethæ* festivè celebrandum, se voto adstrinxerat; à sua autem Domina compulsa in pratum ad fœnificium exercendum egreditur, dúmque corradere fœnum attentat, rastrum operantis manui, acsi accrevisset, inhæsit. Equidem rastri pars superior ac inferior excedens manum aridam & contractam secandô avellebatur, lignum autem de rastri stylo manui inhærens, nulla vi humana erat abstrahendum. Itaque misera ancilla *S. Gualfardi* patrocinium, omnium ore tunc celebratum, ferventissimis precibus implorans, super ejus arcam vegetâ suâ manu alteram cum inhærente ligno contractam maximâ fiduciâ reposuit, & protinùs manus arida pristinum vigorem recepit, atque lignum anteà eidem inhærens, spontè sua se resolvit, ancillâ ingenti cum gaudio *S. Gualfardo* gratias agente, lignúmque à manu resolutum (per multos annos cunctorum oculis expositum) pro anathemate ad *S. Viri* sepulchrum suspendente.

68. *Pecten eximitur.* 12. Pari beneficiô *Guilbertum*, in die festo pectines conficientem, *S. Gualfardus* beavit, dum unum ex pectinibus laborantis manui accrescentem oranti ad suum sepulchrum exemit.

69. *Fauces reserantur.* 13. Fæmina aliqua de *Terratio* (loco in extremo agro Veronensi propè *Bevilaquam* sitô) faucibus obstructis vix respirare, gustare autem nihil, nisi cultello os referaretur, poterat, à *S. Gualfardo* in somnis edocta, ut suum sepulchrum pro medela inviseret. Invisit, supplex oravit, integram sanitatem recuperavit, decimas omnium suorum bonorum Ecclesiæ ibidem in perpetuum memnosynon obtulit, nunquam sui Sospitatoris obliviosa.

70. *Iliaco morbo medetur.* 14. *Redalda* Domina quædam per annos ferè sedecim immensum iliorum dolorem passa, humanis remediis frustra adhibitis, pro remedio ad *S. Gualfardi* ossa preces & lachrymas fudit, remedium accepit, morbô iliaco sanata.

15. In

15. In dœmonia *S. Gualfardus* ad suum sepulchrum mirum exercuit dominium. Nam duæ puellæ de Episcopatu *Tridentino* à dœmone captæ, sunt solutæ. Vir aliquis de castello *Marciana* al. *Marzana* maligno spiritu infestatus, à trium annorum infestatione liberatus: Germanus, à diabolo obsessus, nec ad sepulchrum *Christi* Domini, nec ad *S. Jacobum* Compostellæ, nec ad limina *Apostolorum* libertate donatus, *S. Gualfardi* Sepulchrum visitans, cum duobus suis Patriotis, S. peregrinationis comitibus, in patriam à stygio hospite liber, est reversus. 71. *Energumeni liberantur.*

Hæc *S. Gualfardi* beneficia sunt adducta ceu ejus Sanctitatis indicia, & ad laudandum DEUM in suis Sanctis motiva. Plura qui desiderat, ex ipsa S. Viri vita apud *Papebrochium* c. l. petat.

FRIDERICUS à *Klingenstein* Augustanus Campidonensis Ordinis *S. Benedicti* Princeps & Abbas 1138. Honestus ac (*Bruschius Chronolog. Monaster. verbô Campidona*) verecundus vir, mortalitatem exutus anno 1152. die 3. Aprilis. Anno 1138. 72. *Campidonensis Abbas.*

B. Frater TERTERICUS Augustanus, Ordinis S. *Francisci.* Vir ômni ex parte perfectus, etiam (*ex præfatione in editionem formulæ Novitiorum B. Fratris David de Augusta*) miraculis clarus. Primus à *S. Francisco* ejusdémque Commissario *F. Cæsario* Spirensi Alemanniæ Superioris Minister Provincialis fuit constitutus: uberrimos in vinea Seraphica proferens fructus, eam multiplicatis Vinitoribus mirificè excoluit, diem suum extremum plenus sanctitate claudens, *Augustæ* in Ecclesia Fratrum Minorum Conventualium, quam ipse *Virgini Gloriosæ* dicatam reliquit, sepultus anno 1231. In libro conformitatum *S. Francisci* ad vitam JESU Christi, hæc scripta reperiuntur. 1231. 73. *B. Terterîcus Ord. S. Francisci.*

Locus Augustæ.

In loco Augustæ jacet Frater *David* Sôcius Fratris *Bertholdi*, vir in omni disciplina decentissimus. In eodem loco jacet Frater *Terterîcus*, Minister ejusdem Provinciæ (*Argentinæ*) vir miræ perfectionis & sanctitatis.

B. F. DAVID Augustanus, Ordinis *S. Francisci*, authoritate nostri *Trithemij de Scriptoribus Ecclesiasticis*, Vir in Divinis Scripturis exercitatus, vitâ & conversatione insignis, in declamandis sermonibus ad populum ingenij excellentis fuit. Scripsit quædam aperto sermone opuscula, quorum lectio devotis Fratribus non est contemnenda. 1. Formulam Novitiorum, de exterioris hominis 1271. 74. *B. David Ord. S Francisci.*

reformatione ex Monasterij *Pollingani* codice desumptum. 2. Formulam Noviciorum de interioris hominis reformatione & 3. Informationem de septem processibus Religiosi Status ex Ethalensis & Diessensis Monasteriorum Bibliothecis desumptas. Tres hi libri cum vita *S. Gualfardi* à B. F. *Davide* conscriptâ formis Joannis Prætorij Augustæ Vindelicorum sunt editi anno 1596. Leguntur etiam à memorato B. F. *Davide* compositi sermones

1. In præcipuas *Deiparæ* festivitates.
2. Sermones de tempore.
3. Sermones de Sanctis, & alij libri.

75. *Magister B. Bertholdi.* *Raderus in Bavaria Sancta volum. 1. fol. 52. & 54.* tradit, B. *Bertholdum*, germanissimum *S. Francisci* Alumnum, mirabilem in diversis Provincijs Prædicatorem, *F. Davide* virtutis Magistro usum fuisse. Insuper ex M. S. Conventûs *Monacensis* hæc refert: anno prædicto CIↃ CCLXXI. XVII. Kalend. Decemb. obiit Reverendus Religiosissimus Pater *David*, in Augusta sepultus, Socius *Fratris Bertholdi* de Ratispona, qui scripsit libellum de exteriore & interiore hominis compositione secundùm triplicem statum, videlicet incipientium, proficientium, & perfectorum, & brevem expositionem super regulam Fratrum Minorum, ut clariùs habetur in ejus legenda, quàm in majori Chronica posui. Hora obdormitionis ejus revelata fuit *B. Bertholdo*, actu *Ratisponæ* prædicanti, qui recommendans eum populo hunc versum:

Qui pius prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus, fuit & quietus, vita dum præsens, &c.

Anno 1228. in ejus laudem dixit. Hæc *Raderus ex M. S. Conventûs Monacensis c. l.*

76. *Abbas Augusta.* SIBOTHO *Stolzhirsch* Patritius Augustanus, Vir potens & opulentus, unanimi Confratrum calculo ex Ecclesiæ Custode anno 1288. in festo *SS. Gordiani & Epimachi* in Abbatem *S. Udalrici* electus, non autem Agnatorum Procerum vi atque potentiâ (ùt scribit *Gasserus in annalibus August. fol. 179.*) intrusus: quamvis non negaverim, quòd à suis Dominis Cognatis Augustanæ Reipublicæ Primoribus adjutus clavum tenuerit, *Wolfardô* Episcopo propediem Neo-electo Abbati *Sibothoni* plurimùm adversante; unde etiam adversitatibus cedendum ratus, post quadriennium Abbatiâ dimissâ, pristinum suum officium administrandum suscepit, posthàc 23. annis vigilans Ecclesiæ Custos. Obijt 1315.

RU-

RUDOLPHUS de Augusta, Patavij transalpinorum Rector Magnificus (duo tum temporis Rectores simul creabantur) Academiæ statuta correxit anno 1302. 1302. 77. *Rector Patavij.*

Joannes Chonoldius al. Honold Augustanus, Cæsariensis Ordinis Cisterciensium Abbas anno 1303. Præfuit annis octodecim, decessit ex hac vita anno 1321. 1303. 78. *Cæsariensis Abbas.*

CONRADUS WINCKLER Augustanus, Abbas *S. Udalrici* nonis Maij anno 1334. Vir vitæ integer, eruditione clarus, prudentiâ conspicuus, frugi œconomus, *Ludovico IV.* Bavaro Imperatori (anno 1313. electo & anno 1347. ætatis 63. Imperij 33. defuncto) à confessionibus, ejus Capellanus, & omnium liberorum de sacro Christianæ regenerationis fonte Susceptor, seu *Patrinus*, ita ab ipsomet altedicto Imperatore in suis litteris, anno 1335. datis, appellatus huiatibus verbis: Unserem lieben Gevatteren und Capellan mit einer Gunst einer besonderen Freundschafft. Imò in diplomate, Monachij 1340. expeditô, etiam titulô *Principis* honoratus. Extat diploma istud in illæso originali, & in Archivo nostro asservatur, quod inter alia hæc habet: Ehrwürdiger Abbt von St. Ulrich zu Augspurg / unser lieber Fürst / ꝛc. 1334. 79. *Abbas Augusta.*

Anno 1333. primo statim sui Regiminis anno *Conradus* Monasterium, à suo Antecessore è cineribus excitatum, splendidis ædificijs perficere studuit, sed laudabile perficiendi studium vix non sævissimum extinxisset incendium, domos plùs minùs ducentas quinquaginta, claustrum Monialium *S. Nicolai* (anno 1542. Senatus decreto abolitum) & claustrum S. *Margaretha* (in usum Hospitalis pauperum à Magistratu Civili conversum ex p. 1. fol. 566.) absumens. Voracissimus ignis mense Julio ab *Afra* sylva (vulgus clivum illum, elisa canina literâ, à simijs *Affenwaldt* cognominat) occœpit usque ad portam, nomen à fornice seu fabrorum arcu trahentem, sævijt, nec non per plateam pistoriam usque ad portam rubram furens, etiam extra hanc portam ædificia in favillas redegit. Sub rapacissimo hoc igne jam proximus ardebat Ucalegon *S. Udalrici & Afra* Monasterium: hac autem vice sine damno, DEO protegente, custoditum, jus tamen triste *Vulcani* anno 1342. subire cogitur, Ecclesiâ (ùt mox narrabo) divinitùs conservatâ. 80. *Incendium Urbis sævissimum.*

Anno 1334. *Conradus* Abbas non solùm claustrum, villam, pomariúmque exterius, sed etiam claustro vicinas urbis plateas muris circumdedit, plateas fornicibus, fornices bipatentibus valvis 81. *Vicina platea muris cinguntur.*

vis præmunivit, valvis vias ad claudendum aditum nocturno tempore obsepivit.

82. *Arcus ad ingressum Eseri.* In viculo ad ingressum *Eseri*, ùt vocant, & ad egressum pomœrij seu præsidij superioris militum visitur etiamnum hodie fornix unus seu arcus, claustralis jurisdictionis supra vicinas illas vias & ædes & hortos monumentum, hac inscriptione notatum:

Abbas Conradus bona Claustri taliter hujus
Arcu consignans muros munimine cingens.

83. *S. Ursulæ Monialium sepultura ad S. Udal.* Anno 1335. sex devotæ Virgines, emptâ domunculâ cum hortulo, juxta rivulum *Schwal* inierunt contubernium (nunc ad *S. Ursulam* Monasterium Ordinis *S. Dominici* Monialium) communem & pauperem vitam amplexæ, *Conrado* Abbate mortuis sepulturam in peristylio ad *S. Udalricum* concedente.

84. *Anniversarij fundatio.* Eodem anno 1335. die 16. Januarij sub gubernatione *Conradi* Abbatis *Henricus* Rex de Bohemia & Polonia, Dux Carinthiæ Comes Tyrolis & Goritiæ, &c. (ùt litteræ Fundationis sonant) Missam S. *Crucis* cum anniversario fundavit, assignatis quibusdam redditibus *Bulsani* percipiendis, sed hodiedum disceptationi subjectis.

85. *Henrici Regis privilegium.* Eodem anno 1335. *Conradus* Abbas à Præfato Serenissimo Rege *Henrico* confirmationem privilegij, jam antiquitùs obtenti, impetravit, quòd decem *Karradæ vini latini* de civitate *Bozana* ad civitatem *Augustanam* absque vectigalium solutione possent deduci, & transvehi, *Leopoldo I.* privilegium cum augmento iterum confirmante.

86. *Ludovici IV. diploma.* Eodem anno 1335. *Conradus* Abbas ab antè dicto Imperatore *Ludovico* impetravit diploma, vigore cujus receptus est in Imperatoris Capellanum, Ejúsque Monasterium, homines, res, bonáque omnia in specialem protectionem sunt assumpta. Diploma etiamnum in originali reperitur in Archivo nostro omnino integrum, ubi & legendum.

87. *Incendium claustri.* Anno 1342. Monasterium magnificè à *Conrado* Abbate reædificatum repentinis ignibus deflagravit. Adhærens quoque Ecclesia increscentibus flammis correpta, fatalem opperiebatur interitum.

88. *Ecclesia conservatur.* *Conradus* igitur, seposito humano juvamine, ad Divinum confugiens: atque DEUM Sanctósque Tutelares præcipuè Sanctam *Afram* in adjutorium devotissimè invocans, sibi subditos in exemplum traxit, non sine prodigio: quippe ex Conventu Religiosis, DEI & *S. Afræ* opem implorantibus, ac responsorium: *Martyr sancta*

DE

DEI, concinentibus, divinitùs ignis derepentè ſopitus in fumum abijt, Eccleſiâ citra damnum conſervatâ.

Quare, in perpetuam beneficij cœlitùs accepti gratam memoriam, inſtituit ſupplicationem annuam, Dominica, immediatè Feſtum *Aſcenſionis Domini* antecedente, per gyrum Monaſterij cum SS. Reliquijs peragendam, more hiſce temporibus conſuetô, ſed nonnihil immutatô. 89. *Proceſſio*

Anno 1354. *Conrado* Abbati *Carolus IV.* Imperator Pragâ *Auguſtam* dono miſit Iconem argenteam inauratam, ad figuram Epiſcopi pectore tenus *Pragæ* efformatam, unà cum ſuppedaneo, iconibus argenteis inauratis exornatô. Incluſit huic Iconi *Conradus* Abbas cranium *S. Dionyſij* primi Epiſcopi Auguſtani & Martyris Avunculi *S. Afræ*, etiamnum in Sacriſtia templi *S. Udalrici* religioſè aſſervatum. Vid. *p. 1. fol. 56.* 90. *S. Dionyſii pectoralis icon argentea.*

Porrò *Conradus* Abbas non ſolùm congiarijs & pretioſis muneribus hinc inde ſuâ prudentiâ acquiſitis Monaſterium ditavit, idque muris ac fornicibus à vicinorum & civium ædibus diviſit, ſed etiam multa bona oppignorata redemit, nováque magno ſtudio & labore comparavit, atque Abbatiæ quaſi ſecundi Fundatoris titulum meruit, poſt 22. annorum regimen è vivis ſublatus die 30. Septembris anno 1355. 91. *Bona acquiſivit, & redemit.*

CLASSIS II.

Auguſtæ Natorum ad Eccleſiaſticas Dignitates evectorum ab anno 1400. uſque ad annum 1600.

JOANNES III. *Küſſinger* al. *Ruſſinger* Auguſtanus, ex Monacho & Cellario Monaſterij *SS Udalrici & Afræ* Auguſtæ Vindelicorum Abbas *Ottoburanus* anno 1400. ubi per quadriennium ea morum & oris gravitate Præſulem egit, ut *Auguſtana* Abbatiâ vacante ex *Ottoburano* Monaſterio ad *Auguſtanum* revocatus unanimibus Capitularium votis *Abbas* fuerit conſtitutus anno 1404. Non ſolùm à *Stephano* Comite Palatino, & Duce Bavariæ, &c. &c. in Sacellanum ac in ſpecialem protectionem ſuſceptus, ſed etiam à *Sigiſmundo* Rege, &c. &c. varijs privilegijs donatus, nec non in diplomate, *Viennæ* 1422. expeditô, *Capellani & Principis* titulô honoratus. Fuit autem vir Sagacis ingenij & providi animi, accuratus *Regulæ* Be- Anno 1400. & 1404. 92. *Abbas Ottoburanus & Auguſtanus.* 93. *Capellani & Principis titulô honoratus.*

Benedictinæ Censor, atque collapsæ propemodùm disciplinæ Monasticæ, & sese postliminiò erigentis, propagator: pristini rigoris amorem reduxit, eúmque mirâ lenitate *Udalricianis Monachis* instillavit, nemine jam extra chorum, minùs extra Monasterium saltante.

94. *B. V. M. dies octava Purificationis Festi.* Anno 1410. Sub *Eberhardo* Comite à Kirchberg Episcopo, & *Joanne Küssinger* Abbate *Guilielmus Rembold* Collegiatæ Ecclesiæ S. *Mauritij* Canonicus & Custos constituit, ut in Monasterio *SS. Udarici & Afræ* Festi Purificationis *B. Dei Genitricis* dies octava sub ritu duplici celebraretur, numerata certa pecuniarum summâ.

95. *Mitræ usus.* Eodem anno 1410. *Jannes* Abbas jam antehàc in Monasterio *Ottoburano* Infulâ Pontificali decoratus, usum mitræ aliorúmque Pontificalium pro se suísque in Abbatiâ *SS. Udalrici & Afræ* Successoribus impetravit per Bullam à *Joanne XXII.* Papa sui Pontificatûs anno I. *Bononiæ* expeditam: postmodùm per aliam Bullam ab *Innocentio VIII.* anno 1485. confirmatam.

96. *Sigismundi Regis privilegium I.* Anno 1415. *Joannes Abbas S. Udalrici* à *Sigismundo* Rege Romanorum confirmationem omnium privilegiorum ab Imperatoribus & Regibus Romanorum Monasterio *S. Udalrici* antehàc collatorum, obtinuit.

97. *Privilegium II.* Anno 1417. & 422. sub Joanne Abbate altissimè fatus *Sigismundus* iteratò Monasterium *S. Udalrici* in specialem suam protectionem Imperialem suscepit, eandémque vice suæ Regiæ Majestatis *Civitati Augustanæ*, pro libitu tamen semper revocabilem, demandavit. Vid. num. 232. & seqq.

98. *Privilegium III.* Anno 1418. *Joannes* Abbas suum Monasterium à pensionarij onere liberavit, acceptô à *Sigismundo* Rege sequenti diplomate.

WIr Sigmund von GOttes Gnaden Römischer König zu allen Zeiten / Mehrer deß Reichs / und zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / ꝛc. König. Bekennen und thun kund offenbar mit disem Brieff allen / die ihn sehen / oder hören lesen. Wiewohl Wir Hannsen Oetzlinger / Unseren lieben Getreuen / begnadet / und ihm Unser ersten Bett-Briefe an die Ehrsambe Abbt und Convent deß Closters zu Sanct Ulrich zu Augspurg gegeben hatten / begehrend / daß sie ihn in ihr Closter aufnemmen sollen /

ſollen / ꝛc. Jedoch / wan Uns nun fürbracht iſt / daß dieſelben Abbt und Convent darmit faſt und großlich beſchwärt worden / darum mit wohlbedachtem Muth und rechter Wiſſen / haben Wir die vorgehend Unſer erſteren Bett-Brieff / als von wegen deß vorgehenden Oetzlingers gegeben / widerrufft und abgethan / widerruffen und thun ab in Krafft diß Brieffs und Unſer Königlichen Macht / und wöllen / daß die vorgehende Abbt und Convent den vorigen Hannſen in ihr Cloſter aufzunemmen nichtmehr verbunden / ſonderen deß entladen ſeyn ſollen. Mit Urkund diſes Br effs verſiglet / mit Unſerem Königlichen anhangenden Inſigel. Geben zu Augſpurg nach Chriſti Geburt vierzehen hundert Jahr und darnach in dem achtzehenden Jahr den nächſten Sambstag nach St. Franciſci Tag Unſer Reich deß Hungariſchen / ꝛc. in dem zwey und dreyſſigſten / und deß Römiſchen in den neunten Jahren.

Eodem anno 1418. *Anſelmo de Nenningen* Summo Eccleſiæ Auguſtanæ Cathedralis Cuſtode, & *Friderico à Graveneck* Sapardinenſis Monaſterij in Ungaria Abbate, de Epiſcopatu Auguſtano contendentibus, Civitas *Auguſtana* interdicto ſupponitur; cúmque multi minis, alij alijs medijs ad ſacra more ſolito peragenda compellerentur, *Joannes* Abbas cum ſuo Religioſo Conventu, nec minacia verborum fulmina, nec infeſta Principum ac Magnatum fulgura veritus, perſtitit immotus, pœnæ ſpiritualis *interdicti* obſervantiſſimus. 99. *Papæ obedit.*

Eodem anno 1418. *Moguntiæ* ab Abbatibus Ordinis *S. Benedicti* in Conventu RR. FF. Eremitarum Ordinis *S. Auguſtini* ſecundum Capitulum (primum *Petershuſij* celebrabatur) Provinciale fuit inſtitutum, *Joanne S. Udalrici* Abbate cum *Fuldenſi Joanne à Merlaw* & *Campidonenſi Friderico de Laubenberg* Abbatibus præſidente. Plura alia laude & famâ poſteritatis digniſſima geſſit, ſanctum Ordinem Benedictinum protegendo, diſciplinam monaſticam plantando, Monaſterij ædificia partim reparando, partim noviter exſtruendo, donec creſcentibus annis creſcebat corporis infirmitas, ac virium debilitas, nec non in dies decreſcebat pharmacorum uſu hactenus continuata ſanitas; Medicorum itaque conſilio ad ther- 100. *Præſidet in 2. Capitulo.*

mas profectus, ad mortis metam properavit, vitæ munere inibi perfunctus anno 1428.

101. *Mors Abbatis.* Funus, *Augustam* reductum, Sacellum *S. Agnetis* (nunc per pacem Westphalicam Lutheranis pro exercitio adjudicatum) recepit: grande marmor, Abbatem mitratum cum pedo pastorali exhibens, posteritas in gratitudinis monumentum posuit, hisce adhuc temporibus in peristylio Monasterij spectandum.

Anno 1407. 102. *S. Crucis Præpositus.* HENRICUS III. *Endorfer* Augustanus, Præpositus *S. Crucis* Augustæ, sui Antecessoris jam aliquamdiu Adjutor, postmodùm canonicè electus Successor anno 1407. Vir DEO & hominibus acceptissimus, laudabiliter 28. annis præfuit, die 3. Novembris anno 1435. è vivis sublatus.

1428. 103. *S. Udalrici Abbas à Martino V. confirmatus.* HENRICUS VII. *Heütter* Augustanus, Abbas *S. Udalrici* Augustæ anno 1428. electus, à *Bruschio Chronol. Monast. verb. S. Udalrici. n. 38.* pessimè, sed perperam, descriptus, suffragante sequenti *Martini V.* Bullâ.

Martinus Episcopus Servus Servorum DEI. Dilecto Filio Henrico *Abbati Monasterij Sanctorum* Udalrici *&* Afræ Augusten. *Ordinis* S.Benedicti *Salutem & Apostolicam* Benedictionem. *Apostolice solicitudinis studium circa diversa, quæ nostris agenda incumbunt humeris, est illud potissimum, ut circa Ecclesiarum & Monasteriorum omnium statum salubriter dirigendum, sic diligentiâ contemplemur intenta, quòd Ecclesie & Monasteria ipsa nostre provisionis auspicijs superni suffragante favoris auxilio præserventur à noxijs, & salubribus proficiant incrementis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod olim Monasteriô Sanctorum* Udalrici *&* Afræ *Augusten. Ordinis sancti* Benedicti, *cui quòndam* Joannes *illius Abbas dum viveret, præsidebat, per obitum ejusdem* Joannis, *qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, Abbatis Regimine destitutô, Dilecti Filij Conventûs dicti Monasterij pro celebranda futuri inibi Abbatis electione, vocatis omnibus & singulis, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt hujusmodi electioni commodè interesse, die ad eligendum præfixâ, ut moris est, convenientes in unum, te etiam tunc Monachum dicti Monasterij Ordinem ipsum expresè professum, & in Sacerdotio*

con-

conſtitutum in eorum & præfati Monaſterij, cujus Abbatialis menſe fructus redditus & proventus, triginta March. argenti ſecundùm communem extimationem valorem annuum non excedunt, & pro cujus proviſione ad Sedem Apoſtolicam recurſus haberi non conſuevit, Abbatem concorditer elegerunt, túque electioni hujusmodi illius tibi præſentato decreto conſentiens, eam à Venerabili Fratre noſtro Petro *Epiſcopo Auguſten. auctoritate ordinaria confirmari obtinuiſti, in his omnibus ſtatutis à jure temporibus obſervatis, nec nõ vigore electionis de te factæ & confirmationis prædictar. poſſeſſione, vel quaſi regiminis & adminiſtrationis bonorum ejusdem Monaſterij fuiſti aſſecutus. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, de electionis prædicte, ut præmittitur, de te facte, & confirmationis hujusmodi viribus, ab aliquibus heſitetur. Nos igitur apud quos de religionis zelo, vitæ munditiâ, honeſtate, morum ſpiritualium providentia, temporalium circumſpectione, & alijs virtutum donis multipliciter commendaris, tuis & ejusdem Monaſterij ſtatui ac indemnitatibus ſuper his cupientes opportunè providere, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica tibi auctoritate concedimus, quod electio de te, ut præfertur, facta, & confirmatio prædicta, prout aliàs ritè proceſſerunt, ac quecunque inde ſecuta perindè à dato præſentium valeant, plenámque obtineant roboris firmitatem in omnibus & per omnia, ac ſi per nos, & ſedem ipſam nulla de proviſione dicti Monaſterij ſpecialis vel generalis reſervatio facta foret. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis & alijs contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignatoionem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Genezam. Peneſtrin. Diœc: Idibus Auguſti Pontificatûs noſtri Anno undecimo.*

Notet hæc Bruſchius.

B. de Puteo.

Anno 1430. ſub *Henrico* Abbate inſigne caldarium pro aqua benedicta conſervanda in poſtica propemodùm templi parte poſi- 104. *Caldarium.*

tum,

tum, quod pluribus annis stetit illæsum, totâ licèt templi machinâ corruente.

105. *Capitulū 8.* Anno 1432. sub eodem *Henrico* Octavum Ordinis *S. Benedicti* Capitulum in Monasterio ad *SS. Udalricum & Afram* fuit institutum.

106. *Cæsar excipitur.* Anno 1434. *Sigismundus* Imperator, ingenti cum comitatu Nobilium *Augustam* ingressus, in Monasterio *S. Udalrici* divertit, ab *Henrico* Abbate exceptus.

107. *Basiliense privilegiū.* Anno 1435. *Henricus* Abbas à Generali Synodo *Basiliensi* omnes libertates, gratias, immunitates, privilegia ac indulta Romanorum Pontificum, nec non omnes libertates & exemptiones Secularium exactionum, à quibuscunque Imperatoribus, Regibus, Principibus & Potestatibus suo Monasterio concessas, obtinuit confirmatas.

108. *Alberti Regis privilegium.* Anno 1439. *Henrico* Abbati *Albertus* II. Rex Romanorum protectionem Imperialem impertivit, eámque pro libitu revocabilem vice sua *Civitati Augustanæ* seriò demandavit.

109. *Abbatis mors.* Denique *Henricus*, post expletos undecim Abbatialis regiminis annos, mortalitate sua defungitur annò 1439. die 27. Februarij, lapide sepulchrali in peristylio ante fores exedræ seu Capituli diem prænotatum, & non primum diem Martij (ùt tradit *Stengelius in mantiss. fol* 57.) designante.

Anno 1440. 110. *S. Crucis Præpositus.* JOANNES *Dachs* Præpositus *S. Crucis* Augustæ annò 1440. Vir singulari prudentiâ præditus: clavum dexterrimè gubernavit: œconomiam maximis incrementis auxit: collapsum monasterium quasi de novo præclarè erexit: suos Canonicos Regulares ad omnem pietatem erudijt, & triginta annis utilissimè præfuit; subitaneam tamen mortem oppetijt, inventus in suo conclavi mortuus 1470.

1471. 111. *Fultenbacensis Abbas.* GEORGIUS *Helffer* Augustanus, ex Monachò *S. Udalrici* Abbas Fultenbacensis anno 1471. Re & nomine Auxiliator, utpote Monasterij Fultenbacensis jam ferè extincti Resuscitator, Annalibus Fultenbacensibus miserandum suum statum hoc modo describentibus:

Non enim locus Religioni aptus, non favilla devotioni congrua, non agri cum fructibus: non prædia cum censibus, non villæ cum redditibus, non denuò supellectilia nominis digna inveniebantur, sed quæque vel irreligione abolita, vetustate collapsa seu detrimento

to irrecuperabili erant devastata. Quapropter idem Reverendus P. Georgius *tanta Religionis sanctæ incommoda perspiciens, omni, qua potuit, humanáque fragilitas permittebat, insudabat opera, ut cuncta dilapsa, diruta, oppressa, ac pessundata, recuperaret, instauraret, nec non vigilanti studio conservaret. Meritò igitur hic fidelis Domini servus secundus Fundator nominari haud abs re poterit, præter námque Ecclesiam nihil murati ædificij inibi offendebat. Hic tandem seniô gravatus, Cœnobióque reædificato, feliciter (uti speramus) in die S.* Matthæi *Apostoli & Evangelistæ obdormivit in Domino, anno Virginei Partûs 1503. regiminis verò sui 32. Cui tale epitaphium adscripsimus.*

Conditur heu Lector Abbas venerandus in alma
Pace DEI hic Helffer nomine Georgius.
Hic sacra fana suis reparavit sumptibus, atque
Prædia collegit, reddituúmque bona.
Hic Fratrum cœtus restaurat, relligionis
Normam perficiens, edocuítque piè.
Tandem Milleno Quingentino tribus auctis
Annis, persolvit tristia jura necis.

HENRICUS *Fries* Augustanus, Abbas *S. Udalrici* Augustæ unanimibus eligentium suffragijs electus anno 1474. Vir miro morum candore, integerrimæ pietatis laude, & speciali castitatis prærogativâ conspicuus, nec non *Virgini Deiparæ* devotissimus, inde Virginei nomen adeptus, vel ob intemeratum Virginalem animum, vel ob eximium erga *Virginis Virginum* cultum: in hanc enim cynosuram *Henricus*, quoad vixit, perpetim oculos fixit, suis Religiosis Filijs jejunia, SS. preces, aliáque Mariana exercitia spiritualia indixit. Anno 1474. 112. *S. Udalrici Abbas.*

Appropinquante *Christi* Servatoris nostri Incunabulorum tempore, certas devotiones ad *Virginis Matris* puerperium celebrandum præscripsit, atque ad pallium Virgineum, ex Angelicis Salutationibus concinnatum, in Festo *Purificationis B. V. MARIÆ*, eidem pro puerperij munere offerendum, pios fideles instruxit: ipsemet illo die in crypta *S. Gothardi* (præsentibus puerperij munus offerentibus) ad aram operans, ac ceu nitidum Clientis Mariani specu- 113. *Deiparæ devotissimus.*

speculum coruscans. Ad latus scalarum, ubi è domitorio ad Ecclesiam descendebatur, B. Virginis MARIÆ statuam cum Archangelo Gabriele: *Ave gratiâ plena*, salutante, ex ligno venustè sculptam posuit, hoc adjecto versu:

Pertransire cave, nisi tu quoque dixeris ave.

114. *Instaurator Ecclesiæ.* Mariano cultui junxit *Henricus* culturam librorum, & ædificiorum, sacræ Supellectilis amplificationem, & novi templi miserabili casu eversi erectionem.

115. *Ventus horribilis.* Anno 1474. primo protinus anno Regiminis *Henrici* Abbatis, die 29. Junij, SS. *Petro* & *Paulo* Apostolorum Principibus sacrô, horâ III. pomeridiana, *Friderico* III. Imperatore cum Imperij Principibus & cunctis Ordinibus etiamnum in comitijs agente, repentina ac insolita tempestas oborta ventorum furijs terrificè urbem afflixit, mœnia multis in locis læsit, cænacula in hortis convulsit, arbores radicitùs evulsit, fenestras passim horrificè disrupit, templi *S. Crucis* tectum dejecit, non paucis in viciniâ domibus oppressis. Dum

Adversi rupto ceu quodam turbine venti
Confligunt. *2. Æneid.*

Templum quoque *S. Udalrici*, ingenti fabricâ reliquis Urbis ædificijs supereminens, continuis octo annis è fundamentis erectum, & superiori primùm anno integrè absolutum, tectô priùs à parietibus avulsô, deîn adeò vehementi ventorum impetu concussum fuit, ut uno velut momento tota machina concidens humi procubuerit, in lapidum acervum miserandâ metamorphosi conversa.

116. *Hominum oppressio.* Accumulavit clades hominum calamitatem calamitate: quippe eâdem horâ *Hieronymus Lieber* Parochus & *Thomas Eber* Coadjutor cum civium turma, ad justa funebria, annuo more in templo mortuis persolvenda, congregati, mortem non omnes evasêre: sed involvit ruina hæc *Parochum, Coadjutorem*, & triginta tres cives, quinquaginta ex ijs ad Sacellum S. *Bartholomæi*, in sinistra templi ala situm, confugientibus, suáque fugâ mortem effugientibus.

117. *Templi navis & S. Afræ ara.* *Henricus* Abbas, periculô isto cautior redditus, posteriore mox anno 1475. ad nova & firmiora fundamenta templi jacienda manum adjecit: magno ausu & sumptu posteriorem ejus partem (navem appellant) tam ad necessitatem & perpetuitatem, quàm ad elegantiam, ùt hodie conspicitur, reædificavit: in Festo S. *Scholasticæ* aram S. *Afræ*, in honorem hujus S. Martyris, & S. *Scholasticæ*,

sticæ, nec non S. *Ursulæ*, ejúsque Sodalium, consecrari curavit. Ne autem fabricæ ultimam manum imponeret, Libitina manum injecit: alia autem ædificia aut è fundamentis eduxit, aut ad suam perfectionem perduxit.

Dormitorium à suo Antecessore inceptum penitus absolvit. Tri- 118.
clinium columnis marmoreis suffultum, & picturis decoratum, no- *Dormitorii.*
viter construxit. Atrium Monasterij lapidibus silicibúsque stravit. 119.
Titulô emptionis Castellum *Hattenhausen* sui juris fecit, & deci- *Triclinium.*
mas in Bobingen à *Wilhelmo Hagenoër* Patritio Augustano an- 120.
no 1479. acquisivit. Sacellum *S. Gregorij* dormitorium inter & *Atrium.*
templum condidit. Bibliothecam aliquot libris, propriâ manu de 121.
scriptis, plurimis aliunde comparatis, copiosè adauxit, multos pro *Hattenhau-*
Chori usu conscribi jussit, sacram supellectilem pretiosis margaritis, *sen, & de-*
monilibus, iconibus, præcipuè B. V. MARIÆ. statuis, locupleta- *cimæ Bobing.* 122.
vit. *S. Gregorij*

Sacellum subterraneum seu cryptam *S Gothardi*, ab *Henrico* *Sacellum.*
Müller cive Augustano ornatè instauratam, ac pictam, novis San- 123.
ctorum picturis & amplioribus fenestris illustravit. *Libri.* 124.

Præter memoratum *Henricum Müller* plures munificos Subsi- *S. Supellex.*
diarios, ad templi ædificium aut Monasterij ornamentum promo- 125.
vendum, sua suaviloquentia promeruit. Ex his *Joannem Rochum* Ec- *S. Gothardi*
clesiæ S. *Udalrici* Parochum, *Wolfgangum Stamler* civem Augu- *Sacellum.*
stanum, *Casparum Hofreiter*, *Andream Frickinger*. egregij viri *Joan-* 126.
nis Vitel, aliquot vicibus Consulis Augustani (ab *Udalrico Schwarz* *Patroni.*
Consule injuriosè accusati condemnati, & anno 1477. injustè decollati) Socerum, ejúsque filium, nec non prædicti *Joannis Vitel* conjugem, &c.

Insuper præfatus *Wilhelmus Hagenoër* & *Hermannus Nördlinger* 127.
Patritij Augustani quatuor prædia, duo in *Bobingen* & totidem in *Bobing. Or-*
Ortelfingen, calicem argenteum, & pretiosas vestes, ad cultum *telfing.*
Divinum solenni ritu peragendum destinatas, anno 1480. dono dederunt: alij alia donaria contribuêre, partim ruinâ templi partim Eutrapeliâ *Henrici* Abbatis excitati, & attracti.

Demum, postquàm *Henricus Abbas* anno 1480. Ossa *S. Adelbe-* 128. *S Adalbero-*
ronis Augustani olim Episcopi sub fornice Ecclesiæ *S. Udalrici* in- *nis inven-*
venta, & honorifica translatione in Sacristiam illata, inter reliquas *tio.*
SS. Reliquias reposuisset: cúmque Monasterium octenniô utilissimè gubernâsset, ab aliquot annis æger pedibus in lectulum mortualem cadens, Sacramentis omnibus ritè munitus, æternitatem die 9. Mar-

tij anno 1482. adijt, ante excedræ fores cum tali virtutum suarum elogio conditus:

129. *Epitaphiū.* *Abbas Henricus Zelator Relligionis,*
Olim flagrabat totus amore DEI.
Virtutum eximius Cultor, Cultor quoque morum,
Virginis intactæ buccina jugis erat.
Annos explevit multos in cælibe vita,
Ejus defuncti hîc membra sepulta jacent.
Spiritus æthereum purus conscendit in aulam:
Pro vitæ meritis annuat Omnipotens.

130. *Ratisbonensis & Frisingensis Præpositus.* MARCUS FUGGERUS Augustanus, *Jacobi Fuggeri* Senioris die 14. Martij 1469. demortui, & ad S. *Mauritium* sepulti Filius, die 26. Martij 1448. natus, J. U. Licentiatus, B. Mariæ *Ratisbonensis*, & S. *Joannis Frisingæ* Præpositus, nec non Summi Pontificis *Xisti IV.* Magister Registri supplicationum. *Romæ* non absque suspicione sinistri accidentis obijt 19. Aprilis 1478. ætatis 30. sepulturæ mandatus in templo S. *Mariæ* animarum cum hoc marmoreo monumento illic erecto.

131. *Ejus epitaphium.* *Hic jacet Venerabilis Dominus Marcus Fugger de Augusta, Canonicus Augustens. Beatæ Mariæ Ratisbonensis, & S. Joannis Frising. Ecclesiarum Præpositus, Decretorum Licentiatus, Magister Registri supplicationum, Scriptor, & hujus Hospitalis Provisor, qui ætatis suæ 30. annorum 24. dierum obijt die 19. Aprilis anno salutis 1478.*

132. *Ab Augustanis Canonicatûs possessione impeditur.* Anno 1474. Præfatus *Marcus Fuggerus* à Summo Pontifice *Sixto IV.* obtinuit Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonicatum; attamen possessionem nunquam adeptus, *Udalrico de Rechberg* Decano cum Reverendissimo *Capitulo* Augustano confirmationem Apostolicam statuti, excludentis cives Augustanos eorúmque filios è Cathedralis Ecclesiæ Canonicatibus, impetrante. Bulla Pontificia *Sixti IV.* Romæ die 8. Julij 1475. expedita sic se habet.

133. *Augustanorum Filij non admittuntur ad Canonicatū.* Sixtus Episcopus, &c. *Sanè sicut exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum* Decani & Capituli *Ecclesiæ Augustensis Provinciæ petitio continebatur. Ipsi olim providè considerantes, per antea ultra hominum memoriam in dicta Ecclesia statutum, & inviolabiliter observatum fuisse ex causa, quòd cives Augustenses nitebantur opprimere eandem Ecclesiam, ut nullus civis Augustensis directè vel indi-*

rectè

rectè reciperetur in Canonicum prædictæ Ecclesiæ, ne tamen aliqui, quamvis non cives, ipsorum tamen civium vel civitatum Augustensium filij, contra statutum hujusmodi successu temporis indebitè se opponere forsan prætenderent, ex quo, si fieret, magna damna ipsi Ecclesiæ evenire possent, cùm tales amore Patriæ possent verisimiliter secreta Capituli ipsis civibus revelare, & privilegia, litteras, ac jura ipsis tradere, aut aliàs ab Ecclesia alienare, quod cederet in magnum damnum Ecclesiæ, ex præmissis & suadentibus causis matura super hoc deliberatione præhabita eidem statuto adjecerunt & ordinaverunt, quòd nullus, qui fuerit, aut sit civis Augustensis filius, etiam prætextu cujuscunque provisionis seu mandati de providendo præsentationis seu electionis in Canonicum prædictæ Ecclesiæ admittatur, prout in ipso statuto, cujus tenorem, si de verbo ad verbum insereretur, præsentibus haberi volumus pro sufficienter expresso, pleniùs continetur. Quare pro parte Decani & Capituli *prædictorum asserentium, quòd statutum & ordinatio hujusmodi ad quietum statum ipsius Ecclesiæ ac personarum nec non conservationem Jurium ejusdem plurimum deserviunt, præsertim, ne cives seu illorum filij, cùm fierent de gremio* Capituli, *amore Patriæ & Parentum forsan allecti, facilè possent in detrimentum Ecclesiæ Civitati partiales fieri, & secreta ac Jura ipsius* Ecclesiæ, *atque* Capituli *revelare seu communicare civibus, ac Jura & monumenta ipsis tradere, & assignare, qui Cives frequenter eosdem* Capitulũ *&* Ecclesiã *molestare, ac in juribus suis nituntur admodùm perturbare, quòd super juribus & oppressionibus Ecclesiæ inter ipsos Capitulum & cives diversæ disceptationes aliquando habitæ sunt, & habentur hodie, quæ procul dubio asperiores, frequentiores, & periculosiores formidarentur futuræ in gravamen Ecclesiæ, si statutum hujusmodi salubriter ordinatum non deberet ad unguem observari. Nobis fuit humiliter supplicatum, ut statuto adjectioni & ordinationi præmissis pro illorum subsistentia firmiori, & ne de illis valeat imposterum quomodolibet hæsitari, aut cives, aut eorum filij prædicti de gremio dicti Capituli existentes in detrimentum ejusdem Ecclesiæ partiales Civitatis fieri possent, robur Apostolicæ confirmationis adjiceretur. Nos igitur statu-*

 tum,

tum, adjectionem & ordinationem prædicta, ac ea concernentia, omnia & singula in eis contenta authoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia confirmamus & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes singulos tam Juris quàm facti defectus, siqui forsan intervenerint in ijsdem, ac decernentes ex nunc omnes & singulas cassationes, & annulationes statuti & ordinationis hujusmodi etiam in ea simili scientia per Nos *vel* Sedem Apostolicã, *nec non acceptationes, collationes, provisiones, uniones, annexiones, incorporationes, & quascunque alias dispositiones, etiam authoritate & scientia prædictis contra statutum, adjectionem, & ordinationem hujusmodi deinceps forsan faciendas, nisi de illis eorúmque totis tenoribus plena specifica individualis & expressa, non autem per generales clausulas mentio & derogatio motu proprio, & ex certissima scientia fiat & habeatur, nullius existere firmitatis, nec eosdem admittere teneantur, illísque in judicio & extra ubicunque exhibitæ fuerint vel ostensæ, tanquam infectis & non concessis nullam fidem adhibendam esse, nec adhiberi debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac alijs ejusdem Ecclesiæ juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, cæterísque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1475. octavo Idus Julij. Pontificatûs nostri anno quarto.*

L. Griphus
S. de Spada.

134. *Jacobi Fugger bona comparata.*

Fuit altè fatus *Marcus Fuggerus* Frater Germanus *Jacobi Fuggeri* Junioris, Illustrissimæ suæ Familiæ exaltatæ Decus præcipuum. Quippe hic *Jacobus Jacobi Senioris* ex septem Filijs Filius natu minimus, à *Leone X.* Eques auratus & Comes S. Palatij Lateranensis creatus, à *Maximiliano* & *Carolo V.* Impp. in Consiliarium assumptus & Nobilitate donatus, Comitatum *Kirchberg* & *Marstetten*, Dominium *Weissenhorn*, *Pfaffenhoven*, *Wuelenstetten*, *Schmiehen*, *Biberbach*, *Fussendorff* & *Trysachhausen* comparavit, suísque Fratris *Georgij* Filijs (utpote ipse improlis) reliquit. Arcem *Fuggerau* in Tyroli, Arcem *Kirchberg* in Suevia, aliásque in locis suorum Domini-

miniorum construxit, ædes *Fuggeras* in foro vinario renovavit, atque exornavit, nec non donationes munificentissimas in causas pias fecit. Ad S. *Annam* Sacellum magnificum cum hypogeo pro se & sua Familia condidit: organum musicum, 16000. fl. constans, ibidem posuit, Missam quotidianam, processionem cum Venerabili Sacramento menstruam, anniversarios dies, ac plura Divina Officia fundavit. Denique mortalitatem exuit, sepulturam ad S. *Annam* nactus cum duobus epitaphijs in *1. parte fol. 332. num. 117. adductis.* Anno

FRIDERICUS *Mayr* Patritius Augustanus, Decretorum Licentiatus, Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis Canonicus, resignante *Udalrico Aresinger* LL. Doctore Præpositus ibidem 1474. Legitur etiam Præpositus Eystettensis, Mospurgensis ac Illmonasteriensis. 1475. 135. *Frisingensis Præpositus.*

BERNARDUS *Arzett* Patritius Augustanus, Præpositus *S. Mauritij* anno 1478. Vid. *pars 1. cap. 10. ad annum* 1497. 1478. 136. *S. Mauritij Præpositus.*

NARCISSUS *Pauman* Augustanus, Abbas Benedictoburanus. Vir magnæ eruditionis & exquisitissimæ virtutis; Prior primùm, dehinc anno 1483. Abbas *Benedictoburanus*, per modum inspirationis ab omnibus unanimi calculo electus, inter Abbates Benedictoburanos memoria dignissimus, dum sub initium sacri Regiminis æri alieno dissolvendo, murisque monasterij reparandis occupatur, subito singulari DEI permissu, concubiâ nocte, ex famulitij incuria, exortum incendium Monasterium totum, unius fermè horæ spatiô, in tristissimos cineres redegit, & damnum 30000. aureorum intulit, nonnisi Sacris Divorum lipsanis, archivo librisque melioribus &c. furori flammarum ægerrimè præreptis. Indoluit gravissimè, & ad morbum usque tantis malis pijssimus Pater: at voto *Virginum Virgini*, de ejusdem Sacello singulari cura reparandô, devotè nuncupatô, felicissimè paulò pòst convaluit, & annuente *Divino Numine* Monasterium, paucorum annorum spatiô, in statum pristinô meliorem restituit. Habuit ijs temporibus inter alios Serenissimos Hospites, etiam *Maximilianum* Augustum Romanorum Regem, à quo plurimùm æstimatus, dilectus, mensæ adhibitus, & privilegiorum quorundam Tyrolensium confirmatione clementissimè est donatus. Deputatus interim à Provinciæ Statibus ad collectas communes, mox à Serenissimo Bavariæ Duce *Alberto* in causa gravissimi cum *Ruperto* Duce dissidij *Landishutum* mittitur, ubi laudatissimè functus officiô suô, ad *Augustana* quoque Comitia vocatur. Illuc integerrimâ valetudine delatus, post dies pauculos in sua illa patria (non sine suspi- 1483. 137. *Benedictoburanus Abbas.*

cione veneni) denascitur, à Serenissimo Duce *Alberto* haud secùs ac parens optimus amatus, & ab universis summorum & infimorum Ordinibus summè post mortem deploratus. Obijt post viginti & unius anni regimen vir pijssimus, Pater optimus, 10. Kalendas Maij anno 1504. quotidie Defunctorum Officium in vita recitare solitus. Ejus venerandum cadaver *Augustâ* reportatum in via magnis & ubique solennibus luctibus exceptum, domi tandem ab orbatis filijs, non sine plurimis lachrymis, debitissimi amoris testibus, receptum, terræ fuit mandatum.

Anno MARCUS *Hörlin* Patricius Augustanus, Doctor, Canoni-
1485. cus Frisingensis 1474. Præpositus ad *S. Vitum* 1485. Præpositus ad
138. *S. Andream* ibidem 1486. Obijt 1517.
Frisingensis Præpositus.

1489. 139. *S. Georgij Præpositus.* LAURENTIUS *Felmann* Augustanus, Præpositus ad *S. Georgium* Augustæ. Vir providus, insignis Oeconomus, & sui Monasterij Administrator fidelissimus. Ecclesiam novam adjectô perpulchrô chorô construxit. Pro 2140. florenis Rhenanis à *Waltero de Gumpenberg* emit bona in *Norendorff*, *Flein*, *Aspach*, *Ortelfingen*, *Förtingen*, &c. dono accepit sub certis conditionibus à *Thoma Freyhamer* Cive Augustano prædium in *Axheim* cum aliqua Huba in *Gersthoven*. Tandem post 25. annorum regimen mortuus sepelitur in Ecclesia sua prope turrim cum sequenti epitaphio.

140. *Anno Domini 1489. Laurentius Felmann Præpositus hujus Mo-*
Epitaphium. *nasterij electus est, sub quo anno sequenti totius Ecclesiæ extructio & amplitudo inchoata est, posteaquam solertia sua hoc opus & reparationem chori consummari curavit. Hic obijt anno Christi M. D. XV. Quindecimo mensis Februarij. Cujus anima requiescat in pace.*

L. F. P.

1496. 141. *Thierhaupt anus Abbas.* JOANNES IV. *Hardlieb* Augustanus, Abbas Thierhauptanus. Pius in Pauperes, liberalis in egenos, & nequaquam *Hardlieb* seu duræ charitatis: nam premente annonæ charitate, impellente proximi charitate, mendicabulis ex aheneo vase coctos cibos quotidie ipsemet distribuit. Meliùs non consulturus nominis sui famæ, quàm cùm consulisset aliorum fami. Ast tempora iniquissima suo Monasterio impendentia prævidens anno 1501. resignavit, & qui vivus tam beneficè pauperes pavit mortuus corpore, quod in *Rhain* terræ mandatum, vermibus in pabulum cessit, animâ ad Beatorum convivium anno 1505. avolante.

1496. 142. *Augustanus Abbas.* CONRADUS *Mörlin* Augustanus, Abbas S. *Udalrici* Augustæ, Compromissoribus *Friderico Comite de Zolleren* Episcopo Augustano

ſtano, *Joanne Epiſcopo Adramytteno. Bartholomæo Buchshorn* Abbate Donawerdano, *Georgio Helſſer* Abbate Fultenbacenſi, atque *Conrado Frölich*, agente vices *Vicarij*, coram publico Notario per compromiſſum eligitur anno 1496. die 20. Januarij, ac illicò ab ipſo Epiſcopo *Friderico* memoratis duobus Abbatibus Aſſiſtentibus ſolenniter inauguratur die 2. Februarij, in Feſto Purificationi B. V. MARIÆ ſacro. Vir mediocris ſtaturæ, colore ſubnigro, doctrinæ laude excellens: in verbis de re Divina ad populum dicendis facundiſſimus, Summis Principibus chariſſimus, *Maximiliani* Imper. Conſiliarius: quamvis podagrâ & chiragrâ multùm tentatus, erat tamen æqua animi ſinceritate placidiſſimus, pluribúsque alijs naturæ dotibus ornatus. Bina vice *Prioris* officiô functus, cunctis ſe affabilem & benignum exhibuit, & Abbas electus optimam de ſe conceptam ſpem abundè adimplevit.

Anno 1496. ab *Alexandro* VI. viſitantibus in templo *S. Udalrici* VII. altaria, ab Abbate loci deſignanda, ampliſſimas indulgentias impetravit. Diploma Pontificium coram omnibus Religioſis in exedra ſeu (ùt vocant) capitulo congregatis publicè fuit lectum, & ad oſculandum ſingulis traditum. 143. *Indulgentiæ 7. altarium.*

Eodem anno Sacellum Sanctis *Joanni Baptiſtæ* & *Joanni Evangeliſtæ* ſacrum, & ad privatum Abbatum Oratorium deſtinatum, ſupra *S. Symperti* Sepulturam conſtruxit. 144. *Sacellum S. Symperti.*

Sacram Ædem *D. Afræ* in campo Lycio noviſſimè inſtauratam ſacris Cæremonijs initiari curavit. 145. *S. Afræ templum.*

Interventu *Friderici* Epiſcopi Auguſtani & *Joachimi* Comitis Oettingani, per ſuos quatuor Religioſos Patres cum Fratre Laico ad Monaſterium *SS. Udalrici & Afræ* in *Neresheim* miſſos, id priſtino nitori Regulari reſtituit. 146. *Neresheimenſibus opitulatur.*

Plura prædia in *Viſchbach*, *Hauſtetten*, & *Finningen* coëmit. Multa munera ex auro & argento paſſim oblata vel ad ſacrum vel ad domeſticum Religioſorum uſum applicuit. Pro Parochia *S. Udalrici* Parochum ſeu Sæcularem, ſeu Regularem, ad nutum amovibilem, inſtituendi, poteſtatem ab *Alexandro* VI. obtinuit. 147. *Prædia, & Parochia.*

Anno 1497. Exedram ſeu Capitulum novis ſedilibus inſtruxit, ac ibidem amotâ Bibliothecæ januâ, & ad latus verſus meridiem collocatâ, altare affabrè ſculptum, ac indulgentijs donatum (de quo vid *pars 1. fol. 503. n. 47.*) erexit, nec non ſupra Bibliothecæ januam hoc tetraſtychum ſcripſit. 148. *Exedra Bibliotheca & ara privilegiata.*

Janua

Janua cui pateat, cogita, hæc clausa Viator!
Huic, qui docta virum scripta videre cupit.
Nam latet hic ingens variorum sylva librorum,
Quam penes hospitium Diváque Pallas habet,

Tabulam quoque prope eandem januam cum sequentibus versibus appendit:

Effuge, quisquis amas theonino erodere dente
Scripta virûm ingenijs evigilata bonis.
Est locus ille sacer, procul hinc, procul ite prophani,
Impia nec tangat limina sacra manus.
Non hîc Lydorum thesauri aut divitiarum
Pondera, non auri fulgida vasa nitent.
Non hîc attalico pretiosa aulæa paratu,
Gemmarum nihil, coccina nulla toga,
Sed quibus ingenio excellas monimenta require,
Priscis temporibus docta per ora data.
Mille simul, totidémque etiam repetendo, libellos
Invenies proprio quæque reposta loco.
Crediderim tantùm vix congessisse vetusto
Tempore Cecropias, Palladiúmque solum.
Quidquid & Ægytus Ptolomæis omnibus una
Collegit, nostris cedet & usque libris.
Sylva hîc quo moveare loco numerosa petenti
Offertur, libros perspicis omnigenos.
Ergo procul fuge, quisquis amas lacerare diserta
Scripta virûm ingenijs evigilata bonis.

149. *Tenebræ responsorium. & defunctorum aniversarius.*

Anno 1498. die 28. Martij *Conradus* Abbas præter responsorium *tenebræ*, Feria VI. cujuslibet hebdomadæ cum *versu* & *collecta* decantandum, statuit ac ordinavit communi consilio *anniversarium* pro Abbatibus & Confratribus defunctis *perpetuum*, aliásque preces & Sacrificia, juxta membraneas litteras à *Friderico de Zoleren* Episcopo Augustano confirmatas, quarum talis est tenor.

In

In Nomine Sanctæ ac Individuæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritûs Sancti, Amen.

„QUoniam à Beatissima Creatrice *Trinitate* mundissimas atque ab
„omni labe criminis liberrimas humanis corporibus singilla-
„tim infusas sue ipsi divinissime imagini iteratò à terrenis contagijs
„immaculatas rationales reddere animas, nilque, quod Summo
„ipsi *Creatori* displicet, aut contrahere, aut contractum reportare,
„oportet. Porrò communis (post Prothoplasti miserum lapsum)
„mortalis vite ratio, multis variorum discriminum casibus obno-
„xia, proniórque semper ad ruinam, aut paucissimos à crimina-
„lium lethali vulnere, aut venialium delictorum pulvere liberos
„reddit nullos; cùm utique, ut propheticus testatur sermo, hu-
„manæ perfectionis omnis justitia, divine collata equitati, immun-
„ditie obtineat rationem; obindéque, tametsi in hominum oculis
„justa adinstar perfecti decoris fulgere videntur: in conspe-
„ctu tamen judicis cuncta cernentis, cùm delinquenti parcat nulli,
„suéque incommutabilis justitiæ censura inultum malum non patia-
„tur ullum, verenda meritò nobis sunt opera nostra universa. Ob-
„inde nos *Conradus* Abbas, *Petrus Wagner* Prior, *Thomas Rieger*
„Subprior, *Mathias Umhofer*, *Wilhelmus Ranger*, *Wilhelmus Wit-*
„*wer*, *Leonardus Wagner*, *Johannes Peyrlin*, *Simon Weinhart*, *Bal-*
„*thasarus Kramer*, *Johannes Griesther*, *Sigismundus Zimmermann*,
„*Leonhardus Weinlin*, *Hainricus Hayden*, *Sigismundus Lang*, *Ste-*
„*phanus Degen*, *Andreas Barg*, *Leonhardus Gregg*, *Udalricus Flech-*
„*stenhar*, *Joannes Kônlin*, *Joannes Rôsinger*, *Antonius Restlin*, Sacer-
„dotes, *Simon Ridler*, *Erasmus Huber*, Diaconi, *Sixtus Schenck*,
„*Clemens Sender*, Subdiaconi. *Petrus Berckenmayr*, *Joannes Schrott*,
„Juniores. *Bernardus Wanner*, *Laurentius Michel*, *Joannes Frey*,
„Conversi, Almi Præsulis *Udalrici* triumphalísque Martyris *Afræ*
„insignis Cœnobij Conventuales Professíque Fratres, quos hoc ipso
„tempore amor *DEI* ardórque vite cœlestis sub ejusdem voti
„Regularísque observantie professione, ac arctioris vite, convictu pa-
„riter unanimes habitare fecit in domo DEI. Alta hec mente con-
„siderantes atque pre timore DEI contemplationéque pene future,
„ac glorie vite eterne, corde toto inter spem metúmque pavidi con-
„tremiscentes, ante judicium prudenter parare justitiam, donécque

 dies

„dies est, ac per hanc vite lucem DEI miserationes vacat inve-
„nire, virtutes pro viribus instanter operari, minúsque bene gesta
„pijs precibus actibúsque remedialibus compensare, atque ut sic
„dum *Creatoris* precepto è corporibus migrandum erit, immacula-
„tos ei Spiritus reddamus, viam parare cupientes, hec, que se-
„quuntur, Sancti Spiritûs implorata gratia unanimiter concluden-
„do, statuere, atque per nos Successorésque nostros omnes in hoc
„ipso Sacrosancto almi Patris *Udalrici* Divéque *Afræ* Monasterio
„inviolabiliter perpetuo observari, útque hec nulla unquam suc-
„cedentium obliviscatur posteritas, aut (quod absit) deleat ma-
„lè audax temeritas, ad perpetuam rei memoriam litteris ac ut-
„riusque, Domini Abbatis scilicet & Conventûs sigillis perenna-
„re, Divinæque ultionis interminatione, ac Sanctorum nostrorum
„Patronorum animadversionis imprecatione contra temerarios,
„ut infrà latiùs patebit, ex certa scientia publicè profitendo, &
„ad infrà scripta nos obligando, communire curavimus.

„*Primo*, quia non nostro sudore sed amarissimæ passionis
„*Christi* pretioso sanguine celi sunt nobis janue reseratæ, ne
„simus ejus pietati ingrati, sed jugis sit in nobis digna
„veneratione ejus memoria, atque per eam quoque ad resurre-
„ctionis gloriam perducamur, vitéque sic nostre decursum dirri-
„gat, ac exitum tueatur. Statuimus & ordinamus atque sub im-
„precatione Divine ultionis contra neglectores seu derogatores
„communi consilio ita agi inviolabiliter in hoc venerabili Sacro-
„sanctóque loco perpetim, ita ut nulla hec temporum diuturnita-
„te vicissitudinéve aboleantur, seu evi ullius longinquitate sene-
„scant, seriosiùs decernendo determinandóque per nos Successo-
„résque nostros irrevocabiliter observari volumus, ut singulis ferijs
„sextis post (juxta morem) decantatas horas, útve temporis ra-
„tio postulaverit, devotè ac attentè per plenam congregationem,
„accensis juxta imaginem crucifixi candelis ac lampadibus omni-
„bus, signo majoris campanæ, quo plebs *Christi* fidelium excita,
„aut ad Ecclesiam accurrens, aut in suis domibus consistens, DEI
„laudet misericordiam, interim sonante, Responsorium *Tenebre*
„*facte sunt*, &c. hoc ut sequitur Ordine cantetur. Et primum qui-
„dem, inchoante illud Presidente, pars ejus prima usque, *tunc*
„*unus*, &c. sensim tractímque cantetur, denique cum silentio pro-
„cumbentibus singulis ac genuflexis *Dominicam orationem* tacitè di-
„centibus, itémque ad signum Præsidentis cunctis resurgentibus,

alterę

„altera ejus parte citatiori voce percantatâ, duobúsque cantoribus
„versum, qui sequitur, ante imaginem Crucifixi reverenter pro-
„nunciantibus, repetita per chorum jam dicta altera parte, ac per
„duos juniores Fratres coram jam dicta imagine versiculo, scilicet
„*proprio Filio suo*, &c. cantato, Præsidens pronunciatione Collectæ,
„scilicet *Respice quæsumus*, &c. huic salutiferæ divinissimæque me-
„moriæ passionis Christi finem imponat.

„*Secundò*. Quoniam in multis delinquimus omnes, nec nisi
„usque ad novissimum quadrantem universo soluto debito *Creatori*
„rationalis jungatur anima, sanctáque ac salubris est cogitatio, ut
„à peccatis solvanrur, Domini pietatem pro defunctis exorare,
„eadem obligatione ac imprecatione, qua suprà statuimus & ordi-
„namus, ut ob remedium animarum, preteritorum præsentium
„& futurorum Dominorum Abbatum, Fratrúmque omnium hu-
„jus Monasterij Professorum, annua revolutione propensiori studio
„solenni hoc modo habeatur memoria. Itaque secunda post octa-
„vam Pentecostes, aut si festum duodecim lectionum id fieri ve-
„tuerit, sequenti tertia feria post Nōs, quatuor super venerabili
„Dive *Afre* Martyrísque Mausoleo accensis candelis, per plenam
„Congregationem devote cum tribus in fine Collectis, quarum pri-
„ma sit, *Deus veniæ Largitor*, &c. in qua tantùm Abbatum &
„Fratrum commemoratio fiat. Secunda, *Deus cujus misericordiæ*
„*non est*, &c. ut scilicet Benefactorum nostrorum, quorum utique
„largitione in hoc loco sustentamur, non sit oblivio. Tertia, *Fi-*
„*delium Deus*, ut scilicet nostre devotionis animabus omnibus ge-
„neralis fiat partitio concludendo, *Defunctorum* dicantur *Vespere*.
„Deinde eadem die, finitis cum conclusione ante *Salve Regina* Ve-
„speris, previo solenniori omnium signorum pulsu, atque super tum-
„bam *Afræ* Martyris duodecim accensis candelis, devote ac tractim
„*invitatorio* duntaxat ac *tertio nocturno* in nota cantatis, *majori-*
„*búsque vigilijs* dictis jam cum ultimo responsorio scilicet *Libera*
„*me*, &c. omnis Congregatio venerabiliter ad locum sepulturæ Do-
„minorum *Abbatum* & *Fratrum*, scilicet ad ambitum descendens,
„ibi, nihilominus quatuor priùs cereis accensis, devotè *laudes*
„alternatim dicendo, cum præfatarum *Collectarum* conclusione, ac
„*Aque benedicte* aspersione, turisque *odore* peroret. Posthinc in
„crastino *horâ* consueta, denuò accensis eodem numero super se-
„pulchrum *S. Udalrici* candelis, pulsúque campanarum celebriori
„facto, Missa devotiùs in ejusdem altari cantetur. Et ut solen-

„nis sit in ore omnium deprecatio, singuli *Sacerdotes Missas* cum „*Collectis predictis* singulas, *Clerici* autem *septem Psalmos* cum *Ly*-„*tania, Fratres* verò *conversi* quinquagesies *Dominicam Orationem*, „totiésque *Salutationem Angelicam* devotè concelebrando dicant. „Sanè ut in his omnibus celebrior accedat cultus, festiviórque sit „peractio, ac infirmorũ animus ad hujusmodi nostre magnifice con-„stitutionis prosequtionem alacrior exurgat, eâdem, qua cuncta hec „alia animi maturitate obligatione ac imprecatione volumus & con-„stituimus, inviolabilitérque omnis excusationis pretenso colore se-„moto, observari volumus, ut eadem die qua hec nostrorum De-„functorum solennis agitur memoria, Dominus *Abbas*, qui pro „tempore huic præest Monasterio, *Fratribus* omnibus, sine dimi-„nutione annonæ consuetæ, in piscibus & vino melioribus libera-„liter, utque Servos DEI decet, absque retractione charitatem fa-„ciat. In qua quidem annualis anniversarij peractione Reveren-„dissimi in Christo Patris ac Domini, Domini *Friderici Augustani* „*Episcopi*, cujus consensu, confirmatione ac sigilli appensione, ut „infrà videtur, hæc cuncta gesta ac communita sunt, pia fieri de-„bet cum participatione bonorum operum recordatio.

„*Tertiò*, eadem obligatione ac imprecatione, qua suprà sta-„tuimus & ordinamus, ut tam Dominorum *Abbatum*, quàm & „defunctorum *Fratrum* Conventualium singulorum, reverso post an-„num suæ defunctionis die, *primus* duntaxat *anniversarius* fiat, accen-„sis luminaribus ac pulsu campanarum solenniori, de sero quidem „cum *minoribus Vigilijs* ac ultimo responsorio, *libera me*, &c. sci-„licet propensiori, in fine tota Congregatione ejus visitante sepul-„chrum, ibidémque dicente ac concludente *Laudes*. In crastino „autem Missa cum pulsu, luminaribúsque consuetis (singulis *Sa*-„*cerdotibus* singulas *privatas Missas*, *Clericis* autem *septem Psalmos* „cum *Lytania*, *Fratribus conversis* quiquaginta *Pater noster* totidém-„que *Ave Maria* pro requie animæ defuncti Fratris devotè dicen-„tibus) venerabiliter ac solenniter agatur. Præterea, nomine de-„functi *Abbatis quidem* usque ad obitum sui Successoris, *Fratris* „autem *Conventualis* per circulum anni duntaxat, singulis Dominicis „diebus juxta morem per nostræ Parochiæ Provisorem ex ambone, „palam cum pia exhortatione, quo pro cujus placita requie *Chri*-„*sti* fideles *Divinitati* supplices preces offerant, memoriter distincte-„que coram universa plebe pronuntietur.

„*Quartò*, eadem obligatione ac imprecatione, qua suprà, sta-

tuimus

„tuimus & ordinamus, ut, quoniam nos Prædeceſſoréſque noſtri „motu pietatis fraternæque dilectionis, ac uberioris profectus ani„marum, mutuíque ſuffragij cum multis Monaſteriorum diverſo„rum Ordinum Congregationibus, datis nimirum utrinque in ejus„modi perpetui roboris firmamentum ſigillatis litteris, *Fœdera Fra„ternitatum* ſub certa orationum Miſſarúmque ac aliorum remedia„lium ſuffragiorum ratione contraximus, atque uſque in præſens „tempus tum nuntiorum, quibus paſſim *defunctorum Fratrum litte„rales denuntiationes* commiſſæ ſunt, dubiam fidem, tum & eorum, „quorum opera obitus *Fratrum* ad deſtinata loca deſignandi erant „incuriâ res intermiſſa eſt plerumque, aut plurimùm neglecta. Ob„inde Dominus *Abbas*, qui pro tempore huic loco præeſt, nequa„quam parcens expenſis, nec avarus nimiùm de minori cauſando „ſubſtantia, celerem animarum ſibi commiſſarum negligens re„demptionem, certo ſtipendio conductos per *veredarios feſtinos Nun„tios* ad quæque ſic nobis confœderata Monaſteria, quo eisdem ani„mabus debita obſequiorum ſuffragia maturiùs reddantur, facta ni„hilominus eisdem Nuntijs commiſſione, ut à quolibet Monaſte„rio de redditis litteris recognitionem reportent, prepropere mit„tat litteras.

„*Quintò* iterum eadem obligatione ac imprecatione, qua ſu„prà, ſtatuimus & ordinamus, útque, & vivis jugis ſit mortis ſalu„taris quotidiano aſpectu recordatio, defunctíſque continuata à „prætereuntibus pro beata requie ad *Divinitatem* ſupplicatio, con„ſtruatur *ædicula* in angulo ambitus juxta locum capitularem aut „quovis alio convenienti, & qui prætereuntium obtutibus ultrò „ſe offerat, loco, ubi oſſa *Fratrum* diligenter ac venerabiliter re„poſita, Dominorum *Abbatum* oſſibus ibidem diſtinctim notatis, „& vivis ut diximus mortis memoriam ingerant continuam, & „defunctis perpetuam poſtulent quietem. Enimverò & juxta ip„ſam ædiculam *aqua benedicta*, per ſolicitum *Fratrem* continuis ſuf„fuſionibus nutrita, devotioni omnium ſe paratam ſemper exhibeat.

„*Sextò*, eadem iterum obligatione ac imprecatione, qua ſu„prà, ſtatuimus & ordinamus, ut ob remedium memoriámque „animarum omnium defunctorum, ac in hoc ipſo loco ſepulto„rum noſtri ſcilicet Monaſterij Profeſſorum, atque edificationem „viventium, in ambitu juxta ſepulturas in loco magìs eminenti „*lampas* diu noctúque jugiter arſura ſuſpendatur, atque per ſolicitum „*Fratrem* crebrò refecta diligenter ac perpetim alatur.

„ *Septimò*, præterea & *ultimò*, eadem obligatione ac impreca„tione, qua suprà, statuimus & ordinamus, ut cuilibet Conven„tualium nostrorum Fratrum sepulchro, mox post ejus defunctio„nem *lapis parvus*, puta bipedalis, seu tantæ quantitatis, cui & „nomen Fratris defuncti, diésque defunctionis ejus & Nativitatis „*Christi* annorum numerus insculpi possit, superponatur, memo„riam ejus apud posteros conservans, & *superstites* sic vivere, ut eo„rum cum benedictione meritò post mortem memoria habenda sit, „admoneat, & defunctis à prætereuntibus pro beata requie *ora„tionum suffragia* precentur.

„ Nulli ergo *Successorum* nostrorum liceat quoquo modo ha„rum nostrarum constitutionum ordinationes ac decretorum saluta„res, concordésque voluntates, vel minuere vel alterare, quas tam „sancta *Fraternitatis unio* salubrísque præcogitatio non utique huma„no consilio, sed haud dubiè *Divina inspiratione* concepta, deli„beravit, statuit, & firmiter roboravit. Si quis autem (quod „absit) sibi nimiùm visus sapiens ausu temerario quæcunque con„trà attentavit, inducat super eum DEUS Almúsque Præsul *Udal„ricus & Afra* Martyr beatissima cum universa sua *Sancta Cohorte* „maledictionem, atque animæ ipsæ nostrorum Defunctorum ceu „contra Sacrilegum, justorúmque suffragiorum detractorem, à se„dente super Thronum *Judice vivorum* & *mortuorum* vindictam „æternam inclament. Et, quia quæ geruntur humanis negotijs „casibus subjacent, ac mutabilitati, nisi Scripturarum notulis robo„rentur, obinde, ne horum gestorum constitutiones oblivionis „vitio unquam denigrentur, sed potiùs ad perpetuam rei memo„riam apud posteros perennentur, firmitérque ac indelebiliter con„stent, hanc patentem earundem nostrarum ordinationum con„stitutionúmque paginam diligenter conscribi fecimus, ac in om„nium præmissorum debitam firmitatem, robur & testimonium, „*Sigillorum* nostrorum *Abbatialis* & *Conventualis* appensione com„munivimus. Actum, &, ut suprà patuit, communi omnium „consensu confirmatum in hoc ipso præfato *SS. Udalrici* & *Afræ* „Monasterio. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nona„gesimo octavo. Quinto Kalendas Aprilis.

Litteris hisce appensa visuntur etiamnum illæsa tria sigilla, *Episcopi*, *Abbatis & Conventûs*. Insuper omnes tam Clerici quàm Sæculares. responsorio *tenebræ* aut *anniversario* præsentes, lucran-

tur

tur 40. dierum indulgentias, ab altè fato Episcopo *Friderico* concessas.

Eodem anno 1498. *Conradus* Abbas *Christi* Crucifixi simulachrum, à celebri Artifice *Gregorio Erhart* Lapicida è lapide solido excisum, ante festum *S. Michaëlis* in cœmeterio *S. Udalrici* posuit, nec non circa prænotatum *S. Michaëlis* Festum aram ligneam, ab *Adolpho* memorati *Gregorij* Erhart Sororio pretio 350. fl. sculptam, supra altare *Plebani* erexit. 150. *Crucifixus & ara Plebani ponitur.*

Anno 1499. novi templi navem testudine concameravit, totúmque opus post Festum *S. Symberti* operâ insignis Artificis *Burchardi Engelberg* absolvit. 151. *Templi navis.*

Anno 1500. Amictu Pontificali indutus, cum *Friderico* Episcopo Augustano ejúsque Suffraganeo *Mariam Blancam* Mediolanensem, Cæsaris Conjugem, in Cathedrali Ecclesia excepit, ac honorificentissimè ad chorum deduxit, Musicis Hymnô Ambrosianô applaudentibus. 152. *Imperatricem excipit.*

Eodem anno 1500. convocatis Imperij Proceribus, *Maximilianus* I. Imperator publicum Augustæ Conventum celebravit, cúmque *S. Udalricum* non solùm quà præcipuum Patronum, sed etiam quà Cognatum (*Hedwigis* ex Comitibus Kyburgensibus Mater erat *Rudolphi I.* Imperatoris) ardentissimo amore coleret, ideò templi *S. Udalrici* inaugurationem, nec non pro novo choro è fundamentis educendo primum lapidem proprijs manibus ponere mente agitavit, idque die 13. Julij felici successu perfecit. 153. *Chorus extruitur.*

Itaque anno & die prædicto processio magno cum numero Magnatum Patritiorum & Civium ad Ecclesiam *S. Udalrici* instituebatur (de alia processione, cum admiranda devotione ab Imperatore & Imperatrice peractâ, vid. *pars 1. fol. 298.*) omnísque sexûs ac omnis ætatis numerosum vulgus Processionem comitabatur. Primus ex ordine Principum ibat *Bertholdus* Comes Hennenbergius *Archiepiscopus Moguntinus* multa canitie venerandus, & senio gravis, idcirco baculo nixus, mitratus tamen aliísque Pontificalibus insignibus ornatus. Hujus vestigijs insistebat Suffraganeus Eystettensis (Episcopo Augustano, pedibus ægrô, se domi continente) inter Abbates *S. Udalrici* Augustæ & S. *Crucis* Werdeæ mitratos medius. Tum Imperatoris Aula, mox ipse *Maximilianus* Imperator cum *Friderico Sanseverinate* S. R. E. Tituli S. Theodoti (Titulus iste hodie sublatus scribitur) Cardinale Diacono Legato Apostolico sequebatur. Deinceps reliqui Principes & Dyna- 154. *Processio solennis.*

stæ.

ſtæ. Secundùm hos *Fridericus* Dux Saxoniæ Princeps Elector, *Erneſtus* hujus Frater, Archiepiſcopus Magdeburgenſis Germaniæ Primas, *Albertus*, ac *Georgius* Bavariæ Duces, *Fridericus* Marchio Brandeburgenſis, *Henricus* Dux Mechelburgenſis, *Gabriel* Eyſtetenſis, & quotquot alij Principes, Comites & Barones Auguſtæ, in Comitijs ſubſiſtentes, incedebant. Ubi ad *S. Udalrici* Eccleſiæ fores perventum, *Archiepiſcopus Moguntinus* incóram omnium ſali, cineribus, ceteríſque ad dedicationem Eccleſiæ neceſſarijs ſolitam Benedictionem impertivit, Suffraganeo Eyſtettenſis Eccleſiæ conſecrationem committendô. Ipſe autem cum Imperatore atque præſentibus Principibus ad locum primis lapidibus ponendis progreſſurus, lapides (tres ſeptempedales ad hoc eranr deſtinati) de more luſtravit. His poſthàc in imum fundamenti demiſſis, Imperator cum Cardinale illuc deſcendit, ac ſumptâ trullâ & malleo argenteis, nec non aſſumpto cæmento, admodùm dextrè primum collocavit lapidem, Cardinalis protinus alterum queîs tertius demum cum ſequenti inſcriptione inſculpta ſuperimponebatur.

155. *Lapidis inſcriptio.*

JESU Chriſto ſacrum
D. Maximilianus Romanorum Cæſar Auguſtus ad III. Idus Julias à fundamentis lapidem hunc primum poſuit anno M. D.

156. *Trulla inſcriptio.* Trulla verò in poſitione primi lapidis adhibita, diúque in Sacriſtia aſſervata, & per infortunium perdita, hac epigraphe fuit notata:

Perpetuæ ſecuritati
Et Divo Udalrico Majori & Propinquo ſuo ex
Proſapia vetere Principum Ferretenſium
D. Maximilianus
Rom. Cæſar Comes de Phirt dedicavit.
Anno Jubileo M. D. Ad III. Idus Julias.

157. *Eques lapideus.* Porrò, ad teſtandam erga *S. Udalricum* devotionem, ac propagandam tantæ celebritatis memoriam, *Maximilianus* Imperator equeſtrem juſtæ magnitudinis ſtatuam lapideam extra chorum collocari præcepit. Equidem cæpta illa fuit, ſed non perfecta, prout hodie in angulo atrij Monaſterij conſpicitur, repræſentans equitem

tem militarem, rudi opere potiùs designatum, quàm verè expressum, quingentis tamen florenis constantem.

Præter solennissimam pro novo choro primarij lapidis positionem, *Maximilianus* Imperator omnibus S.R.I. Statibus mandavit, ut ad perficiendã *S. Udalrici* Ecclesiã subsidiô & auxiliô concurrerent: ipse autem brachiô argenteo sacrariũ illius ditavit cũ hac inscriptione, basi incisâ. 158. *Brachium argenteum, & theca.*

Anno Domini M. D. VI. Sanctorum Leopoldi ac Maximiliani Reliquiæ, huc per Divum Maximilianum Cæsarem Augustam transmissæ, hic continentur. In se habet. Dentem molarem de S. Maximiliano

Dimidiam Costam } *De S. Colomanno.*
Item aliud Os }

De Ossibus Sanctorum } *Leopoldi*, *Oswaldi*, *Henrici*, *Sigismundi*

De theca argentea Sudarij *S. Udalrici*, & parte de ejus militari vexillo, vid. *Pars 1. Cap. 9. Claß. 1. fol. 547. n. 46.* 159. *Veneratio S. Symberti.*

Sanctum quoq; Episcopum *Symbertum*, in Ecclesia S. *Udalrici* quotidianis Miraculis clarum, est veneratus *Maximilianus*, ad *S. Symbertum* appendendo militare trophæum, ab hostibus *Bohemis*, prope *Ratisbonam* devictis, reportatum anno 1504. Vid. *pars 1. cap. 6. claß. 2. n. 12. sect. 1. fol. 100.*

Imò non tantùm *S. Udalricum* & *S. Symbertum* colere *Maximiliano* placuit, sed etiam privilegiis munire *S. Udalrici* Monasterium, & ipsum *Conradum* Abbatem honorare voluit honoratissimo diplomate, anno 1500. datô. 160. *Conradus diplomate honoratur.*

Ceterùm munificentissimis Patronis suppetias ferentibus, *Conradus* Abbas & fundamenta jecit pro duabus Ecclesiæ *S. Udalrici* turribus, & Sacristiam locupletavit argentea inaurata miri artificij Statua *B. MARIÆ Virginis.* In hac Statua hæ continentur reliquiæ: 161. *B. V. M statua, & duæ turres.*

De Peplo
De Veste
De oleo miraculoso } B. Virginis MARIÆ
De lacte
De Sepulchro

In unius turris primario lapide talis visitur inscriptio

Sub anno incarnationis Christi M. D. VI. VIII. Kal. Julij, ac regimine D. Maximiliani Rom. Regis nec non Conradi Abbatis hujus nominis II. hic lapis hujus Turris primarius in præsentia Cleri ac populi sũmã cum 162. *Lapidum inscriptio.*

devotione & solemnitate locatus est sub eodem Abbate. In fundamento alterius turris hæc leguntur saxo insculpta verba:

Anno humanæ salutis M. D. VI. II. Kal. Junias Divo Julio II. Pont. Max. & Imp. Cæsare Maximiliano Augusto, invicto, Christianæ Reipublicæ, & Henrico Episcopo Ecclesiæ Augustanæ præsidentibus. Conradus Mörlin Abbas cum suo Conventu turris hujus lapidem primum gravissimis licèt impensis à fundamentis posuit.

163. *Conradus moritur.* Jactis turris utriusque fundamentis, *Conradus Abbas* totus in hoc fuit, ut opus cæptum summo nisu attolleret, cumq; plurimi ex avita pietate liberaliter in templi structuram & se & sua impenderent, ac operariorum mercedem annonæ vile pretium faceret exiguam & levem, facilè is ædificiorum molem consummâsset, qui fundamenta condidit; sed jussus â *NUMINE*, manum nondum fessam ab opere revocare, fatô defungitur in ipso Purificationis Immaculatæ Virginis *Mariæ* die anno 1510. Regiminis anno 14.

164. *Et sepelitur.* Cadaver demortui in peristylio fuit sepultum, ubi ejus insignia, cum mortis simulachro ex metallo artificiosè confecta, videntur; Cenotaphium verò lapideum è peristylio in exedram translatum hâc notatum legitur subscriptione.

165. *Epitaphiū.*

Vivus mihi hanc, sub qua mortuus quiescerem,
Domum paravi, sum etenim Conradus Mörlin
Cænobij hujus Abbas. Noli obsecro injuriam
Mortuo facere, quam nec tibi fecerim.

OB. Anno M. D. X.

Anno 1501. 166 *Cardinalis, Archiepisc. Salisburg. Episcop. Gurcensis, & Carthaginensis, Præpositus. &c.* MATTÆUS LANG à WELLENBURG, ex pervetusta Patriciorum Augustanorum Familia, Patre *Joanne*, Matre *Margarita Sulzerin* natus, *Maximiliani* Imperatoris intimus Consiliarius, *Gurcensis Episcopus, Præpositus Augustanus* anno 1501. *Archi-Episcopus Salisburgensis* 1519. S. R. E. *Cardinalis*, primò Diaconus *S. Angeli* in foro piscium, posteà ejusdem tituli *Presbyter*, demum *Episcopus Cardinalis Albanus* 1535. Jam secretò inter Cardinales anno 1511. adscriptus fuerat, & die Jovis 18. Decembris eodem anno publicatus. Regnante igitur *Leone X.* die 20. Novembris anno 1513. urbem petens, recusabat pileum Cardinalitium recipere, cùm diceret, illum, à *Julio* sibi missum olim recepisse. Cùm tamen solenni ritu non fuisset ejus capiti impositus, Cæremoniarum Magister se opposuit.

Quare

Quare decretum fuit, ut coram 12. Cardinalibus nocte antecedente ad publicum Consistoriū, in quo receptus fuit, ejus capiti imponeretur.

Vir singularis prudentiæ & doctrinæ, Magnificus, Beneficus, & maximè Hospitalis, qui de omnibus infimis pariter ac Summis bene mereri studuit, & propterea apud omnes Principes *Germaniæ*, præsertim apud *Maximilianum* Imperatorem, magnâ valuit authoritate. Multa *Salisburgi* præclara ædificia in aula & arce civitatis construxit. Plantavit *idem* vineam, quæ respicit pratum Abbatis *S. Petri*, eamq; omnis generis exoticis arboribus locupletavit. Mortuus est anno 1540. feria tertia Paschali, cùm vixisset annis 72. & præfuisset Ecclesiæ Salisburgensi annis 20. & 10. mensibus. Sepultus est in sumo templo ante Altare D. Ruperti. *Ita Hundius Metrop. Salisburg. tom. 1. f. 32. & 33.* Præfuit etiam Episcopus Ecclesiæ *Carthaginensi* in *Hispania*, ubi in campanaria turri primariæ Ecclesiæ hæc nostris adhuc hisce diebus extat memoria. *Anno* Domini *M. D. XXI. die XIX. Octobris inceptum est hoc opus sub Leone X. Summo Pontifice, sui Pontificatûs anno IV. CAROLO Imperatore cum Joanna Matre regnantibus in Hispania, à Matthæo S. Angeli Diacono Cardinale Episcopo Carthaginensi.*

167. *Langus ab Hundio descriptus.*

168. *Lang Episcop. Carthaginensis.*

De eodem *Matthæo Lang* Stengelius noster *Comentar. rer. August. p. 2. cap. 62.* hæc scribit: *Anno Christi M. D. I.* Matthæus Langus *Patritius Augustanus, primò Cæsaris Maximiliani Amanuensis linguæ latinæ, Sabbato Palmarum* à Raymundo Peraudi *Cardinale titul* S. Mariæ novæ *Legato Pontificio, ope* Georgij Divitis Bavariæ, & Alberti *Saxoniæ Ducum, investitus est in Cathedrali Præpositura, quam à Prædecessore suo Cardinale* Sabello (*ex* Stengelium *agnoscentem pro Præposito Augustano* Sabellum *Vid. pars 1. fol. 530*) *impetraverat, contradicentibus acerrimè* Canonicis Augustanis, *& queritantibus* Romæ. *His victis* Langus *dignitatem hanc plenè obtinuit anno M. D. III. in die Ascensionis Domini. Et præterea Cæsaris per* Italiam *Vicarius factus est: paulò post* Episcopus Gurcensis, *tandem S. R. E.* Cardinalis *ac* Archiepiscopus Salisburgensis. Item *c. l. cap. 63. ad annum M. D. XI. num. 16. hæc habet*: Matthæus Langus *ut sibi demereretur Capitulum Cathedrale* Augustanum, *cujus inviti* Præpositus *fuerat, hoc ei Privilegium a Papa impetravit, ut imposterum liberam haberet potestatem, sibi-ipsi eligendi* Præpositum, *quod antè* Romæ *impetrari oportebat. Eidem quoq; Præpositura* nova Insignia à *Cæsare impetravit. Addit* Stengelius. c. l. *Sequentia*:

169. *Præpositus Augustanus.*

170. *Præposituram facit liberam.*

Idem anno M. D. VII. emerat Arcem Wellenburg, *non procul.*

171. *Wellenburg emit.*

procul Augustâ *sitam, à cive* Antonio Laugingero*, quam permissu Cæsaris instauravit, sibi suoq; generi nobilitatem in eam comparavit, ut imposterum* Langij de Weilenburg *appellarentur. Ita Stengelius c. l.*

172. *Seditiosos in gratiam recipit.* Subjungo, quòd seditionem civium *Salisburgensium* & Rusticorum passus, seditiosos ad saniorem mentem reversos, *Augustæ* in gratiam postliminiò receperit, picturâ ad portam *B. V.* civicam Archiepiscopi gratiosissimam receptionem, & seditiosorum humillimam submissionem exhibente, adjectâ hâc subscriptione:

Matthæus Langius Patritius Augustanus Cardinalis & Archiepiscopus anno M.D.XXIII. Salisburgenses supplices in fidem recipit.

173. *S. Narcissi Capellam fundat.* Inveni quoq; sequentem inscriptionem, lapidi incisam, in Capella *S. Narcissi*, hujus Capellæ à se erectæ testem.

D.O.M. Divoq; Matthæo Ap. ac Narcisso Martyri Patronis, & ad sui Familiæq; Langorum memoriam, R. D. Matthæus S. Angel. Diaconus Cardinalis, Gurcens: & Coadiutor Salisburg. Imper. in Italia locum Tenens Generalis, ædem hanc ære suo à fundamentis erexit Anno M.D.XIII.

In huiatis Capellæ Hyperthyro seu superliminari hæc legitur inscriptio:

JOANNI LANG
ET MARGARITÆ CONJUGI
AUGUSTEN.
MATTHEUS. E. GURZEN.
AUGUSTENS. ET CONSTANTIENS.
PRÆPOSITUS
PARENTIB. DULCISS.
ET. TOTI. FAMILIÆ POSUIT.
M. D. XIII.

174. *Legatus ad Reges & Papam.* A Maximiliano Cæsare ad *Uladislaum, Ludovicum*, & *Sigismundum, Hungariæ, Bohemiæ, Pannoniæ*, & *Sarmatiæ* Reges Orator missus, ad fœdus inter se firmandum, rem ex sententia confecit. Deinceps ab altissimè fato Imperatore *Romam* ad Summum Pontificem ablegandus: quia circa id tempus Summus Pontifex *Leo X.* discedere *Româ* statuit, has ad *Langum* scripsit litteras.

175. *à Leone X. litteras accipit.* *Cùm certior factus sim, te ad urbem atq; ad nos adventare, qui quidem nuntius mihi sanè gratissimus fuit, Statutumq; mihi sit, relaxandi animi causâ, hodie Româ discedere, ne propterea adventum tuum differas. Si fortè Romæ nobis absentibus esse non appetis, scire te volo, per paucos dies me absuturum, quin etiam, cùm appropinquare tuum adven-*

Adventum intellexero, dabo operam, ut Nos jam reversos offendas, ut te alloqui, & quàm primùm videre, possimus. Dat. 9. Novemb. anno primo, Româ.

Posthàc *Langus* Romam movens, ex Pontificis & Patrum Consulto eisdem fuit exceptus honoribus, quibus Rex vel Regis Primogenitus Filius, totius Cleri & Collegij Cardinalitij comitatu honoratus. Ingressum pompámq; eleganter descripsit *Pierius Valerianus* apud *Ciaconium* ad annum 1503. fol. 299. & seq. 176. *Romæ excipitur.*

Deinceps in urbe commoratus, adventanti *Romam* Cardinali *Strigoniensi* Apostolico Legato cum multis hominum millibus extra portam obviàm unà cum *Ludovico* Rege profectus, quadringentos Aulicos secum habuit, classibus distinctos: in quarum prima *Prælati*, in secunda *Comites*, in tertia *Barones*, in quarta *Nobiles*, in quinta *Patritij*. 177. *Strigoniensem Card. excipit.* 178.

Præter litteras Pontificias suprà adductas alias, *Leo X.* Romanus Pontifex litteras, *Ægidij* Augustiniani Magistri commendaditias, ad *Langum* scripsit hujus tenoris. *Ægidio Ordinis Augustinianorum Magistro ad Maximilianum Imperatorem designatum proficiscenti, ut Legatum meum apud illum ageret, imprimis mandavi, ut tibi salutem plurimam diceret, quæq; à me discedens ad Maximilianum mandata habuit, ea tibi omnia nota faceret, uteretur(q;) in iis tractandis maximè omnium consilio tuo. Itaq; quoniam exploratum mihi est pro tua prudentia & authoritate, quantum adjumenti tuus ille favor sit allaturus, peto abs te, ut rem non magis atq; tuam, vel potiùs, ut verissimè dicam, omnibus Christianis populis communem, quantùm poteris, juves, Ægidiumq; ipsum, quem quidem pro singulari ejus humanarum divinarumq; artium omnium & litterarum doctrina, probitate, Religione ita diligo, ut neminem ejus Ordinis æquè charum habeam, & libenter videas, & ei quasi Dux & moderator sis earum rerum, quas tractabit, desq; operam, ut ipse tibi plurimùm debeat: mihi certè nihil gratiùs facere poteris, idq; ut facias, abs te peto. Datum Idibus Decemb. anno tertio Bononiæ.* *Aliæ Leonis X. litteræ.*

Joannes Penitianus dialogum, inter *Maximilianum* Cæsarem defunctum, & Cardinalem Gurcensem *Langum* adhuc inter mortales vitam ducentem, scripsit sequentem. 179. *De Langio encomium Penitiani.*

Card. *O Lux, ô nostræ Germanæ gloria gentis,*
Quo fugis, & quò nos destituis miseros?
Max. *Quæ mihi tam mollem rumpunt lamenta soporem?*
Parce precor lachrymas fundere, quisquis ades.

Card. *O qui fortunæ fueras pars maxima nostræ*
Cæsar, perpetuò tu mihi flendus eris.
Max. *Tu ne ibi es* Matthæe *meæ solatia vitæ?*
Agnosco vocem, Candide, Lange, tuam.
**Intellige multiplicis promotionis.* Card. *O Cæsar felix Genitor* quo vivis in orbe?*
Sentio in hoc sacrum Numen adesse loco.
Max. *Magnus eram mundo, risus fuit, optima nunc me*
Regna poli clemens jussit habere Deus.
** Non nativitatis.* Card. *Ergò colis superûm sine sollicitudine campos*
*Dive Pater * sed nos anxia cura premit.*
Max. *Pone graves curas, Senior propè deseret auras,*
Et tibi Rex Cœli regna superba dabit.
Card. *Nunc etiam curæ tibi sum? Sit gratia* Christo:
Sit tibi: Cœlicolas maxime Cæsar *adi.*

180. *Maximilianus an Langi Pater?* Posui in margine * *multiplicis promotionis* * *Non nativitatis*. Quia, cùm *Raderus Bavar. Sanct: volum: 11. fol. 247.* hujuscemodi verbis persuasus, *Matthæum Langum* ex *Langa* Patritia Augustana, & *Maximiliano* primo Imperatore natum scripsisset, in animadversionibus ad *volum: 11. fol. 204. & seq.* hæc sua scripta retractavit, atque *Matthæum Joannis Langi* & *Margarethæ Sulzerin* filium pronunciavit, ita, stemmate *Schrenckiorum, Langorum,* & *Ilsungorum* inspectô, informatus.

De Matthæo Lango C. Sylvanus Germanus ita cecinit.

Lange *Decus Patriæ non parvum, maxima dum te*
Missum à *magnanimo* Cæsare Roma *capit.*
Quo fueris plausu, quanto susceptus honore,
181. *De Largio etcomium Sylvatis.* *Hoc Boreas illinc novit, & inde Notus.*
Altus Apollo vetat non talia scire nepotes,
Dignus in æternum vivere vester honor.
Dimidium sæcli vix hunc memoraret honorem,
Et nunc perpetuus carmine fultus erit.
Te quoniam vates numeris pia vota receptant,
Eripitur morti fama, Decúsq; tuum.
Inter & excelsos vates VITALIS *honorem*
Vestrum jam fecit carmine perpetuum.

182. *Vitalis.* Alludit SYLVANUS Poëta ad panegyrim, à *Jano Francisco Vitali* compositam, & unà cum Epistola, Romæ III. Idus Novemb. 1512. exaratâ, *Matthæo Lango* Episcopo Gurcensi, Cæsareæ Majestatis

statis vicem gerenti transmissam. Legitur hæc Epistola & panegyris apud Ciaconium ad anum 1503. fol. 303. & seq.

De Eminentissimi Cardinalis & Celsissimi Archiepiscopi hujus 183. legationibus, actionibus, & totius penè vitæ periodo, videatur *Historia Salisburgensis lib. 4. c. 49. & seq.* Nec non *Matthæi Langi* itinerarium à *Richardo Bartholino* tribus libris conscriptum. *Historia Salisburg. & Bartholini.*

PETRUS WAGNER Augustanus, ex Priore Monasterij 184. *S. Udalrici Augustæ* Abbas *Thierhauptanus* anno 1501. Vir in adversis insuperabilis constantiæ, injurias Iliadem impleturas ab adversa fortuna passus. Anno 1504. die 1. Maij *Petrus* per hostiles manus omne peculium, & quidquid mobilium securitatis causâ transtulit *Neoburgum*, deperdidit. Die 24. Maij. *Petrus* & Religiosos & sæculares sibi subditos Thierhauptanos amisit. *Potestate seculari* & Religiosos & sæculares subditos adversus suum Abbatem & Dominum ad Juramentum *sibi* præstandum compellente. Die 8. Junij *Petro* de suo Monasterio *Thierhauptano* abactæ sunt 700. circiter oves, 27. vaccæ, 50. scrofæ, 60. capræ, & 32. equi. Die 7. Augusti in oppido *Thierhaupten* 87. domibus à militum manu combustis, in Monasterio quoq; omnia ædificia (exceptis duobus stabulis) unà cum ingenti frumenti & fœni copiâ in unum locum comportatâ, ignis consumpsit. Die 8. Septembris Monasterium *Thierhauptanum* iterum à Rusticis Suevis, damnum sibi à Rusticis Thierhauptanis illatum ulciscentibus, *Vulcano* est consecratum, solâ Templi turri cum 4. campanis remanente. *Thierhauptans Abbas.*

Hæc & plura alia *Petrus* Abbas animosè pertulit, donec duo- 185. bus propemodùm annis *Augustæ* apud suum fratrem calcearium (Abbati Monachisq; Udalricianis sub pœna perdendorum bonorum Hospitalitas concedenda prohibebatur) exul, suo Monasterio per Nobilem virum *Michaëlem Riederer à Bocksberg* restitutus, sacra & prophana restituit tantis, quantis valebat, viribus, post sui regiminis decennium mortis victima factus anno 1511. cùm anno 1502. mortualem confœderationem cum *S. Udalrici* Monasterio inijsset, nec non ejusdem Monasterij Religiosos omnium sacrificiorum, precum, & bonorum operum *Thierhauptanorum Religiosorum* participes reddidisset, datis super hoc litteris suo Abbatiali & Conventûs sigillô munitis. *Cum S. Udalrico confœderatio.*

Anno 1503.

JACOBUS BEHAM Augustanus Fultenbacensis Abbas 186. anno 1503. GEORGIJ HELFER æquè Augustani, & ad annum 1471. laudati, Successor. Antecessoris sui vestigia secutus, Mona- *Fultenbacensis Abbas*

Monasterij utilissimus Administrator. Verùm decimo mox anno sui Regiminis paralysi tactus, & in lectulum mortualem datus, post pauca temporis intervalla vitam cum morte commutavit, ipso die Exaltationis *S. Crucis* anno, 1513. veteri Poëtâ tale Epicedium canente.

Tristia persolvit necis hic Abbas Jacobus
Hujus jura loci nominis atq; Beham.
Anno Milleno quingenteno tribus auctis
Post decimum colimus, quo crucis alta sacra.
Relligionis erat Reverendus Pastor, amator
Perspipidus, justus, cum pietate nitens:
Hæc moveant igitur te Lector sistere gressus,
Anno *Effundas animæ vota benigna precum.*

1505. 187. *Frisingensis Decanus* SIGISMUNDUS SÄNFTL Patritius Augustanus J. U. D. Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Frisingensis anno 1485. Decanus 1505. Resignat Decanatum 1515. Moritur die 2. Martij 1519. ad *S. Benedictum* sepelitur.

1506. 188. *Ratisbonensis, Spirensis, Herbipolensis, Bambergensis, & S. Petri Augustæ Præpositus.* MARCUS FUGGER Augustanus, *Georgij* & *Reginæ Im-Hoff* Filius, 1488. natus, Juris Licentiatus, Prothonotarius Apostolicus, Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis, Præpositus anno 1506. Nec non Collegiatarum Ecclesiarum *SS. Germani* & *Mauritij* Spirensis, *S. Joannis* Monasterij Herbipolensis, *S. Stephani* Bambergensis, & *S. Petri* Augustæ Præpositus. Item *S. Sepulchri* Lignicensis Uratislaviensis Diœceseos Archidiaconus &c. Omnibus naturæ fortunæq; bonis cumulatissimus; cùm à præstantissimæ utriusq; laudis fastigio ob divinum, quo pollebat ingenium, proximè abesset, fati importunitate omnibus lugentibus ætate florente sublatus, obijt Romæ anno 1511. Ætatis 23. ibidemq; in Ecclesia *S. Mariæ* conditus est, sequente monumento marmoreo conditorij locum designante.

189. *Ejus Epitaphium.* *Hic jacet R. D. Marcus Fuger Augusten: Prothonot. ac Scriptor Apostolicus, Juris Divini Licentiatus. Ratisbonen. SS. Germani Mauritij Spiren. S. Joannis novi Monasterij Herbipolen: S. Stephani Bambergen. S. Petri in Perlaco Augusten: Ecclesiarum Præpositus, & S. Sepulchri Dominici Lignicen. Uratislaviensis Diœces. Archidiac. Qui vixit ANNOS XXIII. dies XXI. Obijt XXVII. Octobris. M. D. XI.*

PAU-

PAULUS LANG DE WELLENBURG Augustanus Patricius, Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis Canonicus 1506 Capitularis & Summus Custos ibidem 1515. Præpositus Werdseensis in Carinthia 1518. Frisingæ obijt die 12. Octobris. in peristylio sepultus. 1506. 190. *Werdseensis Præpositus.*

JOANNES KOLER Augustanus, Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Curiensis & Passaviensis Præpositus 1508. adhuc 1517. 1508. 191. *Curiensis & Passaviensis Præpositus.*

JOANNES SCHROTT Augustanus Abbas *S. Udalrici* anno 1510. unanimi eligentium suffragiô electus, à *Bruschio* & *Gassero* tanquam Impostor, bonorum Monasterij decoctor, turpitudine vitæ difamatissimus, & pessimi comatis homo descriptus: sed calamô, Hæreticis, viros Ecclesiasticos depingentibus, haud inconsuetô. Verùm iniquus meritorum æstimator unà cum Hæreticis essem, si laudes à *Joanne* Abbate promeritas tacitè pertransirem. 1510. 192. *S. Udalrici Abbas.*

Præfuit *Joannes* suæ Abbatiæ memorabili ac Catholicis prorsus miserabili tempore, bellô Rustico furente, Sectâ Anabaptistarum gliscente, nec non *Luthero* Augustanis suam contagionem afflante. Non tamen obstante turbatæ Religionis occasione, invalescentibus *Augustæ*, ex novi dogmatis prædicatione, turbis, atq; pluribus ex primarijs viris sæcularibus ac utriusq; sexûs triplici voto adstrictis, ad animæ suæ interitum in præceps labentibus, *Joannes* Abbas perstitit inperturbatus, & Orthodoxæ Religionis conservandæ Studiosissimus. 193. *Religionis defensor.*

Leonardum Schregel Sæcularem Sacerdotem, & ad *S. Udalricum* Parochum, ejusq; *Coadjutorem*, incestas nuptias cum Sanctimonialibus contrahentes, é Templo Parochiali Ecclesiæ *S. Udalrici* adiacente eiecit. Prædicti Parochi seditionem molientis, & populum ad Apostasiam pertrahentis, conatus animosè retudit. Ne *S. Udalrici* Parochianis jam fidem Catholicam deserentibus Templum Parochiale seu domus prædicatoria cederet in publicum Apostatarum exercitium, strenuè propugnavit. 194. *Propugnator.*

Ut cùm aliorum, tum maximè suorum Religiosorum saluti consuleret, *Othmarum Luscinium* Argentinensem virum Doctissimum, atq; ex editis libris percelebrem, in hoc suo Monasterio Lectorem (posthàc in Concionatorem ad *S. Mauritium* assumptum) constituit. 195. *Conservator*

Demolum in tanta regularis disciplinæ observantia & se & suos Religiosos continuit, ut Clerus ac devotus populus Augustanus odore boni Religiosorum exempli allectus, frequentes & penè om- 196. *Ad devotionem moves Augustanos.*

nes Supplicationes, processiones, atq; extra ordinarias preces communes ad *S. Udalricum* instituerit.

197. *Et Cæsarem.* *Maximiliano* autem Imperatori quàm invicta *Joannis* Abbatis suorúmq; Monachorum in Ecclesiasticis fidei Orthodoxæ præceptis (nec unico deficiente) constantia placuerit, & probitatis fama, cœtum *Udalricianum* diligendi, motivum Eidem præbuerit, dat probationem dilectionis, exhibitio operis sequentis. Anno 1518. Comitijs dissolutis, *Maximilianus* ad abitum paratus, paucos post dies Augustâ discessurus, suum *Capellanum* ad *Joannem* Abbatem ablegat hisce verbis. *Cupere suam Majestatem rei Divinæ apud cognatum suum (S. Udalricum) interesse; nec velle, ut Aulici sui Musici, sed Fratres eam peragant.*

198. *S. Udalricū Cæsar honorat.* Gratulabantur sibi *Abbas* & *S. Udalrici* Conventus adventum *Imperatoris*, ad sacra ritè perficienda parati. Religiosissimus *Imperator* designato tempore in choro compareт, sub Fratrum Musica suam devotionem sum̃a cum astantium ædificatione absolvit, atq; fixis sæpe oculis Fratres intuitus, vultu ac gestu quasi ultimum vale dicturus, abit.

199. *Monachis bovem donat.* In perpetuum autem dilectionis memnosynon grandem Fratribus pro solatio donat *bovem*; cúmq; vi sacræ Regulæ carnium abstinentia in Monasterio sub id ævi strictè observaretur, *Maximilianus* Fratribus intimari jussit, cunctis Religiosis ex indulto Summi Pontificis licere carnibus vesci, ubi ipsum contingeret cum Religiosis commorari. Certè si favor Principis thesauros famæ tribuit, munificentia & gratia *Imperatoris Joanni Abbati* thesaurizavit, Ejusq; dicta vel facta malitiosè detorquentes, ceu homines malè feriatos retudit. Sed nunc ad quædam particularia *Joannis* Abbatis gesta descendamus.

200. *Ad S. Udalricum velū quadragesimale.* Anno 1513. sua industriâ quadragesimale velum plicatile 60. pedum longum & 36. pedum latum, veteris & novi Testamenti pictas 108. figuras repræsentans, fieri curravit, munificentiâ *Melchioris Stunz* concurrente, nec non Reverendissima Domina *Anna Waltherin* ad *S. Catharinam* Priorissâ, vel (ùt alij scribunt) aliquâ piâ viduâ pannum subministrante.

201. *Bina solen̄itates.* Anno 1520. Nunciô percepto, quòd *Carolus V.* Imperator ex Hispania in Germaniam felici navigio appulerit, *Senatus Augustanus* in gratiarum actionem die 5. Julij in æde *S. Udalrici* sacram Solennitatem instituit, *Joanne* Abbate cum suis Ministris ad aram solenni ritu operante. Laudabili hoc exemplo excitati Cathedralis Ecclesiæ

clesiæ Canonici, protinùs die 11. Julij è Templo Cathedrali comitante Clero & populo ad Templum *S. Udalrici* processionem adornârunt, ibidem non minori pompa quàm devotione DEO litantes.

202. *Liber 100. Scripturarum.*

Anno 1521. *Leonardus Wagner*, aliàs *Wirstlinus*, *Minchingæ* in Suevia natus, sub *Joanne* Abbate *S. Udalrici* Monachus, scriba incomparabilis librum centum diversarum scripturarum latinarum sua manu scriptum, addito cuilibet scripturæ proprio peculiari & erudito nomine, *Maximiliano* Imperatori dedicavit. *Autographum*, miræ varietatis & elegantiæ in Bibliotheca *S. Udalrici* asservatum, hæc exhibet centum nomina.

1. *Rotunda.*
2. *Rotundalis alta media.*
3. *Poëtica vera.*
4. *Antiqua major.*
5. *Imperatoricalis.*
6. *Antiqua crassana.*
7. *Textus Italicus.*
8. *Eversalicana.*
9. *Antiqua prisca.*
10. *Rotalis minor.*
11. *Globata Rotalis.*
12. *Compostorialis major.*
13. *Papalicana.*
14. *Alta poëticalis.*
15. *Media rotalis.*
16. *Notula formata.*
17. *Cursiva rotundalis.*
18. *Tenuissana.*
19. *Poëticalis mediana.*
20. *Clipalicana major.*
21. *Regia pullicalis.*
22. *Gippolicana.*
23. *Litteralis simplex.*
24. *Altana semis minor.*
25. *Clipalicana galeata.*
26. *Aversalicana media.*
27. *Italicana formata.*
28. *Fractura Germanica.*
29. *Prisca candalis lata.*
30. *Notula curtana.*
31. *Neutralicana.*
32. *Antiqua Curtana brevis.*
33. *Saltana postericalis.*
34. *Abscissa.*
35. *Bullicalis minor.*
36. *Notula formata simplex.*
37. *Antiqua durana.*
38. *Cespalicana.*
39. *Notula semifracta.*
40. *Dilatana media.*
41. *Rotalis cursiva.*
42. *Mediana serrata.*
43. *Notula poëticalis media.*
44. *Altana.*
45. *Rotalis globata.*
46. *Palliata tensa.*
47. *Notula semis formata.*
48. *Litteralis cursalica.*
49. *Antiqua formata media.*
50. *Antiqua simpliciana.*
51. *Antiqua polita.*
52. *Cardinalicana.*
53. *Textus Italicalis altus.*
54. *Vagalicana extensiva.*
55. *Eversalica minor.*
56. *Antiqua serrata.*

57. *Extensiva inæquata.*
58. *Mediana utralis.*
59. *Antiqua curvalis.*
60. *Notula codicalis.*
61 *Abscissa postericalis.*
62. *Compostericalis minor.*
63. *Flacana antiqua.*
64. *Neutralicalis.*
65. *Prisca pilicalis.*
66. *Poëticana serrata.*
67. *Semifractura.*
68. *Curvalica simplex.*
69. *Notula submissa.*
70. *Curtana prævissalica.*
71. *Polita media.*
72. *Poëticalis cursiva.*
73. *Italicana notalis.*
74. *Curvana inæqualis.*
75. *Cursiva Italicana.*
76. *Antiqua formosalicana.*
77. *Rotalis globata.*
78. *Inæqualical. varian. med.*
79. *Macrana alta.*
80. *Bisaricalis.*
81. *Grossana.*
82. *Litteralis Italicana.*
83. *Rotulana curvalica.*
84. *Antiqua formata media.*
85. *Cordicalis simpla.*
86. *Inæqualicana.*
87. *Pictoricalis major.*
88. *Pillicana.*
89. *Altana minor.*
90. *Spissalica postericalis.*
91. *Pictoricalis minor.*
92. *Postericalis serrata.*
93. *Text. Italicat. bifractus.*
94. *Extensiva inæqualis.*
95. *Notula codicalis polita.*
96. *Antiqua realicana.*
97. *Cursiva litteralis.*
98. *Curtana flacca.*
99. *Notula poëtical. pressa.*
100. *Rotundalis inæquata.*

203. *Campana refusa.* Anno 1523. Campanam sub *Melchiore Steinheim* Abbate antehàc fusam, at modò confractam, *Joannes* Abbas (aucto noviter ære) 60. centipondia, & 75. pondo ponderantem, refundi curavit, & *Afram* nominandô, adhibitis consuetis cæremonijs sua manu sacravit, cum hisce litteris, in limbo fusoria arte scriptis. *Ad DEI ac S. Udalrici & Afræ laudem Dominus Joannes Schrott Abbas per Wolffgangum Steger me denuò conflari curavit Anno M. D. XXIII.*

204. *S. Gregorij Sacelli renovatio.* Demum *Joannes* Abbas novum sacello *S. Gregorij* ornamentum addidit, nec non *à Leone X.* Summo Pontifice (Bulla hæc in nostri Archivi Bullario legitur fol. 43. & seq.) decimas majores in *Aufhausen*, à Monasterio *S. Udalrici* in perpetuum percipiendas, magno cum œconomiæ emolumento obtinuit.

205. *Aufhausana decima.* Ut adeò *Joannes* Abbas tam in fide Orthodoxa defendenda, quàm in Regulari disciplina conservanda, ac in œconomia administranda, oppidò solicitus, pro meritis & in veritate sit commendandus, nec non ab hominum malevolorum dicteriis, sannis, dentatis & aculeatis scriptis, pro virili parte vendicandus. Quòd

Quòd autem Catholici quoq; Chronographi scribant, derelicta Abbatiæ dignitate, fugâ elapsum, planè falluntur, authenticis litteris, Sigillô *Episcopi* ac *Conventûs S. Udalrici* munitis, liberam *Joannis Schrott* Abbatis resignationem apertè attestantibus. Nam *Joanne Schrott* Abbate, Abbatiam resignante. 206. *Joannes Abbatiam resignat.*

Anno 1527. die 12. Julij *Conventus S. Udalrici Decretum* (ita in litteris appellatur) electionis Domini *Joannis Könlin* Neoëlecti Abbatis ad Reverendissimum D. D. *Christophorum* Episcopum Augustanum expedivit, ac transmisit, demissè petens confirmationem sui Nëolecti Abbatis JOANNIS KÖNLIN in Abbatia *S. Udalrici* Successoris *Joannis Schrott*, ubi hæc leguntur verba: *Cùm venerabilis & Religiosus Pater Dominus Joannes Schrott nostri & præfati Monasterij Abbas eandem Abbatiam suam ex causis rationabilibus eum moventibus in manibus Venerab: & circumspecti viri Domini Jacobi Henrichmann, utriúsq; Juris Doctoris, Canonici Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ, Reverendissimi Episcopi Augustani Vicarij in Spiritualibus Generalis dimisisset, ipsiq; Dominus Vicarius resignationem hujusmodi authoritate suâ ordinariâ recepisset & admisisset &c.* Joannes, igitur suam Abbatiam liberè resignavit, non autem fugâ elapsus, eam deseruit. Sic Reverendissimus *D.D. Jacobus Heinrichman J. U. D. & Christophori Episcopi Augustani in Spiritualibus Vicarius Generalis* in litteris confirmationis Nëoelecti Abbatis *Joannis Könlin*, die 16. Julij 1527. datis, testatur Domini *Joannis Schrott* liberam Abbatiæ resignationem his verbis: *Vacante nuper Abbatia Monasterij S. Udalrici & Afræ per liberam resignationem Venerab: nobis in Christo Dilecti Joannis Schrott in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam &c.* Litteræ tam liberæ *Joannis Schrott* resignationis quàm legitimæ *Joannis Könlin* Abbatis Nëoelecti electionis (appenso Episcopali Sigillo) roboratæ sunt hâc clausulâ: 207. *Resignationis littera testimoniales.*

Datum actúmq; Augustæ in Aula Episcopali nobis (Jacobo Henrichmann Vicario Generali) *inibi mane horâ primarum vel quasi pro tribunali sedentibus sub anno â Nativitate Domini Millesimo quingentesimo vigesimo septimo indictione decima quinta die verò Martis decimâ sextâ mensis Julij, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris Domini nostri Clementis divinâ Providentiâ Papæ septimi Anno quarto. Præsentibus ibidem Reverendo & Venerabilibus Patribus, Nobilibúsq; & circumspectis Viris Dominis Joanne Episcopo Augustano Politano Suffraganeo Augustensi, Wolffgango S. Georgij, & Christophoro S. Crucis Ord. S. Augustini Canonic. Regul. Monasteriorum August. Præ-*

 positis.

po∫itis. *Philippo de Rechberg de Hochenrechberg Augu∫ten∫is, & Joanne de Weisberg Ey∫tetten∫is Eccle∫iarum Decanis, nec non Gregorio Neuthart, & Conrado Adelmanno dictæ Eccle∫iæ Augu∫ten∫is Canonicis, & quam pluribus alijs ad præmi∫∫a vocatis & ∫pecialiter rogatis. Demum Udalricus Laymann de Bobingen* Sigillifer Epi∫copalis Augu∫ten∫is ∫acrâ Imperiali authoritate Notarius publicus omnia acta munivit ∫uo ∫igno, ∫ub∫criptione, & atte∫tatione.

208. *Joannes defenditur.* Ex quibus manife∫tè liquet, Catholicos & quo∫dam no∫tri Mona∫terij Scriptores *Joanni* Abbati fugam affingentes, exemplô magis aliorum, quàm pravo affectu peccâ∫∫e. Ceteros autem Thye∫teo more in *Joannem* Abbatem furentes & ∫ævientes contemptu e∫∫e ulci∫cendos, eorumq; livoris ∫picula in *Joannem* jacta, virtutis candorisq; ∫cuto tectum, ne quidem tangere, taceo, vulneribus lædere po∫∫e.

209. *Joañis laus & mors.* Quare *Joannes* Abbas cùm Spiritualium tum temporalium per decem annos providus Admini∫trator, Regularis di∫ciplinæ Zelo∫us Con∫ervator, fidei Catholicæ indefe∫∫us Propugnator, po∫tquàm Mona∫terio tanta contulit beneficia (nec à ∫uo Succe∫∫ore viro alioquin landati∫∫imo præ∫tita.) injurijs temporum alijsq; cau∫is, animum ∫uum moventibus, per liberam re∫ignationem anno 1527. (non anno 1528 ùt omnes errant. no∫tri Chronographi) factam, Abbatiale onus depo∫uit, atq; ∫eptem adhuc annis, DEO, ac animæ Saluti vacans, è vivis exce∫∫it Anno 1534.

Anno 1511.

210. *Ratisbonen∫is Præpo∫itus* CHRISTOPHORUS VELSER Patritius Augu∫tanus Doctor, Eccle∫iæ Cathedralis Ratisbonen∫is Præpo∫ituram anno 1511. po∫teà Canonicatum etiam adeptus 1514. Obijt 1536.

1512.

211. *S. Petri Præpo∫itus.* LUCAS IMHOFF Patritius Augu∫tanus, Præpo∫ituram *S. Petri* ab anno 1512. tenuit usq; ad annum 1531. quo eam ad Summi Pontificis manus liberas re∫ignavit, atque eodem anno 1531. vitam exuit, in Eccle∫ia *S. Mauritij* conditus cum tali Epitaphio:

212. *Lucæ Imhoff Epitaphium.*

Chri∫to.
Lucæ Imhoff
Hic. functum. Lucæ. Corpus. tegitur
Sempiterno. autem. ævo
Felix. anima fruitur
Quod Innocentia incomparabili
Tum. autem fide. & æquanimitate
Nullum. hominum. conce∫∫erit.

Vixit.

Vixit. annos. XLV. Mens. IX. dies. XVII.
Obijt M. D. XXXI.
die IX. Mens. Augusti.
Antonius. Fugger
Avunculo. virtutis. honoris. causâ
Quod. licuit Anno
Monumentum. dedit. & pignus. amoris. 1517.

213. *Frisingensis Præpositus.*

MATTHÆUS HÖRLEIN Patritius Augustanus Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Frisingensis Canonicus anno 1517. Capitularis 1519. Præpositus ad *S. Andream* ibid. 1517. Obijt 1535.

1520. 214. *Chiemseensis Episcopus.*

ÆGIDIUS REM Patritius Augustanus, ex Canonico Passaviensi Episcopus Chiemseensis anno 1520. præfuit 16. annis. Obijt 1536.

1523. 215. *Frisingensis Præpositus.*

UDALRICUS HÖCHSTETTER Patritius Augustanus Doctor, Canonicus Frisingensis anno 1491. Capitularis 1501. Præpositus ad *S. Joannem* Frisingæ 1523. Obijt Calendis Decembris. 1527. Frisingæ in peristylio sepultus.

1526. 216. *Cathed. Eccles. August. Decanus & Præpositus.*

WOLFGANGUS ANDREAS REM à KÖTZ Patritius Augustanus, Patre *Wolfgango* Patritio Augustano J. U. D. & Assessore Spirensi, Matre *Ursulâ Röttengatterin* Ulmensi prognatus *Wormatiæ* die 28. Februarij 1511. *Augustæ & Ingolstadij* humanioribus litteris græcis ac latinis, in Augustano ad *SS. Udalricum & Afram* Monasterio Mathematicis scientijs imbutus: ad sublimoria Studia *Patavium* atq; Mediolanũ missus est, at ob gliscentium in *Italia* bellorum tempora *Augustam* revocatus, ad S *Mauritium Præpositus* renunciatur 1526. Jactis deìn in Academia *Tubingensi* Juris prudentiæ fundamentis, ingenium profundiore Juridica Scientia excolendi gratiâ, simulq; exterarum visendarum nationum & pergrini idiomatis addiscendi cupidine accensus, *Dolam* in *Burgundia* profectus, *Juris Utriusq; Licentiatus* creatur die 23. Januarij 1529. *Dolâ* movens *Biturigias*, Biturigibus Doctoralibus insignibus juridicis, Promotore famosissimo Jurisconsulto *Andreâ Alciatô*, inauguratur die 23. Junij 1530.

217. *Ejus promotiones.*

Orbiculatô doctrinarum concentu unà cum quatuor linquarum *Gallicæ*, *Italicæ*, *Græcæ*, & *Latinæ* peritiâ ornatissimus, atq: inprimis Juris prudentiâ egregiè instructus, patrios revisit lares die 13. Julij 1530. Inde *Ratisbonam* abiens, cum Reverendissimo *D. D. Guerico* Ordinis, S. *Benedicti* Abbate Weingartensi

gartensi, & Prælatorum sedem indeptus, ac ob insignem agendi dexteritatem ac singularem industriam *à Ferdinando* Imperatore in Collegium suorum Consiliariorum ascitus, etiam Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Canonicatu honoratur die 22 Aprilis 1531. Eodem anno in Advocatum Supremi Imperij Tribunalis *Spirensis* recipitur, nec non nomine Prælatorum *Circuli Suevici* cum altè fato Reverendissimo D.D. Abbate *Guerico* ad *Comitia Ratisbonensia* ablegatur anno 1532.

218. *Trident. Concilio interest.* R. P. *Claudio Jajo* Societatis JESU Theologo ad Concilium *Tridentinum* abeunti *Comes* adjungitur 1545 Reversus *Tridento* constituitur *Cellarius* die 29. Aprilis 1547. Nec non Reverendissimi Capituli Ditionum Ruralium *Tetrarcha* die 3. Junij 1549. Ordinatur *Presbyter* in Parochiali *S. Joannis* Ecclesia die 24. Martij 1557. Designatur *Castellanus* in Zusameck die 30. Januarij 1565. Eligitur Ecclesiæ Cathedralis *Decanus* die 15. Octobris 1573. atq; ejusdem *Præpositus* die 21. Aprilis 1580.

219. *Munificus in Sacra loca.* Munificus in plura sacra loca: in Ecclesia Cathedrali Augustana *Organum pnevmaticum* præclarum posuit: aram *S. Crucis* adornavit: Altare S. *Wolfgangi* reparavit: Capellam *SS Vitalis* & *Conradi* exornavit: Beneficium ejusdem *S. Wolfgangi* dotavit: argenteam *S. Sebastiani* Statuam ramo corallino affixit, iconem ex solido argento in Sacristiam Ecclesiæ Cathedralis intulit: Musicam, ipsemet insignis Musicus, promovit: Ecclesiam in *Dinckelscherben* horologio, Campanis, & ædificij reparatione illustravit: annuos redditus hujus Parochiæ & salarium *æditui* ac *Scholæ Pædagogi* auxit: Capellam *B. V. M* in *Siffenwang* dirutam suo ære excitavit: Templum in Pago *Ustersbach* sacris vestibus Sacerdotalibus locupletavit: Ecclesiam *S. Justinæ* in *Grossaitingen* penè collapsam pristino statui ac nitori restituit.

220. *Et in egenos.* Largus & Beneficus in egenos: pauperes 12. Scholares â tempore collati *Decanatûs* alendos suscepit: intra & extra urbem pauperes, ac præcipuè rei familiaris inopiâ coangustatos, frumento peculióve juvit: ægrotis indigentibus medicamina, à Medicis præscripta, paternè distribuit: Viros cognitione scientiarum pollentes ad mensam doctrinâ conditam perlibenter invitavit: egentes Clericos & Laicos largiter pavit; ante fatalem diem ex sua Bibliotheca codices Juridicos Archivo Reverendissimi: Capituli, ceteros mille & quadringentos libros unà cum plurimis instrumentis Mathematicis Monasterio *S. Crucis Augustæ* testamento reliquit.

Denique

Demum dispensatis ijs, quæ Ecclesijs, Monasterijs, Scholarum stipendijs, &c. legaverat, in testamento Hospitalarios in *Sunthofen* & *Nesselwang* hæredes scripsit, testamentariâ ordinatione (cum pijs alijs donationibus, computatâ & comparatâ) summam 24. Millium aureorum excedente. 221. *Hospitalarios hæredes scribit.*

Post vitam igitur laudabilissimè exactam, innumerosq; exantlatos labores, meritorum dives, senecta ætate, senectuti resolutione alvi accedente, viribus sensim exhaustus, in voluntatem divinam integerrimè resignatus, atque Sacris omnibus ritè munitus, circa horam quartam ad pulsum B. V. MARIÆ, cujus erat post DEUM Cultor sedulus, piè ac placidè, velut in soporem solutus, exhalavit animam, sepultus in Cathedralis Ecclesiæ ambitu juxta ejusdem Ecclesiæ Scholam, antiquitùs à tenera Juventute frequentatam, ubi parieti infixum tale conspicitur epitaphium. 222. *Piè moritur*

223. *Ejus epitaphium.*

Hic. in. terram. reversa. est. caro.
Wolffgangi. Andreæ. Rem. à Köz
almæ. hujus. Ecclesiæ. Augustanæ
Olim. Præpositi
Anima. verò
ut. spe. firma. est
Magno. illo. die. in. carne
una. cum. his. qui. Christi sunt
Rapietur. in nubibus. Domino
IN. AEra
Et. sic. semper. cum. Domino. erit
Obijt
Anno. salvatoris. Christi. MDLXXVIII.
Mense. Augusto. die. ultimo
cùm vixisset annos LXXVII. Menses sex.

Sepulchrale Saxum hâc inscripta epigraphe fuit signatum:

Sub. hoc. saxo. recubant. Ossa. Wolfgangi. Andreæ. Rem. à Köz olim. hujus. Ecclesiæ. Augustanæ. Præpositi.

JOANNES KÖNLIN Augustanus, ex Priore Abbas *S. Udalrici*, per compromissum electus die 12. Julij anno 1527. solenni benedictione inauguratus die 21. ejusdem mensis. Compromissarij erant *Joannes Layman* utriusque Juris Licentiatus, Curiæ Episcopalis Judex, Episcopus Augustopolitanus, *Wolfgangus* Monasterij *S. Georgij*, & *Christophorus* Monasterij *S. Crucis* Augustæ Præpositi. Testes electionis aderant *Philippus* à *Rechberg* Ecclesiæ Cathedralis Augusta- Anno 1527. 224. *S. Udalrici Abbas.*

gusta-

gustanæ Decanus, & *Thomas Dexenbacher* ejusdem Ecclesiæ Chori-vicarius, *Udalricus Layman* de *Bobingen* Notarius Publicus.

225. *Honoratur ut Princeps.* Fuit *Joannes Könlin* Abbas prudentiæ laude magnus, insigni virtutum ornatu cultissimus, in solennis suæ benedictionis die 32. cantharis generosissimi vini, duobusque vasis piscium, instar Principum *Augustam* adventantium, à *Senatu Augustano* honoratus; sed posthàc, prævalente Lutherana hæresi, fera & verè ferrea perpessus.

226. *Lutherani equitis petulantia.* Anno 1529. in profesto *SS. Coporis Christi Joanne* Abbate cum suis Monachis in choro horam Canonicam, *Completorium* appellatam, decantantibus, Lutheranus heluo equo insidens, adstipulantibus suis combibonibus, in Ecclesiam *S. Udalrici* irrupit: SS. Eucharistiæ Sacramentum in altari principe expositum, petulantissimè exsibilans, multis cachinnis & ludibrijs dehonestavit; donec calcaribus equo adhibitis uno impetu per fores domûs prædicatoriæ erupit, Religiosorum ac piorum hominum in Ecclesia astantium hortamentis & minis perterritus.

217. *Aliorúmque Lutheranorum.* Circa idem tempus, & anno 1533. alij Lutherani, turpidine vitæ defamatissimi, altarium mappis ac sacris vestibus impunè ablatis, SS. Eucharistiæ Sacramentum lapidibus petivêre: aras consecratas spurcitijs horrendis, nec honestis auribus nominandis, conspurcantes, sacellum *S. Bartholomæi* adulterijs, fornicationibus, variisque libidinibus polluêre: domum prædicatoriam violenta manu occupantes, claves portarum Præconi Lutherano, pro Concionatore constituto, extradidêre, equidem *Joanne* Abbate reclamante, nec non *Wilhelmi* Bavariæ Ducis, & *Ottonis Henrici Palatini* auxiliares manus implorante, sed irrito conamine.

228. *Senatûs deputatio.* Quippe die 24. Novembris prædicti anni 1529. *Senatus* per Deputatos *Conradum Peüttinger*, *Wilhelmum Reblinger*, & duos scabinos, textorum *Joanni* Abbati exprobravit, quasi inter Duces *Bavariæ* & *Senatores Augustanos* discordias seminâsset: jurisdictionem supra domum prædicatoriam injustè usurpâsset: populum ad divina audienda ferventissimum à concionibus absterruisset, &c. Ast *Joannes* Abbas frivola proposita rationibus refutare noluit, sed dilatationem ad tempus opportunum respondendi petijt, sicque Deputatos, hac responsione contentos, à se dimisit.

229. *Caroli V. & ceterorum Magnorum ordo ad S. Udalricum.* Anno 1530. In festo *S. Udalrici* Diœcesis Augustanæ primarij Patroni *Joanne* Abbate ad aram sub mitra operante, & Musica Cæsarea pomposè ac suaviter personante, *Carolus V.* Imperator interfuit officio divino, ubi in subsellijs hic observabatur ordo

Ex

Ex latere dextro.

Carolus V. Imperator.
Ferdinandus Rex.
Albertus Cardinalis &
Elector Moguntinus.
Elector Colonienſis.
Joachim Elector Brandenburg.
Wilhelmus Dux Bavariæ.
Georgius Dux Saxoniæ.
Ludovicus Dux Bavar.
Georgius Dux Brunſvigæ.
Otho Henricus Palatinus.
Henricus Dux Brunſvigæ.
Philippus Palatinus.
Henricus Dux Megaloburg.
Georgius Dux Pomeraniæ.
Albertus Dux Megaloburg.
Philippus Dux Pomeraniæ.

Ex latere ſiniſtro.

Matthæus Cardinalis, Archiepiſc. Salisburg.
Bernardus Cardinalis Epiſcopus Tridentinus.
Waltherus Ord. Teut. Supremus Magiſter.
Conradus Epiſcopus Herbipolenſis.
Wifandus Epiſcopus Bambergenſis.
Philippus Epiſcopus Spirenſis.
Guilielmus Epiſcopus Argentinenſis.
Erneſtus Epiſcopus Patavienſis.
Georgius Epiſcopus Brixienſis.

Auguſtanus & *Conſtantienſis* Epiſcopi, nec non *Fridericus Palatinus Rheni* non erant præſentes, ſed præpediti alijs graviſſimis negotijs Cæſareis occupabantur.

Eodem anno 1530. die 1. Auguſti *Joannes* Abbas à *Carolo V.* Imperatore omnium ſuorum Anteceſſorum immunitates, gratias, prærogativas, privilegia, &c. Monaſterio *S. Udalrici* conceſſa, obtinuit confirmata per diploma in hæc verba conſcriptum. 230. *S. Udalrici Monaſterij Privelegia confirmantur.*

Wir Carl der Fünfft von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer zu allen Zeiten mehrer deß Reichs ꝛc. in Germanien/ zu Hiſpanien/ beeder Sicilien/ Jeruſalem/ Hungaren/ Dalmatien/ Croatien/ ꝛc. König / Ertz-Hertzog zu Oeſterreich und Hertzog zu Burgund / Grafen zu Habſpurg/ Flandern und Tyrol/ ꝛc. Bekennen offentlich mit diſem Brieffe / und thun kund allermänniglich. Wiewohl Wür auß angeborner Güte und Kayſerlicher Miltigkeit allzeit genaigt / allen und jeglichen Unſern und deß Heil. Reichs-Unterthanen und getreuen Gnad und Fürderung zu beweiſen. Jedoch ſein Wür mehr willig denen Perſo- *Caroli V. Diploma die 1. Auguſti. 1530.*

 nen

nen/ so der Welt-Uppigkeit zuruck gelegt haben/ und GOtt dem Allmächtigen in lautern Geistlichen Leben ohne unterlaß fleißig dienen/ Unser Kayserliche Gnad und Fürderung mitzutheilen/ und Sie bey Frid / Ruhe und Gemaches zu erhalten und zu beschirmen. Wan nun der Ehrsamb Unser lieber andächtiger Abbt Johann deß Gotts-Hauß zu St. Ulrich und St. Afra zu Augspurg Uns demütiglichen angeruffen und gebetten hat/ daß Wür Jhme/ seinem Convent/ Gotts-Hauß zu St. Ulrich und St. Afren all und jeglich Genade/ Rechte/ Freyheite/ Privilegia und Briefe/ die ihre Vorfahren Abbte und Convent von Unsern Vorfahren am Reich Römisch Kaysern und Königen erworben und herbracht haben zu bestättigen / zu verneuern und zu confirmiren gnädiglich geruheten. Also haben Wür angesehen deßselbigen Abbts und Convents zu St. Ulrich und St. Afren demüthig zimlich bette/auch den löblichen Gotts-Dienst / so durch sie in dem gemelten Gotts-Hauß vollbracht und täglichs gemehret würdet / und haben darum mit wohl-bedachtem Muthe / gutem zeitigen Rathe und rechter Wissen vor Uns und all Unser Nachkomen am Reich Römisch Kayser und König dem obgemelten Gotts-Hauß zu St. Ulrich und Afren / all- und jegliche ihre Gnaden/ Gaaben/ Freyheiten/ Privilegia / alt- gute Gewonheiten / Herkommen und Briefe / in allen und jeglichen ihren Worten / Clausen / Puncten / Articlen / Jnhaltungen / Maynungen und Begreiffungen: gnädiglich erneuert / confirmiert und bestättet. Erneuern / confirmiren und bestätten / die auch alles von Römischer Kayserlichen Macht/ Vollkommenheit/ eigner Bewägnus/ rechter Wissen/ in Krafft diß Briefs / und Meinen/ Sätzen/ und wollen / von derselben Unser Römischen Kayserlichen Macht/ daß nun fürbaß hin/ dieselbe ihre Gnaden / Gaaben/

ben/ Freyheiten/ Privilegia alt-gute Herkommen/ Gewonheiten und Briefe/ in allen und jeglichen ihren Worten/ Claußlen/ Puncten/ Articlen/ Inhaltung/ Maynung und Begreiffungen / gantz kräfftig und mächtig seyn / stät und vest bleiben / und gehalten werden. Und Sie und ihre Nachkommen sich darnach ihrem Inhalt gebrauchen/ nutzen und geniessen sollen / und nutzen / von allermänniglich ungehindert. Und gebiethen darauf allen und jeglichen/ Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Prælaten/ Grafen / Freyherren/ Rittern / Knechten / Haupt-Leuten / Land-Vogten/ Hof-Marschallen/ Hof-Richtern/ Vitzthumen / Rent-Maistern/ Vogten/ Pflegern/ Land-Richtern/ Castnern/ Mautnern / Zollnern / Verweesern / Ambt-Leuten/ Urtheilsprechern/ aller und jeglicher Gericht und Rath / Geistlicher und Weltlicher / Burgermaistern/ Richtern/ Vogten / Burgern und Gemainden / und sonst allen andern/ Unsern/ und deß Heil Reichs Unterthanen und Getreuen/ in was Würden/ Standtes oder Weesens die seyn / so mit disem Unserem Kayserlichen Briefe oder glaub-würdigen Abschrifft oder Transumpt davon ersucht oder ermahnt werden / ernstlich und wollen / daß Sie die vorgenannten Abbt und Convent und Gotts-Hauß zu St. Ulrich und St Afra zu Augspurg / an der vorgenannten ihren Gnaden/ Freyheiten/ Rechten/ Gewonheiten/ Privilegien und Briefen / darzu auch an ihrem Gotts-Hauß zu Augspurg/ sambt den Kirchen/ Capellen/ Predig-Hauß/ Kirch-Hof/ Mayr-Hof / und andern Gebäuen und Gärten / wie die gegen der Reichs-Straß mit Mauren gerings-weiß umfangen seyen/ nit hindern oder irren in kein Weiß: Sonder Sie dabey getreulichen/ hand-haben/ schützen und schirmen / und auch geruhiglichen bleiben lassen / und keines weegs darwider handlen / bey Unsern und deß Reichs Hulden/ und bey Verliehrung eines jeglichen Privilegien, damit

er

er von Uns und Unsern am Reich Vorfahren begabt / auch aller Pene in der vorgenannten Unser Vorfahren Briefen begriffen/ und darzu ein Pene, nemlich fünfftzig Marckt löthiges Goldes/ zu vermeiden / die ein jeder / so offt er freventlich hier wider thäte / Uns halb in Unser und deß Reichs Kammer / und den andern halben Theil / dem obgemelten Closter/ Gotts-Hauß und Convent so in ihren Freyheiten bekümmert/ beschwert oder belaydiget wurden / unablößlich zu bezahlen verfallen seyn soll. Mit Urkund diß Briefs/ mit Unserm Kayserlichen anhangenden Insigel besigelt. Geben in Unser und deß Reichs-Stadt Augspurg am ersten Tag Augusti. Nach Christi Unsers lieben HErrn Geburt / im fünffzehenhundert und dreyßigisten / Unsers Kayserthums / im zehenden / und Unserer Reiche im fünffzehenden Jahre.

CAROLUS

Alber. Car. Mog. Archiep.

Archicancell.

m. ppr. Ad Mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium.

Vt von Waltkirch.

Alexander Schweiß.

Privilegium istud serie non interrupta confirmârunt Augustissimi Imperatores.

FERDINANDUS I. dd. Augustæ, 7. May. anno 1559.
MAXIMILIANUS II. dd. Augustæ, 9. Februarij anno 1566.
RUDOLPHUS II. dd. Viennæ, 28. Augusti anno 1577.
MATHIAS I. dd. Viennæ, 2. Maij anno 1613.
FERDINANDUS II. dd. Ratisbonæ, 19. Dec. anno 1622.
FERDINANDUS III. dd. Viennæ, 14. Septemb. anno 1651.
LEOPOLDUS I. dd. Viennæ, 14. Septemb. anno 1665.
Vid. *infrà num. 313.*

Eodem anno 1530. die 20. Auguſti, *Carolus V.* Imperator, per diploma *Joanni* Abbati datum, tanquam Supremus Advocatus & Protector Monaſterij *S. Udalrici*, id cum omnibus hominibus & bonis appertinentibus ex certa ſcientia, deliberato animo, & cum conſenſu *Statuum Imperij*, in ſuam protectionem Cæſaream ac Imperij ſpecialem aſſumpſit, eámque (ad nutum tamen revocabilem) *Auguſtanæ Civitati* commiſit, cum graviſſima pœna, contravenienti ſuo ſpeciali mandato Cæſareo impoſita. Diploma ita ſe habet: 231.

S. Udalrici Monaſterij protectio Civitati Auguſtanæ commiſſa eſt revocabilis.

Caroli V. diploma die 20. Auguſti 1530.

Wir Carl der Fünfft von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer/ zu allen Zeiten mehrer deß Reichs/ König in Germanien/ zu Caſtilien/ zu Arragon/ zu Leon/ beyder Sicilien/ Jeruſalem/ Hungarn/ zu Dalmatien/ zu Croatien/ zu Navarra/ zu Granaten/ zu Toleten/ zu Valenz/ zu Galicien/ zu Hiſpalis/ Sardinie, Cordube, Corſice, Murcie, Giennis/ Algarbien/ Algeziren/ zu Gibraltar /und der Inſulen Canaria, auch der Inſulen Indiarum, und der Terræ firmæ deß Meers Oceani; Ertz-Hertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Lothringen/ zu Braband/ zu Steur/ zu Carnten/ zu Crain/ zu Lymburg/ zu Lutzenburg/ und zu Geldern/ zu Calabrien/ zu Athen, Neopatrien, und zu Würtemberg; Grafe zu Habſpurg/ zu Flandern/ zu Tyrol/ zu Görtz/ zu Barſiloni/ zu Arthois und zu Burgund/ ꝛc. Pfaltz-Graf zu Honigew/ zu Holland/ zu See-Land/ zu Phierdt/ zu Khyburg/ zu Namur/ zu Roßilion/ zu Ceritania/ zu Züthrhen. Land-Grafe im Elſas/ Marggraf zu Burgau/ zu Oriſtani/ zu Goriani/ und deß Heil. Römiſchen Reichs Fürſt zu Schwaben/ zu Cathalonia/ zu Aſturia/ ꝛc. Herr in Frießland auf der Windiſchen Marck zu Portenau/ zu Biſcoya/ zu Salins/ zu Molnia/ zu Tripoli und zu Mechelen/ ꝛc. Bekennen offentlich mit diſem Brief/ und thun kund Allermänniglich. Wan Wür nun gütlich angeſehen und wahrgenommen haben/ deß Ehrſamen Unſers lieben und andächtigen Johannſen Abbts und Convent

vents deß Gotts-Hauß zu St. Ulrich und Afra/ in Unser und deß Reichs-Stadt Augspurg gelegen/ Erbar/ Geistlich/andächtig reformiert Weesen/und den löblichen Gotts-Dienst/ so Sie täglich in dem genannten Gotts-Hauß vollbringen. Darum und damit Sie an solchen Geistlichen Weesen/ desto minder verirzt-vertrennt/ noch beschwärt werden/ und dem Allmächtigen GOtt desto besser und fleissiger dienen/ und in Ihrer Andacht leben mögen. So haben Wür als Römischer Kayser und Oberster Vogt/ und Beschürmer deß gemelten Gotts-Hauß/ mit wohl-bedachten Muth/ guten Rath Unser/ und deß Reichs Fürsten/ Grafen/ Edlen und Getreuen/ und rechter Wissen/ denselbigen Abbt/ Convent, und Ihre Nachkommen/ deß gemelten Gotts-Hauß/ mit sambt allen Ihren und desselben Gotts-Hauß zugehörigen Leuten und Gütern/in Unser und deß Heil. Reichs sonder Gnad/ Verspruch/ Schutz und Schirm genommen und empfangen/ und in der Ehrsamen/ Unser und deß Reichs Lieben/ Getreuen/ der obgemelten Stadt Augspurg/ Burgermaister und Rath/sonder Schutz und Schirm/ darin Sie von alten her/ vil Jahr/ und ob Menschen Gedächtnus gewesen/ und noch seyn/ an Unser Stadt von neuem zu vogten und zu beschürmen geordnet/ gesetzet/ und Sie von Unser und deß Heil. Reichs wegen/ zu schützen und zu beschürmen befolchen/ und Unser Gewalt und Macht gegeben/ auch den genanten Abbt und Convent und ihren Nachkommen/ die besonder Gnad gethan/ und Freyheit gegeben/ daß num fürbaß hin/ Sie und ihre Leut/ Hindersessen/ Vogt/ Pfleger/ Diener und Unterthanen in ewiger Zeit/ durch einigen Fürsten/ Prælaten/ Grafen/ Herrn/ Rittern/ Knechten/ Stadt/ noch jemand anderer mit Steur/ Raißgeldt/ Dienstgeldt/ Robaten/ noch einig anderer Sachen nicht aufgelegt/ beschwert noch bekümmert/ noch mit Gastung/ Knechten/ Pferdten und Hunden nit

auch Jagen nit überzogen/ beladẽ/ noch Geldt darvon zu geben genöhtet/ noch auf Sie/ ihr Gotts-Hauß/ uñ ihr Leut und Güter/ keinerley Vogtey noch Vogt-Recht gesucht noch gefordert werden/ noch jemand sich derannemẽn/ unterwinden/ noch einzuziehen unterstehen soll/ noch mög in kein Weiß/ sonder denselben Abbt/ Convent, und ihr Nachkommen deß gemelten Gotts-Hauß/ deß alles frey/ ledig und müssig seyn/ und beleiben sollen/ doch Uns und dem Heil. Reich/ an Unser Obrigkeit/ und sonst männiglich an seinen Rechten unschädlich. Nemmen Sie in Unseren Schutz/ ordnen und setzen Sie vorgenannte Burgermaister und Rath gemelter Stadt Augspurg an Unser Stadt zu beschürmen/ und geben den Sie von Unser und deß Heil. Reichs wegen/ zu beschützen und zu beschürmen Unser Gewalt und Macht/ auch thun und geben dem genannten Abbt/ Convent und Nachkommen/ selben ob-berührt Gnad und Freyheit/ alles von Römischer Kayserlicher Macht und Gewalt. Maynen/ setzen und wöllen/ von jetzt-berührter Kayserlicher Macht/ Vollkommenheit/ daß nun fürbaß hin/ der vorgemelte Abbt/ Convent und ihre Nachkommen/ und all ihr und ihrs Gotts-Hauß Leut/ Hindersassen und Unterthanen/ all und jeglich/ Gnad/ Freyheit/ Privilegia, Ehr/ Würd/ Verdail/ Recht und Gewonheit haben/ die andere/ so in Unser und deß Reichs sonder Gnad und Verspruch/ Schutz und Schürm seyn/ haben/ und sich der Maaß der ob-berührten gegebnen Gnaden und Freyheiten gebrauchen/ geniessen/ und darbey gäntzlich unverhindert bleiben; Auch die vorgemelten Burgermaister und Räth/ und ihre Nachkommen der Stadt Augspurg/ von Unser und deß Heil Reichs wegen/ den obbeschribnen Abbt und Convent, ihre Nachkommen/ auch ihr und ihres Gotts-Hauß Leut und Güter/ bey diser ob-berührter und andern ihren Freyheiten und Gerechtigkeiten geruhiglich bevogten/ hand-

haben/ schützen und schürmen/ und ihr Nutz und Frommen/ auch alles das Fürnemmen / das gemelten Abbt und Convent zu gut raichen mag/wie ihnen gebührt/und von Unsertwegen hiemit gebotten wird. Doch also / wan hinfüran über kurtz oder lang/ dem obgenannten Abbt / Convent und ihren Nachkommen die genannte Burgermeister und Rat h der Stadt Augspurg zu vogten/ schürmen zu haben nit füglich seyn / oder andere Vogt und Beschürmer nothdürfftig wären/ daß Sie alsdan solche Vogtey / Schürm/ Schutz/ denselben von Augspurg abkünden/uñ nach ihrem Nutz und Fromen/ein andern Herrn/oder wer Ihnen dan gelegen seyn würdet/mit Unser/ und Unser Nachkomen am Reich/ Wissen und Willen nemen mögen. Und gebiethen darauf allen und jeglichen deß Heil. Reichs Churfürsten/Fürsten/ Geistchen und Weltlichen Prælaten/ Grafen/ Freyherren/ Rittern/ Knechten/ Haupt-Leuten/ Land-Vögten/ Hof-Marschallen/ Hof-Richtern / Vizthumen / Rent-Maistern/ Vogten/ Pflegern/ Land-Richtern/ Castnern/ Mautnern/ Zollnern/ Verweesern/ Ampt-Leuten Urtheilsprechern/ aller und jeglicher Gericht und Recht/Geistlicher und Weltlicher Burgermaistern/ Richtern/Räthen/Burgern uñ Gemainden/uñ sonst allen andern Unsern und deß Reichs Unterthanen uñ Getreuen/in was Würden/Stands oder Weesen die seynd/ so mit disem Unserm Kayserl. Brief ersucht oder ermahnt werden/Ernstlich/ und wollen/ daß Sie den genannten Abbt/ Convent und ihr Nachkommen/ auch Ihrer und deß Gotts-Hauß Leut und Güter / an disen Unser Kayserlichen Freyheiten/ Schutz und Schürm / auch die benannte von Augspurg an solcher Vogtey / Schutzung und Schürmung nit verhindern noch irren / sonder Sie in aller ob-berührter massen gebrauchen und geniessen/und gäntzlich darbey beleiben lassen / darbey von Unser/ und deß Reichs wegen/ geruhiglich handhaben / schützen und schürmen / Sie auch

auch allenthalben ihren Nothdurfften nach/ frey/ ſicher/ unbekümmert / und gantz unbelaydigt handlen und wandlen laſſen/ hierwider nit thun / noch jemands zu thun geſtatten/ in kein Weiß / als lieb einem jeglichen ſey Unſer / und deß Reichs ſchwäre Ungnad/und darzu ein Peen nemlich zwaintzig Marck löthigs Goldes zu vermeiden / die ein jeder/ ſo offt er freventlich hierwider thät/ Uns halb in Unſer / und deß Reichs Kammer / und den andern halben Theil dem Abbt und Convent, unabläßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſolle. Mit Urkund diſes Briefs/ mit Unſerm Kayſerlichen anhangenden Jnſigel beſiglet. Geben in Unſer / und deß Reichs-Stadt Augſpurg/ den zwaintzigiſten Tag deß Monats Auguſti/ nach Chriſti unſers lieben HErrn Geburt im fünffzehenhundert und dreyſigiſten / Unſers Kayſerthums/ im zehenden/ und Unſerer Reiche im fünffzehenden Jahre.

CAROLUS

Alber. Card. Mog. Archiep. Archi-Cancellarius man. propr.

Vt von Waltkirch.

Ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſt. proprium.

Alexander Schweiß.

Eodem anno 1530. die 21. Novembris, altiſſimè dictus *Carolus V.* ex Cæſarea poteſtate protectionem ſuam, & protectionis confirmationem, *Joanni* Abbati adducto diplomate datam, mandavit Conſulibus & Senatui Auguſtano ſtrictè obſervandam hiſce litteris.

S. Udalrici Monaſterij protectio civitati Auguſtanæ ſtrictè eſt obſervanda.

WIr Carl der Fünffte von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer zu allen Zeiten/ Mehrer deß Reichs/ in Germanien/ zu Hiſpanien/ beeder Sicilien/ zu Jeruſalem/ Hungarn/

garn/ Dalmatien/ Croatien/ ꝛc. König. Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgundt/ ꝛc. Grafe zu Habspurg/ Flandern und Tyrol/ ꝛc. Entbieten denen Ehrsamen Unsern/ und deß Reichs lieben/ getreuen Burgermaister und Rath der Stadt Augspurg Unser Gnad und alles Guts. Ehrsame/ Liebe/ Getreuen. Nachdem Wür dem Ehrsamen Unsern lieben Andächtigen Johann Abbt/ deß Gotts-Hauß St. Ulrich/ hie in Augspurg/ Seine und deßselbigen Gottshauß Privilegien, Begnadigungen/ Freyheiten/ Gebräuch/ und alt Herkommen/ wie die seyn Vorfahrer/ Er und bemelt Gotts-Hauß/ von Uns und Unsern fordern am Reiche Römischen Kaysern und Königen/ und andern redlich erworben und herbracht/ alle confirmiert/ verneuert und bestättiget. Darzu Jhne/ das gantz Convent, Gotts-Hauß/ und deßselbigen Zugehörigen/ mit Jhren Leiben/ Haab und Gütern in Unser und deß Reichs besonder Gnad/ Verspruch/ Schutz und Schürm empfangen/ und aufgenommen haben. Jnhalt Unser Kayserlichen Briefe darum außgangen. Weil Wür nun vestiglich vermeynt seyn/ daß bemelter Abbt/ Convent, und Gotts-Hauß bey Unser Confirmation, Bestättigung/ und Verneuung ihrer Privilegien und Freyheiten/ besonders auch Unsern Schutz und Schürm/ geruhiglich gelassen/ befridet/ und darwider keines wegs beschwärt werden. Darum so verkünden Wür Euch solches hiemit/ von Römischer Kayserlicher Macht/ ernstlich gebiehtend/ und wöllen/ daß Jhr die obgenannten Abbt/ Convent, und Gotts-Hauß/ und Jhre Zugehörigen/ bey solchen Gnaden/ Freyheiten/ und obgenannter Unserer Confirmation, Bestättigung/ Verneuung/ Schutz und Schürm gäntzlich bleiben lasset/ Sie darwider nit dringet/ vergwältiget/ noch beschwäret/ noch solches jemands andern zu thun gestattet/ sonder Sie auch darbey getreulich hand-habet und beschürmet/ und sich Dero unverhin

Caroli V. diploma die 21. Nov. 1530.

hindert gebrauchen und geniessen lasset / als lieb Euch allen und jeden sey Unser und deß Reichs schwäre Ungnad und Straff / auch darzu die Peenen in ob-berührten Freyheiten / Schutz-und Schürm-Briefen / begriffen zu vermeyden. Daß meynen Wür ernstlich. Geben in Unser / und deß Reichs-Stadt Augspurg / am ein und zwaintzigsten Tag deß Monats Novembris, nach Christi Geburt / fünffzehenhundert und im dreyßigsten / Unsers Kayserthum im eilfften / und Unserer Reiche im fünffzehenden Jahre.

CAROLUS

Balthasar Episcopus Constant. Vice-Cancellarius m. propr.

Ad Mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium.

Alexander Schweiß.

Anno 1534. die 23. Julij, sex ex optimatibus à *Senatu* ad omnia Capitula & Monasteria missi, Catholicis Prædicatoribus silentium imponi jubent, nec non in Monasterio *S. Udalrici Joannem* Abbatem & *Conventum* imperiosi adeunt, cavendo ac imperando, *ne quisquam deinceps nostrûm suggestum ascendat de rebus divinis ad populum dicturus, suos Ministros posthac solos puri puti Evangelij Præcones futuros, utq; tam Religiosæ quàm sæculari familiæ liberum sit hujusmodi Evangelij explicationem accedere* Et cum dicto protinus novum cum nova doctrina Præconem designant, *Joanne* Abbate cum suo Conventu incassùm nonnonnulla opponente, & renitente. Responsa à Reverendissimo Ecclesiæ 233. *Udalricanis Catholica exercitia interdicuntur.*

clesiæ Cathedralis Augustanæ Capitulo Lutheranis data videantur *pag. 1. cap. 9. class. 2. fol. 548. & seq.*

234. *Udalriciani ex urbe migrant.* Anno 1537. abrogatis per novum senatûs - consultum *missâ, ceremonijs, aris,* & quibuslibet *Sacris imaginibus,* mandatur Canonicis ac Regularibus, ut vel ad partes Lutheranorum transeant, vel intra octiduum urbe excedant. Universo igitur Clero rejecta priore conditione, posteriorem eligente, *Joannes* Abbas cum suis Monachis (uno infelice dempto) *Wittelspachium* die 18. Januarij ad arcem suam in *Bavaria* sitam se contulit, *Lutheranis* eodem adhuc die Ecclesiam invadentibus, Imagines confringentibus, altaria spoliantibus, sacellum omnium Sanctorum profanantibus, & quod obvium diripientibus.

235. *Haustettenses in fide conservantur.* *Joannes* Abbas, quamvis *Wittelsbachij* exul, curis tamen Abbatialibus soleritissimè invigilavit: cùm enim anno 1537. die 15. Julij coloni *Haustettenses* Religioso Apostatæ *Joachimo Gadoldo, Spinnerum* Augustanum Prætorem secum in subsidium assumenti, juramentum subjectionis, non valde inviti præstitissent, nec non proxima Dominica novam doctrinam à novo concionatore percepturi in templo cõvenissent, operâ & labore *Joannis* Abbatis *Wilhelmus Dux Bavariæ* per *Wolfgangum Theodoricum* à *Knöringen Fridbergẽsem* & *Volkardum* de Freyberg *Landspergensem* Toparcham armatis aliquot turmis pagum occupavit, & subditos è Sacrilegi possessoris manu ereptos, suo legitimo Domino *Jaonni* Abbati, in *Wittelspach* exuli, iteratò restituit.

236. *Wittelspach & Bonstetten emitur.* Denique *Joannes* Abbas postquàm anno 1533. inferius *Wittelspachium* & 1535. pagum *Bonstetten* emisset, seniô & viribus exhaustus, Abbatiam resignavit die 17. Martij, anno 1539. Regiminis 12. anno 1540. mortuus, & in Ecclesia Monasterij *Thierhauptani* cum tali epitaphio die 7. Martij inhumatus est.

237. *Joannis Epitaphium.*

Hic jacet Augustæ quondam qui floruit Abbas
Joannes Könlin, Relligonis honos.
Si quæris, cur non propria tumuletur in æde?
Quòd Lutheranam respuit ille fidem.

238. *S. Petri Præpositus.* Anno 1532.

HENRICUS *Reblinger* Patritius Augustanus, Præpositus *S. Petri* Augustæ 1532.

239. *Passaviensis Præpositus.* JOANNES *Kesslerus* Augustanus, Cathedralis Ecclesiæ Passaviensis Præpositus, anno 1532.

HIE-

HIERONYMUS *Meittinger* Augustanus, ex Canonico Passaviensi Episcopus *Chiemseensis* anno 1536. Episcopatum tenuit 21. annis. Obijt 1558. — Anno 1536. 240. *Chiemseensis Episcopus.*

SIMON *Gollius* Augustanus, Abbas *S. Udalrici* Augustæ die 17. Martij, anno 1539. Exulantibus Monachis Udalricianis, *Wittelsbachij* in Abbatem electus, vixit in Abbatiali dignitate novem annis, iisque peracerbis, perpetuisque infestationibus plenissimis: sub his tamen *Simon* Abbas nihil segnior in munere suo omne tempus magnâ prudentiâ & vigilantiâ in concreditarum ovium salutem impendit, in quibuscunque periculis ac necessitatibus subditis auxilio consilióque subvenit: summâ erga Deum, Deiparam, Sanctósque *Tutelares* fiduciâ opem (productis in seram noctem precibus) imploravit; inde illud assecutus, quòd omnes sui pagi à circumgrassante hæresi immunes fuerint relicti; idcircò coronam *ob servatos cives* meritò promeritus. Obijt in arce *Wittelsbachij* die 5. Maij, anno 1548. ætatis 58. in templo superioris *Wittelsbachij* cum sequentibus epitaphijs sepultus: saxo in pavimento jacenti incisum tale est. — 1539. 241. S. *Udalrici Abbas.*

Arma Simon Golius posuit; lapis hic habet ossa:
Spiritus ipse aurâ vescitur æthereâ. — 242. *Ejus epithaphia.*

Parieti inscriptum.

Debita jura Simon subijt quoque Gollius Abbas
Mortis: nam fato cuncta creata ruunt.
Hic multum studuit miserorum impendere turbæ,
Fidus cœnobio pervigilatque Pater.
Regna colit cœli felix, ubi, passus acerbas
In terris curas, præmia lætus habet.

Ita metricè *Beatus Dinnerus Uberlinganus* natus & Concionator domesticus accinuit: *Bruschius* Poëta laureatus istud addidit:

Huic mandavit humo Simon sua Gollius Abbas
Ossa, sed in cœlis spiritus astra videt.
Et quos esurijt, dum viveret, atque sitivit,
Vescitur ille cibis nectare & ambrosiâ.

MATHÆUS *Rhelinger* Patritius Augustanus, Præpositus *S. Petri* Augustæ, anno 1540. — Anno 1540. 243. *S. Petri Præpositus.*

GE-

Anno GEORGIUS *Würfing* Augustanus, Præpositus *S. Georgij* Augu-
1542. stæ, electus *Guggenberga* die 11. Octobris, anno 1542. Vir pietate
244. & doctrina præstans, injurias innummeras ab adversa fortuna passus,
S. Georgii tum maximè, cùm à *Sebastiano Schärtel* captus, pro lytro 600. flore-
Præpositus. nos solvere compulsus, & Hierothecam argenteo-inauratam 800. florenorum, octo calices, thuribulum, aliaque vasa argentea (pretiô 1688. florenorum) vendere coactus fuit. Nihilominùs tot inter ærumnas, atque tot inter aliorum Monasteriorum desultorias picas, & sacri habitûs desertores, suos Religiosos non tantùm in avita Religione, & Monastici Sacramenti constantia tanquam magnanimos Stratiotas conservavit, sed etiam tres (anno 1544. *Fr. Christophorum*, & *Fr. Joannem*, ac anno 1545. *Fr. Martinum Mayrböck* in numerum suorum Canonicorum suscepit: mœrore autem consumptus, mox quarto regiminis sui anno vivendi metam attigit, dignámque cœlestibus prœmijs animam DEO restituit, eo nomine miserandus, quòd in exilio mortuus: *Guggenberga* enim exuit hominem, & reperit immortalitatem anno 1547. *Bello Schmalkaldico*, re & nomine aspér-
1547. rimo, tumultuante, sepultus in *Menchingensi* Parochiali Ecclesia.
245. CHRISTOPHORUS *Reblinger* Patritius Augustanus, Præposi-
S. Petri Præ- *S. Petri* annno 1547.
positus. ANTONIUS *Velser* Patritius Augustanus Doctor, Præpositus
1548. Ecclesiæ Cathedralis *Ratisbonensis* anno 1548. Obijt 1557.
246. HIERONYMUS *Velser* Patritius Augustanus Doctor, Cathe-
Ratisbonen- dralis Ecclesiæ *Ratisbonensis* Præpositus anno 1557. etiam Canonicus
sis Præpos. 1563. Obijt anno 1564.
1557. ALEXANDER SECUNDUS *Fuggerus* L. B. Filius *Joannis Ja-*
247. *cobi* & *Ursulæ* ab Harrach 13. Aprilis 1546. natus. Canonicus Ec-
Ratisbon. Præposit. clesiæ Cathedralis *Frisingensis* & Præpositus anno 1563. Fuit etiam
1563. Præpositus Cathedralis Ecclesiæ *Metensis*, & ad *S. Victorem* propè
248. Moguntiam. Prudentiâ, integritate, varijsque ingenij suavitatibus
Frisingensis ornatus: pietate erga Deum, fide erga suam Ecclesiam, officijs erga
& Metensis proximum, oppidò clarus: *Immaculatæ Deiparæ Virgini* devotissimus
Præpos. mortalitatem exuit *Frisingæ* 5. Februarij 1612. ætatis 66. ibidemque
1563. in sacello Beatissimæ VIRGINIS MARIÆ, à se vivo restaurato & or-
249. nato, sepultus, anniversariô perpetuô illic constitutô.
S. Petri Præ- QUIRINUS *Reblinger* Patritius Augustanus, Præpositus *S. Petri*
posit. Augustæ 1566.
1568. JOANNES GEORGIUS *Velser* Patritius Augustanus, Summi
250. Pontificis Cubicularius anno 1568.
Papæ Cubicularius.

VI-

VICTOR *Augustus* Fuggerus Liber Baro, Filius *Joannis Jacobi* Anno.
& *Ursulæ* ab Harrach 19. Junij 1547. natus, *Maximiliani II.* Romano- 1568.
rum Imperatoris Consilij Ecclesiastici *Viennæ* Præses, Canonicus Ca- 251.
thedralis Ecclesiæ *Passaviensis*, & Cathedralis Ecclesiæ *Ratisbonensis* *Ratisbonen-*
1561. hic loci etiam Præpositus ab anno 1568. usque ad annum 1582. *sis Præpos.*
Doctrinâ & ingeniô præstantissimus, justè & piè vixit, alterum non læsit, suum cuique tribuit, Magnates virtute, pares officiô, singulos urbanitate demeruit: cunctis charissimus, magno sui relicto desiderio naturæ concessit Viennæ die 1. Maij 1586. ætatis suæ 40.

JOANNES HENRICUS *Reblinger* Patritius Augustanus Præ- 252.
positus *S. Petri* Augustæ anno 1576. Resignavit *S. Petri* Præposituram *S. Petri Præ-*
Victori Reblinger anno 1595. *pos.*

UDALRICUS *Kobold* Augustanus, Præpositus *Spaltensis* an- 253.
no 1584. *Spaltensis Præpos.*

PHILIPPUS II. *Fugger* L. B. Marci I. & Sibyllæ Comitissæ 254.
de *Eberstein* Filius tertiò genitus, anno 1567. die 19. Junij natus, in *S. Mauritij*
insigni Collegiata Ecclesia ad *S. Mauritium* Augustæ Præpositus anno *Præpositus.*
1588. Resignatâ anno 1592. Præpositurâ, vitæ thorique sociam sibi junxit *Barbaram Fuggerin Philippi Senioris* filiam anno 1594. E qua duos suscepit filios, *Marquardum* die 4. Novembris anno 1595. prognatum, & *Marcum Philippum* die 16. Sept. 1598. genitum. Præfatus *Marquardus* primogenitus *Philippi* Filius in Patrum Soc. J. Collegio *Bituricensi* publicas theses ex universa Philosophia anno 1613. propugnavit, & ex *Italia* in *Germaniam* redux, *Mariam Christinam* Comitissam de *Öttingen* anno 1624. uxorem duxit, atque virtute duce primitùs Serenissimi Archiducis *Leopoldi* &c. deinceps Augustissimæ Imperatoris *Eleonoræ* &c. supremus Aulæ Præfectus constitui meruit, magnóque cum luctu, destitutus prole, fatis concessit *Ebersdorffij* in *Austria* 1655. Corpus exanime, *Augustam* transvectum, in *S. Andreæ* Capella templi *SS. Udalrici* & *Afræ* sui Parentis funeri, stanneæ sandapilæ incinctô, appositum est. Tumbæ *Marquardi* infixa est lamina, hoc monumento notata.

Marquardus Fugger 255.
Graf zu Kirchberg und Weissenhorn *Marquardi.*
S. Jacobi Ordens *Fugger*
Del Espada Ritter. *Epitaphium*
Röm. Kayserl. Majest.
geheimer Rath. Camerer/

und der Regierenden Röm. Kayserin
Obrister Hofmaister.
so zu Eberstdorf in Oesterreich
den 24. Augusti anno 1655.
in GOtt seeliglich verschiden/
und den 12. Januarij anno 1656.
in St. Ulrichs Gotts-Hauß beygesetzt worden.
GOTT der Allmächtige
wolle denen Seelen
eine fröliche Auferstehung verleyhen.

256. *Marci Philippi Epitaphium.* *Marcus Philippus*, Philippi Filius secundô genitus, in conflictu *Pragensi* vulneratus, gloriosâ morte defunctus est, hoc suffragante epitaphio:

Generosissimo & patriâ suâ dignissimo Juveni MARCO PHILIPPO FUGGERO, *qui florente forma* Palladis, *constante pectore* Martis *æmulus*, *ad* Roconicium *manu strennè rem gerens*, *pedem utrumque amisit*, *quo in velitatione usurus non erat. Cui etiam hoc ad gloriam accessit*, *quòd ipsum* Bavariæ Ducem *habuerit spectatorem: cui penè ad latus cadens*, *sanguinis sui purpuram dedicavit.*

Anno 1593. 257. *S. Petri Præpositus.* VICTOR *Reblinger* Pat. August. Præpositus *S. Petri* Augustæ usque ad annum 1599. quo vel ex voto, vel ex pio proposito militandi conrra Turcas, Præposituram *Hieronymo Fugger* resignans, in Ungariam contendit. Inde *Augustam* redux, vexillum in primo conflictu contra Barbaros obtentum secum attulit, illúdque in Ecclesia *S. Petri* suspendit, ceu anathema, & perpetuum suæ generositatis monumentum.

258. *Ratisbonensis Episcopus.* SIGISMUNDUS FRIDERICUS *Fuggerus* L.B. Filius *Joannis Jacobi* & *Ursulæ* ab Harrach 24. Septemb. 1542. natus. Fit Canonicus & Præpositus *Ratisbonensis* 1597. Canonicus *Salisburgensis* 1558. & Decanus ibidem 1580. Fuit etiam Decanus *Passaviensis*. *Romæ* Præposituram Cathedralis Ecclesiæ *Bambergensis* nactus, eandem Domino *Alberto* á *Würzburg*, annuâ pensione reservatâ, resignans, ob virtutis rerúmque gestarum gloriam evehitur in *Episcopum Ratisbonensem* 2. Julij 1598. Princeps verè Celsissimus, morum non minùs majestate quàm humanitate celebratissimus, suæ Illustrissimæ Prosapiæ decus immortale & ornamtentum perpetuum. Sed mitram Episcopalem, quam Ejus capiti eximia merita imposuêre, fata immatura brevî detraxêre: nam *Hundio in Metrop. Salisburg. tom.* 1. *fol.* 281.

281. attestante, optimè functus suo Episcopali munere obijt, cùm non nisi biennio præfuisset. Magno bonorum incommodo, *Ratisbonæ* humanis exemptus est 5. Novembr. 1600. ætatis suæ 59. in Cathedrali Ecclesia ibidem sepultus, & anniversarij memoriâ à Fratre *Alexandro Secundo*, & Nepotibus ex Fratre *Severino*, nec non à Sorore *Eleonorâ Signâ à Lamberg*, Hæredibus suis, honoratus.

CLASSIS III.

Augustæ Natorum ad Dignitates Ecclesiasticas evectorum ab anno 1600. usque ad annum. 1706.

HIERONYMUS *Fugger*, hujus nominis secundus Liber Baro *Jacobi* & *Annæ Ilsungin* quintò genitus Filius, anno 1584. die 17. Julij natus. Præpositus *S. Petri* Augustæ 1600. Resignatâ Præpositurâ in thalami consortem assumpsit *Mariam Fuggerin*, *Christophori* & *Mariæ* Comitissæ de *Schwarzenberg* filiam anno 1615. *Hieronymus*, duorum filiorum *Ignatij* & *Leopoldi* Pater, debitum naturæ exsolvit die 15. Martij 1645. — Anno 1600. 259. *S. Petri Præpositus.*

JACOBUS *Fuggerus* Liber Baro, *Joannis* & *Elisabethæ Nothafftin* Filius, 18. Octob. 1567. natus. *Sixti V.* Pontific. Max. Camerarius, Ecclesiarum Cathedralium *Ratisbonensis* & *Constantiensis* Canonicus, nec non hujus etiam Episcopus 1604. Princeps scientijs & virtutibus apprimè excultus, pietati & devotioni cumprimis addictus, œconomiæ administrandæ studiosissimus, utilis omnibus, injurius nemini, pacis, charitatisque amantissimus, in pauperes liberalis, in SS. Ædes munificus. Denique plurimis per 22. annos in Episcopali dignitate præclarè gestis, de DEO & hominibus optimè meritus, diem clausit extremum *Constantiæ*, in PP. Capucinorum Ecclesiâ, unà cum Monasterio, à se ex suis facultatibus extructâ, sepultus cum tali epitaphio: — 1604. 260. *Constantiensis Episc.*

Jacobus Episcopus Constantiensis
Dominus Augiæ majoris & Oeningæ &c.
Hæc requies mea in sæculum sæculi.

261. *Ejus Epitaphium.*

quoniam elegi eam Psalmi 131.
Hic DEO,
Et PP. Capucinis condidi habitaculum,
mihi tumulum.
Illatus sum in sepulchrum Patrum
meorum. Nemo invideat requiem
inter Electos, elegi ipse abjectus
esse in hac domo Domini. Obijt 24.
Jan. Anno Salutis humanæ 1626.
Ætatis 50. & Episcopatus 22.

Anno 1607. 262. *S. Viti Præpositus.* CHRISTOPHORUS *Rehlinger* Patritius Augustanus J. U. Doctor, per resignationem *Caspari Fortin* in curia Romana Doctoris, fit Canonicus Frisingensis, *Antonio Velser* Canonico Fideiussorem agente anno 1590. Postmodùm Scholasticus, Officialis, & Ecclesiæ Cathedralis ibidem Summus Custos. Propter egregia virtutum ac scientiarum ornamenta à Reverendissimis & Celsissimis Episcopis Frisingensibus *Stephano* & *Vito Adamo* in *Consiliarium* ascitus, nec non in *Præpositum S. Viti* assumptus est. Hujus Ecclesiæ Collegiatæ munificus Benefactor, ac post multa præclarè gesta, anniversarij & plurium piarum causarum Fundator, ad Superos abijt die 8. Augusti anno 1632.

1608. 263. *Straubingæ Præpositus.* CHRISTOPHORUS à *Peütingen* Patritius Augustanus, *Straubingæ* Præpositus anno 1608. Serenissimi Electoris Bavarici *Maximiliani* Consiliarius. Virtutum Cultor usquequaque studiosissimus, divini atque humani juris peritiâ clarissimus, ob eámque doctrinam & virtutem expertam cum summa humanitate, morúmque suavitate conjunctam, maximæ authoritatis apud omnes habitus; cúmque publico bono & privatorum hominum commodo laboriosè studuisset, vitâ excessit, *Straubingæ* in Collegiata & Parochiali Ecclesia ad *SS. Jacobum* & *Tiburtium* inhumatus.

1611. 264. *Landishutanus Præpositus.* JOANNES JACOBUS *Imhoff* Præpositus Landishutanus 1610. Natus 1579. Parentibus Octaviano *Septemviro* & *Catharina Welserin* Patritiâ. De cujus gestis & obitu non constat.

1510. 265. *S. Petri Præpositus.* MARCUS *Fuggerus* Liber Baro, *Alberto* & *Veronica* Fuggerin, *Jacobi Fugger* & *Annæ Ilsungin* Filiâ, die 11. Aprilis 1598. prognatus. Canonicus *Passaviensis*, Præpositus *S. Petri* Augustæ anno 1611. Primogenitus inter Illustrissimos suos Fratres *Franciscum* & *Leonardum*, relictis primogenituræ prærogativis potioribus, & sæculari statu, Eccle-

clesiasticum amplexus, miro Religionis devotissimæ exemplo fulsit, & pijssimè obijt 1626.

ANTONIUS *Velser* Patritius Augustanus, *Alexandri* Fuggeri Comitis antehàc Coadjutor: post ejus mortem Præpositus *Frising.* Cathedralis Ecclesiæ anno 1612. Fuit etiam Præpositus *Spaltensis* & *Isnensis.* Obijt 20. Septembris anno 1618. ad *S. Benedictum* sepultus. Anno. 1612. 266. *Frisingensis &c. Præpositus.*

JOANNES BAPTISTA *Rembold* Patritius Augustanus, *Antonij* Velser ex Sorore Nepos, illiusque in Præpositura Ecclesiæ Cathedralis *Frisingensis* Coadjutor: Posthàc ejusdem Ecclesiæ Cathedralis Præpositus 1618. Fuit etiam S. D N. Pauli V. pro Sacra Cæsarea Majestate & inclyta natione Germanica Sac. Romanæ Rotæ Auditor ac Prælatus, & utriusque Signaturæ Referendarius, Præpositus ad *S. Andream* Frisingæ 1613. Præpositus ad *S. Mauritium* Augustæ 1616. die 1. Junij. Obijt 1627. 1613. 267. *Frisingensis & S. Mauritij Præposit.*

MELCHIOR *Schöllenberg ab Hamberg* Patritius Augustanus, post absoluta in Romano *S. Apollinaris* Collegio studia Theologica *Præpositus Strasburgensis* Ecclesiæ Collegiatæ *S. Nicolai* in *Carinthia* an. 1623. Vir egregijs ingenij dotibus & animi virtutibus pollens: vitæ exemplaris: probitate, ac morum gravitate celebris: in cura animarum conservanda & promovenda solicitus. Vix ingressus dignitatem Præpositurae *Strasburgensis* ad laborem se contulit, præter Præposituram duas Parochias (unam in *Lidingen* cum omnibus juribus suis tam in spiritualibus quàm temporalibus Præposituræ annexam: alteram ad novam Ecclesiam vulgò *Neukürchen* dictam, & in inferiore *Styria Aquileiensis* territorij sitam, æque præposituræ *Strasburgensi* plenissimo jure incorporatam) in summo temporum varietate fortiter rexit. Juxta Præposituram *Strasburgensem* insuper *S. Mauritij* in *Friesach* Archidiœcesis *Salisburgensis Præposituram* vigilanter administravit: sæpiùs Commissarius à *Gurcensibus* Episcopis expeditus, Diœcesin peragrando visitans, nec non Clerum, ubi opus, reformans, pro Religionis ornamento, & Diœcesis *Gurcensis* augmento, impigrè laboravit. Demum, cùm agrum Dominicum quadraginta fermè annis laudabilissimè coluisset, Præposituram *Strasburgensem* cum suis parochijs incorporatis resignavit Reverendissimo Domino *Christiano Hardtnig* anno 1663. *Augustam* in suam Patriam reversus. Ubi eodem anno vitâ excessit, suffragante epitaphio, quale in tecto Cathedralis Ecclesiæ *Augustanæ* sepulchreto legitur, ùt sequitur: 1623. 268. *Strasburgensis Præpositus.*

269. *Ejus Epitaphium.*

Sta Viator
Et mirare virum, cujus hoc Epitaphium.
Reverendissimus & Prænobilis Dominus
Melchior Schöllenberg ab Hamberg,
Patritius Augustanus, Theologiæ Doctor,
Principum Consiliarius & OEconomus,
Præpositus, Sacerdos, Parochus,

Omnia unus homo,

Qui familiæ suæ ut decus summum, ita
Benefactor longè maximus, Pupillorum
Altor & dotator liberalissimus.
Dum
Pro aris & focis annis 75. impigrè
Laboravit, sudavit, & alsit,
Tandem
In patriam redux in pace quievit,
Patrium sortitus tumulum anno M. DC. LXIII.
Cujus pijs manibus tu Viator æternùm
bene precare, & vale.
Patruo meritissimo Nepotes mœsti
F. O F.

270. *Descriptio Gurcensis Episcopatûs.* Notandum, quod Oppidum *Strasburg* sex milliaribus germanicis distet à *Villaco*, uti quinque à *Clagenfurto*. In arce *Strasburg* Episcoporum Gurcensium solita est residentia, Capitulô *Gurci* residente. Vi pacti conclusi cum *Ferdinando I.* Imperatore Episcopus Gurcensis à *Domo Austriaca* duabus vicibus individuis, & tertiâ, ubi vacaverit sedes, ab *Archiepiscopo Salisburgensi* constituitur. Cúmque Episcopatum *Gurcensem* instituerit & fundaverit *Gebhardus* Archiepiscopus Salisburgensis, de sua mensa anno 1073. Idicircò isti Archiepiscopi reservârunt sibi jus perpetuum, Præpositos eligendi & investiendi cum juramento fidelitatis. Hinc Episcopus *Gurcensis* non censetur inter Imperij Principes, nec in Imperij Comitijs locum aut sessionem habet, teste *Viguleo Hundio* cum alijs.

271. *Strasburgensis Præpositura.* Præpositura *S. Nicolai* in *Strasburg*, cui *Melchior Schöllenberger* præfuit, est insignis, antiquissima, ac prima ex Collegiatis in Provincia: gaudet multis privilegijs; inter reliqua habet plenissimo jure incorpo-

corporatam Ecclesiam Parochialem ad *novam Ecclesiam* vulgò Neu-Kürchen dictam inferioris *Styriæ* in *Aquileiensi* territorio sitam, in qua & adjacentibus filiabus Ecclesijs ab immemoriali tempore jus quasi Episcopale *Præpositus* Collegiatæ Ecclesiæ *S. Nicolai* exercet: insuper habet votum & Sessionem in domo Provinciali, éstque majoris Consilij Archiducatûs Carinthiæ *Deputatus*. Ita me informavit *Joannes Wolfgangus Schilling*, p. t. Præpositus *Strasburgensis* meritissimus.

ANTONIUS JACOBUS *Fuggerus* Liber Baro, *Antonij* Junioris & *Elisabeth Fuggerin Octaviani Secundi* filiæ secundò genitus filius, natus anno 1610. Canonicus *Passaviensis* Præpositus *S. Petri* Augustæ, nec non in eandem Ecclesiam munificus Benefactor, principem inibi aram poni, eámque picturâ *Kageri* famosissimi pictoris exornari, curavit, magnisque meritis clarissimus ad æterna præmia est evocatus anno 1651. Anno 1624. 272. *S. Petri Præpositus.*

Christophorus à *Peütingen* Patritius Augustanus, per resignationem Eminentiss. Cardinalis *Melchioris Kleselij* Præpositus *S. Mauritij* anno 1628. die 13. Novembris. *Ameriæ*, *Noceræ*, *Ravennæ*, & in alijs Pontificiæ ditionis civitatibus *Gubernator Pontificius*: pro Sacra Cæsarea Majestate & inclyta Natione Germanica Sacræ Romanæ Rotæ *Auditor* & *Prælatus*: absolutæ Jurisprudentiæ raritate inter ævi sui Jurisconsultos excellens: litterarum & causarum Patronus incomparabilis, non solùm à Summis Pontificibus, Cardinalibus & Nationalibus, sed etiam ab exteris ac minùs etiam notis impensè amatus. *Petri Ottoboni* in Rota Romana quondam sui Collegæ, deinceps die 6. Octobris 1689. Summi Pontificis, Amicus intimus. Ecclesiarum Cathedralium *Constantiensis*, *Tridentinæ*, & *Cameracensis* Canonicus. Præter Præposituram *S. Mauritij* Augustæ etiam Ecclesiarum Collegiatarum *S. Stephani* Constantiæ, *S. Andreæ* Coloniæ, *S. Victoris* Moguntiæ, aliáque beneficia (aliquibus resignatis) Ecclesiastica adeptus est. Demum, postquàm in absentia Legati Cæsarei apud *Urbanum VIII. Romæ* negotia Imperatoris gessit, decisiones Rotulares posteà prælo etiam submissas, conscripsit, Auditoratûs causas 18. annis prudentissimè tractavit, *Romæ* grassantem pestem fugiens, in *Ameriam* se contulit; attamen mortem non effugit: quippe hîc loci aliquamdiu commoratus, in lectum, à lecto in lethum incidit, vitâ temporali exutus ætatis 56. die 14. Decembris, anno gratiæ 1656. 1628. 273. *S. Mauritij Præpositus.*

174. *Blaubeuranus Abbas.* RAYMUNDUS *Rembold* Patritius Augustanus, ex Imperiali Monsterio *Weingartensi* Abbas Blaubeuranus anno 1630. Vir præstantis ingenij & proni in litteras, raræ eruditionis, salutis publicæ, & plantandi ordinis *Benedictini* studiosissimus. Præfuit Abbatiæ magno cum Religionis fructu 18. annis. Verùm anno 1649. vi pacis *Westphalicæ* Monasterium relinquere coactus, ad suos *Weingartenses* redijt, & ætate grandævus ibidem in Domino obdormivit. Fuit *Blaubeüræ* insigne Ducatûs *Würtenbergij* Diœcesis *Constantiensis* ad *Blavi* fluvij profundissimos fontes *Benedictinum Monasterium*, Divo *Joanni Baptistæ* sacrum, duobus *Ulmâ* milliaribus in peramæno ejusdem nominis Oppido situm, ab *Anselmo Hugone* & *Henrico* Fratribus Palatinis Comitibus de *Tübingen* sub A. C. 1095. conditum, sed Abbate ac *Monachis* anno 1649. expulsis, per pacem *Westphalicam* Duci Würtenbergensi adjudicatum.

Ceterùm Reverendissimi D.D. *Raymundi Rembold* Abbatis *Blaubeürani* cursum vitæ à celeberrimo & Imperiali Monasterio ad *Vineas* aliquoties solicitans, accepi litteras hujusmodi tenoris:

275. *Vitæ epitome.* *Raymundus Rembold* patriâ Augustanus, Patre *Philippo Jacobo Rembold*, Patritio & Consule Augustano, Matre *Barbara Rothin* de Schrekenstein natus est anno Chr. 1595. 2. Julij, In Monasterio *Weingartensi* Professus anno 1611. 22. Julij. Sacrum primum Deo obtulit. 1619. 11. Novembris. Electus Abbas *Blaubeüranus* 1630. 28. Novembris. Consecratus 1631. *Constantiæ* 19. Januarij. Vi Pacis Monasteriensis Abbatiam *Blaubeüranam* deserere, & ad *Vineas* redire 1649. compulsus est. Ubi pro habitatione Eidem assignata Arx W*eingartensis* dicta *Hasenweiler* unà cum onere Parochiali, quo etiam in loco usque ad unum 1667. mansit: donec hoc ipso anno Reverendissimo D. Abbati Dominico Layman scriberet, se in somnis quibusdam iteratò monitum, ut ad *Vineas* nostras rediret, Hinc etiam nullis persuasionibus induci potuit, ut ibidem maneret.

276. *Confidentia.* Quare reversus ad Monasterium nostrum, & anno 1669. *Jubilæus* factus, attamen secundas suas Primitias anno primùm 1680. Dominica 1. Adventûs etiam ut *Jubilæus* Abbas offerre voluit, & obtulit. Celebranti astiterunt Reverendis. DD. Abbates Ottoburanus *Benedictus*, qui etiam è Cathedra in maxima populi frequentia peroravit, & *Alphonsus Stadelmair* Weingartensis. Demùm sensibus paulatim deficiens, Sacramentis etiam omnibus ritè munitus, placidè æquè ac piè obdormivit anno 1684. 16. Julij, ætatis suæ 89. sepultus in Crypta Patrum nostrorum. De cetero quà privatus, quà Ab-

bas pacis charitatisque tenacissimus, ac Disciplinæ Monasticæ observantissimus in omni vita extitit, animo quoque semper hilari, conscientiæ & Spiritûs libertatem prodente, semper visus, nulli verò unquam invisus. Concionibus suis, quà Abbas etiam, maximam plerumque populi præsentiam, plausum, ac ædificationem insigni cum fructu sibi comparavit. Placeat etiam R. P. *Gabrielem Bucelinum* p. m. qui interfuit Electioni *Raymundi* ad Abbatiam *Blaubeuranam*, in suo M. S. Ephemeridum *Weingartensium* audire, ubi ita loquitur:

Anno 1630. 28. Novembris restitutis jam *Wirttenbergiæ* Monasterijs, & *Hirsaugiensi*, atque *Blauburano*, inductâ Weingartensium Coloniâ, instructis, hâc die Electio Abbatis Blauburani à Reverendiss. D. D. Abbate nostro *Francisco*, Congregationis Suevicæ *Præside* instituta est, cui & ipse interfuit, & una secum me quoque ducens, suffragari in Electione voluit. Successit feliciter negotium, & Abbas Electus est Reverendissimus D. *Raymundus Rembold* Augustanus, Patre Urbis Consule & Patritio natus, apud nos pro concione aliquot annis exercitatissimus. Qui posteà consecrationem *Constantiæ* accepit. Eligentium parvus numerus fuit, vel pro ipsa raritate exempli memorandus: RR. PP. *Bartholomæus May* Augustanus, loci ejusdem designatus Oeconomus, *Raymundus* electus, Magnus *Zürcher* Veldkirchensis, *Martinus* à *Parthaim* Pruthenus, & F. *Gabriel Bucelinus*. Quâ ipsa die novo Electo Pro-præfectus acatholicus calices aliquot, olim furtô Sacrilego ablatos, restituit & præsentavit. Hucusq; *Bucelinus c. l.* Qui etiam *Remboldorum* Genealogiam in Stemmato-Graphiæ Germaniæ parte alterâ typis edita, descripsit. De eadem Familia Idem in M. S. Genealogicorum operum Tomo decimo tractat, ubi tamen Matrem *Raymundi* assignat *Barbaram Rothin* de *Böringen*, non de *Schreckenstain*, ut in Stemmato-Graphiâ allegata. Insignia *Raymundi* erant præter illa *Blaubeurani* Monasterij, Bos niger cum Sinistro anteriore pede albo in area rubra stans, qualia etiam præscribit prædicta Stemato-Graphia *cit. loc.* Ita litteræ *Weingartenses*, ad meam Synopticam compositionem fusiùs declarandam, in supplementum additæ.

277. *Electio.*

CAROLUS *Stengelius* Augustanus die 29. Januarij 1581. natus: S. Ordinem *D. Benedicti* in libero & Imperiali Monasterio ad *SS. Udalricum* & *Afram* Augustæ Professus 1596. die 12. Martij: Cantor chori, Rector Musices, Scholarum Magister 1602. die 20. August. Primam incruentam victimam litavit 1605. die 18. Aprilis:

Anno 1630. 278. *Anhusanus Abbas.*

lis: Professor Casuum conscientiæ 1610. Subprior 1615. die 10. Aprilis: Oeconomus 1622. die 24. Novembr. evocatus ad Abbatiam *Anhusanam* & confirmatus 1630. die 16. Decembr. consecratus in templo PP. *Societatis* JESU *Dilingæ* ab ipsomet Reverendiss. & Celsissimo Principe & Episcopo *Henrico* &c. eodem anno die 29. Decembr. Vir laboriosæ industriæ, otij acerrimus hostis, eruditissimus, atque ex editis libris, à Summis *Pontificibus, Purpuratis Patribus*, alijsque *Principibus* ac magnis viris voce & calamô commendatis, notissimus.

279. Capacissimum ingenium varijs doctrinis & artibus excoluit,
Litteratus, quà solertissimus Musarum & *Musices Præfectus*.

280. *Musicus*. Septem Comœdias proprio marte elucubratas in scenam pro-
281. duxit præclarus *Comicus*.

Comicus. Disciplinam monasticam verbo & exemplo egregiè fovit &
282. promovit *Subprior* religiosissimus.

Subprior. Manibus innoxijs picea tractare negotia probè doctus, rem do-
283. *Oeconomus*. mesticam gnaviter administravit sedulus *Oeconomus*.

284. Illustrium virorum gesta, Sanctorum elogia, Monasteriorum,
Chronographus. Urbium & Provinciarum monumenta, longa sæculorum caligine sepulta, in lucem revocavit indefessus *Chronographus*:

285. Miram in adversis constantiam, durantibus exilijs & injurijs
Duris probatus. militaribus, luculenter probavit *Abbas patientissimus*.

Libris undecentum de diverso argumento (in mantissa ad
286. Commentarium Augustanum expresso) prelo subjectis, immortale
Author 99. Librorum. sibi nomen calamo paravit, perdius & pernox vel oratione, vel lectione, vel scriptione gnaviter occupatus.

287. Erga Sanctissima nomina JESUS MARIA devotissimus; eo-
JEsu Mariæ devotissimus rúmque honoris privati & publici Studiosissimus: juxta suum breviarium, aliásque quotidianas preces, planè multas, quinque Psalmos cum litteris J. E. S. U. S. initialibus, & alios quinque Sancti nostri *Joscionis* cum literis M A R I A initialibus devotè singulis diebus persolvit.

288. Ex licentia Reverendissimi & Celsissimi Episcopi &c. &c.
Ecclesiam consecrat. HENRICI Ecclesiam suam *Anhusanam* ad *Brentium* in honorem SS. Nominum JESUS MARIÆ 1642. die 2. Augusti consecravit.

289. Atrocibus olim doloribus ex occulto affectu provenientibus per
Sanitatem impetrat. 15. dies exagitatus, voto nuncupato, de conscribendo libellum Sacratissimi Nominis JESU, & legendis tribus Sacris, in tertio ac ul-

timo ſacro, ad *S. Symbertum* de prædicto *SS. Nomine* celebratô, confeſtim convaluit.

In ſacello *B. Virginis* Parochiæ *Hauſtetten* cum permiſſione ſui Reverendiſſ. D.D. Abbatis adhuc Oeconomus aram erexit, omnibus ad miſſam neceſſarijs ornamentis inſtructam,& additis ſacris Myſtæ veſtibus *Conſolatrici Afflictorum* dedicavit. *vid. p. 1. fol. 559. & 560.* 290. *Aram erigit.*

Laudabiliſſimam conſuetudinem *Anhuſij* ſub *Henrico de werde* Abbate anno 1336. cæptam, ut ſingulis per annum diebus, paucis exceptis, in honorem Deiparæ ſacrum diceretur, poſtliminiò reſtituit, S. D. Urbano VIII. pium factum per Bullam approbante. 291. *Miſſam de B. V. innovat.*

Anno 1632. Monaſterium ſuum *Anhuſanum* deſerere compulſus, & in *Tyrolin*, *Salisburgum* ac in *Auſtriam* interim profectus, octavâ die ante Kalendas Decembris coram Thavmaturga ſtatua *B. Virginis Oetinganæ*, ſecuritatis causâ *Salisburgum* delatâ, antequàm denuô reſtituebatur, ultimum officium ſolenne in Cathedrali Eccleſiâ *Salisburgenſi* mitratus cantavit: ultimò *Eam* in propinquum ſacrarium (præſente penè innumera devotorum B V. MARIÆ Clientum multitudine) ſumma veneratione reportavit: demum *Eandem* cum Celſiſſimo & Reverendiſſimo Archi-Epiſcopo (potiores & primarias pietatis functiones exhibente) alijsque Reverendiſſimis DD. Prælatis comitantibus maxima celebritate & affluentium populorum gratulatione *Oetingam* deduxit. 192. *Oetinganam B.V.M. ſolenniter honorat.*

Tempore ſui exilij in *Sueviâ*, *Tyroli*, *Auſtria*, *&c.* ad ducenta Officia actu Pontificali ſolenniſſimè peregit: frequentiſſimas ſupplicantiũ ſeries ſplendido apparatu inſtitutas aut duxit, aut ſua præſentiâ condecoravit; *Auguſtæ* ſolumodô in feſto *Corporis Chriſti* ad generalem, ùt ipſe vocat, Proceſſionem decem ſibi invicem ſuccedentibus (ab 1645. uſque 1655.) nunquam interruptis annis invitatus comparuit mitratus. 293. *Proceſſiones &c. condecorat.*

Anno 1635. die 14. Auguſti ex *Auſtria* ad penates redux invenit Monaſteriùm ſuum penè devaſtatum inſtar lucernæ laceræ perforatum, perfractum. Anno 1638. die 14. Maij è ſuo Monaſterio *Anhuſano*, à ſe per triennium reſtaurato,altera vice migrare coactus, in via à 24. militibus ſpoliatus, & iterum bienniô exul,revertitur ad ſuam Abbatiam anno 1640. die 1. Auguſti. 294. *Exilium & ſpoliationem patitur.*

Anno 1641. die 27. Februarij poſtliminiò fugatus, jam *Auguſtæ*, jam *Heidenhemij*, jam alibi hoſpes, jam *Anhuſium* reviſens, denique anno 1647. die 20. Februarij perveniens *Auguſtam*, permanſit in *D. Udalrici* ſuæ Profeſſionis Monaſterio uſque ad peregrinationis & 295. *Auguſtæ moritur.*

 totiùs

totius vitæ cursûs terminum. Ubi, traductis inter continua pietatis & litterarum excercitia 16. annis, ad cœlestem Patriam animum intendens, divino viatico, pijsque desiderijs instructus, & sacro oleo roboratus, viam ingressus est, universæ terræ, Sacerdos Jubilæus, Abbas litteratissimus, tot duratura sui nominis monumenta relinquens, quot libri ab ipso conscripti manibus teruntur, & pluteos stipant. Funus in ambitu ad *D. Udalricum* sepulturæ locum accepit cum hoc epitaphio, marmori inciso, & ad parietem infixo:

296. *Ejus epitaphium.*

D. O. M.
Dies mei sicut umbra
declinaverunt,
Et Ego
CAROLUS STENGELIUS
Abbas Anhusanus
sicut fœnum arui
Die XXVII. Mensis Januarij
A. C. M. DC. LXIII.
Ætatis LXXXII.
Religionis LXVII.
Abbatiæ Dignit. XXXIII.
Vixi, & quem dederas cursum,
Deus Alme peregi.

Anno 1637. 297. *Salisburgensis Decanus.*

CAROLUS Comes S. R. I. *Fuggerus Philippi Eduardi* & *Mariæ Magdalenæ* à Königseeg Filius 11. Sept. anno 1581. progenitus. Primùm in judicio Imperialis Cameræ Præses, deìn *Pauli V.* Pontif. Max. Camerarius, *Sac. Cæsareæ Majestati* à Consilijs, Cathedralis Constantiensis & Metropolitanæ Salisburgensis Ecclesiarum Canonicus 1618. tandem ejusdem Salisburgensis Ecclesiæ Decanus anno 1637. Cunctis naturæ & gratiæ donis ornatus: in DEUM pietate, apud Principes, Nobiles, & Plebeios, consiliô, amore, & Favore conspicuus, Illustrissimæ *Domûs* suæ Decus ac Columen cecidit anno 1642.

1658. 298. *Wettenhusanus Præpositus.*

DIONYSIUS ex Baronibus de Rehlingen & Altenberg, Patritius Augustanus, Viri Consularis Filius, ac *Joannis Christophori* L. B. de Rehlingen Celsissimi ac Reverendiss. Archi-Episcopi Salisburgensis Consiliarij & Supremi bellicæ rei Præfecti, anno 1693. ætatis 80. demortui, Germanus Frater, *Augustæ Vindelicorum* natus 1610.

In

In Monasterio ad *S.Crucem* ibidem Canonicum Regularem Professus 1626. Absolutis in celeberima Universitate *Dilingana* sublimioribus studijs, (Marte Suevico *Augustam* anno 1633. occupante) exul, cùm inter *Seccovienses*, tum inter *Berchtolgadenses Subdecanum*, Theologiæ & SS. Canonum *Possessorem* nec non *Concionatorem* egit.

Sopitis nonnihil *Bellonæ* tumultibus *Augustam* reversus, primitus œconomiæ administrandæ admotus, postmodùm anno 1646. in *Decanum* electus, unà officio *Magistri Novitiorum* perfunctus, non solùm à suis, sed etiam à primoribus *Reipublicæ Augustanæ*, & à *Curia Episcopali* magnî æstimatus, atque non rarò in summè arduis negotijs consultus, prudentissima consilia dedit, providas sententias dixit, suæ sapientiæ, scientiæ atque virtutum radios domi forisque longè & latè sparsit. 299. *Augustæ Decanus.*

Hinc Monasterio *Wettenhusano* injuriâ temporum & calamitate bellorum devastato, & jamjam è *Canonicorum Regularium* manibus eripiendo, *Augustâ* evocatus, nec non in Præpositum anno 1658. postulatus, non solùm suppetias tulit, sed id quasi de novo fundavit. æs alienum onerosissimum quàm celerrimè dissolvit; Chorum, seu Officium divinum, præteritis *Bellonæ* temporibus jam diu intermissum, protinus restituit: duobus solùm Sacerdotibus seniculis, ex fluctibus belli relictis, & ad communia onera ferenda inidoneis, ipsemet quotidie hebdomadarij officium adimplevit: statutis diebus suggestum ascendit, teneram juventutem Catechesi erudijt: sæpè ad hujusmodi functiones in pagos vicinos excurrit: egregios juniores ad sacrum ordinem assumptos, quà *Asceta* zelosissimus disciplinâ regulari, qua SS. Theologiæ & Philosophiæ *Doctor* sublimioribus scientijs, quà *Mathematicus* expertissimus mathematicis speculationibus imbuit, vitæ Regularis *Idea*, virtutis absolutissimæ *Canonicus*: à *Joanne Frontone* Cancellario Parisiensi vir omni eruditione clarissimus: à potentissimis Principibus vir potens opere & sermone, atque plenus virtute, doctrinâ, & humanitate meritò appellatus. 300. *Wettenhusanus Præpositus laudatissimus.*

Optimè autem gnarus Poëtæ illius moniti: *scilicet in vulgus manant exempla Regentum*, nullis negotijs intervenientibus se impediri à Divinis passus est. Primus ad omnes horas Canonicas, etiam de media nocte decantatas, usque ad summam senectutem: primus templum ingressus, & novissimus è templo egressus, chorum studiosissimè frequentavit: præter horas Canonicas plurimas consuetas preces usque ad ultimam vitæ lineam devotissimè recitavit: extra 301. *Virtute.*

tempus prandij vel cœnæ nec potum aquæ nec bolum panis degustavit: mensa frugali contentus, haud ullo tempore alium victum, quàm suis Religiosis appositum, expetijt, præclarum pietatis & sobrietatis exemplar.

302. *Et Oeconomia peritiâ præstans.* Doctrinæ, pietati & sobrietati conjunxit œconomiam planè admirandam: Monasterium cum horto & multis ædificijs ad omnem elegantiam è fundamentis eduxit: Bibliothecam plurimis & doctissimis libris instruxit: Templum amplissimum singulari splendore constructum, magno organo pnevmatico, pretiosis aris, artificiosis picturis & omni magnificentiæ genere exornavit: Sacristiam Sacris vestibus holosericis, cimelijs & innumeris auri argentive sumptibus ditavit: bona alienata redemit: latifundia & prædia coëmit: exulantes subditos ad patriam reduxit, reductos ad domos erigendas agrósque colendos præsenti ære & re induxit: *Wettenbusium*, eâ tempestate vicum potiùs quàm pagum, in elegans Oppidum transformavit, tantámque sibi gloriam pietatis & ingenij monumentis comparavit, ut ab *Alexondro VII.* summo Pontifice, *Ferdinando III.* Imperatore, *Sigismundo* Archiduce, & S.R.I. Principibus in magno honore fuerit habitus: ab Augustissimo Imperatore *Leopoldo I.* etiam in *Consiliarium* suum & *Sacellanum* perpetuum motu proprio ascitus, nec non ad varias causas dirimendas constitutus. Demum post annos 34. in Præpositura laboriosissimè consumptos, calamitatibus *Wettenbusanorum* velut alter Noë à DEO datus, in pace quievit die 15. Februarij 1692. in templo, à se è fundamentis excitatô, sepultus cum sequenti epitaphio:

303. *Ejus Epitaphium.*

DIONYSIUS
Ex Baronibus de Rehlingen & Altenberg S.R.I. Prælatus Wettenbusanus
Sac. Cæs. Majest. Consiliarius &
Sacellanus Perpetuus,
Per quem
Deus Optimus
nostra stare fecit omnia,
Heic
In Deo suo
jacet,
fatali mortis spiculo prostratus
Anno M.D.C.XCII. Die XV. Feb.

nat

Natus annos LXXXII. Religiosus
Canonicus LXVI. Sacerdos LVIII.
Antistes Regens XXXIV.
Hæc requies mea in sæculum sæculi,
hic habitabo, quoniam elegi eam Psal. 131.

GREGORIUS *Jos* Augustanus, natus anno 1616. 15. Aprilis: *Professus* in libero Imperiali Monasterio ad *SS. Udalricum & Afram* Augusti. Ord. *S. Benedicti* 1639. die 29. Oct. Neomysta 1642. Religiosi Convictûs Salisburgensis *Subpræfectus* 1645. die 30. Oct.: postmodùm *Præfectus* 1648. Collegij Salisburgensis *Oeconomus* 1652. die 1. Augusti: Salisburgô Augustam redux fit tertiò *Juniorum Magister* & secundò *Sub-Parochus* 1654. die 1. Junij. *Prior* 1656. die 18. Maij. *Abbas* 1664. die 10. Junij: à Reverendissimo ac Celsissimo S. R. I. Principe *Joanne Christophoro* Episcopo Augustano *Visitator* Monasteriorum Ord. *S. Benedicti* per Diœcesin Augustanam constitutus eodem anno 1664. Anno. 1664. 304. *Abbas S. Udalrici.*

Abbas electus, egregio Religiosæ demissionis exemplô, dignitatem respuens, se eò digniorem probavit, quo indignum se existimavit: oneri tamen humeros supposuit, ne DEO vocanti obluctaretur, & suam voluntati divinæ præferre videretur. 305. *Ejus animi demissio.*

Fuit autem vir omninò magnificus, judiciô præstantissimus, in rebus agendis providus, celer, animosus, severiorum doctrinarum apprimè peritus, Architecturæ, aliarúmque practicarum scientiarum expertissimus: insignis Organœdus: cantûs *Gregoriani* accuratus Phonascus: Disciplinæ Monasticæ Observator, Reformator, ac Promotor: incomparabilis jurium Monasterij conservator & acerrimus defensor. 306. *Et aliæ dotes.*

Ut tam virtutis quàm scientiæ succo cùm Domi tùm foris imbuerentur sui Religiosi, totis viribus adlaboravit; ut morum integritati juncta eruditio nusquam exerraret, Philosophiam diu antehàc exulantem, suas in ædes reduxit: ut Discipuli suæ haustæ doctrinæ specimen præberent, Philosophicas Theses impressas, & in libellis compositas, publicæ Disputationi in solo suo Monasterio intra sexennium septies exponi gratiosè indulsit: Ut scientiæ acquisitæ nutrirentur, vel facilè in oblivionem non abirent, multos raros & selectos libros largis expensis comparavit. 307. *Studiorum promotio.*

Ut Religiosus Parochus Venerabile Sacramentum in urbe sub Umbella à quatuor baiulis sustentatâ (alijs comitantibus, & cum 308. *SS. Eucharistia devotio.*

cereis

cereis ardentibus ponè sequentibus ad infirmos deferret, in pium usum induxit, ipsemet non rarò comes.

309. *Sacra ornamenta.* Hierothecâ Evcharisticâ auro-argentea, margaritis & unionibus distinctâ: ponderosâ operis anaglyptici argentea lampade: argenteis inauratis calicibus, ornamentis sericis, atque ex ijs nonnullis auro vel argento filatis, aut phrygio opere intextis, aliáque copiosâ ad cultum divinum supellectile thesaurum Ecclesiasticum locupletavit. *Spinam* de corona *Servatoris* nostri insigniter conspicuam, suis pijs exhortationibus comparatam, atque arcæ affabrè elaboratæ inclusam, Sacristiæ intulit. Chorum templi aulæis vestivit: organa, musicáque instrumenta reparavit.

310. *Benedictina icones.* *Benedictinorum Cœlitum* icones, per Natalitios totius anni dies distributas, Monasterij sui ære æri incidi curavit: vitas illorum â se, quoad vixit, compositas, iconibus cælatis subscripsit.

311. *Vinea Bulsani.* Anno 1664. *Gregorius* Abbas primo protinus sui Regiminis anno vineam prope *Bulsanum* 2700. florenis, & alia quædam bona coëmit, quædam debita dissolvit, quædam litigia diremit.

312. *Privilegiorum confirmatio.* Anno 1665. à *Leopoldo I.* Imperatore obtinuit diploma, vigore cujus Monasterij res, homines, bonáque omnia in specialem protectionem Cæsaream sunt assumpta, protectióque, pro libitu revocabilis, *Urbi Augustanæ* demandata. Diploma tale est.

313. *Leopoldi I. Diploma.* Wir LEOPOLD von GOttes Gnaden erwählter Römischer Kayser/ zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs in Germanien/ zu Hungarien/ Böheim/ Dalmatien/ Croatien und Sclavonien ꝛc. ꝛc. König/ Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund und Braband/ zu Steyr/ zu Carnten/ zu Crain/ zu Lutzenburg/ zu Württenberg/ Ober- und Nider-Schlesien/ Fürst zu Schwaben/ Marggraf deß Heil. Römischen Reichs/ zu Burgau und Mähren/ Ober- und Nider-Laußnitz/ Gefürster Graf zu Habspurg/ zu Tyrol/ zu Pfirdt/ zu Kyburg/ und zu Görtz/ Land-Graf in Elsaß/ Herr auf der Windischen Marck/ zu Portenau und zu Salins/ ꝛc. ꝛc. Bekennen offentlich mit disen Brief/ und thun kundt allermänniglichen/ wan Wür gütlich angesehen und wahrgenommen haben deß Ehrsamen

samen Unsers Raths lieben andächtigen Gregorij Abbts/ Priors und Convents deß Gotts-Hauß zu St. Ulrich und Afren in Unser und deß Heil. Reichs-Stadt Augspurg gelegen/ Erbar/ Geistlich/ Andächtig reformiert Weesen/ und den Löblichen Gotts-Dienst/ so Sie täglich in dem genannten Gotts-Hauß vollbringen/ darum und damit Sie an solchem Geistlichen Weesen desto münder geirret/ geträngt/ noch beschwärt werden/ und dem Allmächtigen GOTT desto baß und fleissiger dienen/ und in ihrer Andacht leben mögen/ so haben Wür als regierender Römischer Kayser und Obrister Vogt und Beschürmer deß gemelten Gotts-Hauß mit wohlbedachtem Muth/ guten Rath/ Unser und deß Reichs Chur-Fürsten/ Fürsten/ Grafen/ Edlen und Getreuen/ und rechter Wissen/ denselben Abbt/ Convent und ihre Nachkommen deß gemelten Gotts-Hauß/ mit sambt allen Ihren und deßselben Gotts-Hauß zugehörigen Leuten und Gütern/ in Unsere und deß Heil. Reichs/ sondere Gnad/Vorspruch/Schutz und Schürm genommen und empfangen/und Ihnen/ die Ehrsamen/ Unsere und deß Reichs liebe/ getreue Stadt Pfleger/ Gehaime/ Burgermaister und Rath der gemelten Stadt Augspurg (in deren sondern Schutz und Schürm Sie von Alten hero/ vil Jahr und ob Menschen Gedächtnus gewesen/ und noch seynd) an Unser statt zu Vögten und Verweesern geordnet/ gesetzet/ und Sie von Unser und deß Heil. Reichs wegen zu Schützen und zu Schürmen befohlen/ und Unser Gewalt und Macht gegeben/ auch den genanten Abbt/ Priorn und Convent und ihren Nachkommen die Gnad und Freyheit/ damit Sie von Weyland dem Allerdurchleuchtigsten Kayser CARLN den Fünfften ꝛc. Unserm lieben Herrn Vättern und Vorfahrern am Heil. Reiche Hochlöbl. Gedächtnus ꝛc. (neben Empfahung in ihrer Lieb und Kayserlichen Majestät Schutz und Schürm) fürsehen seynd/ also daß

nun fürbaß hin / Sie und ihre Leut / Hindersessen / Vögt / Pfleger / Diener und Unterthanen / in ewig Zeit / durch einigen Fürsten / Prælaten / Grafen / Herrn / Ritter / Knecht / Stadt / noch jemand andern mit Steur / Raiß-Geldt / Dienst-Geldt / Robata noch einigen andern Sachen / nicht belegt / beschwärt / noch bekümmert / noch mit Gastung / Jagen / Knechten / Pferdten und Hunden nit überzogen / beladen / noch Geldt darvon zu geben genöhtet / noch auf sie / ihr Gotts-Hauß / und ihre Leut und Güter keinerley Vogtey / noch Vogt-Recht gesucht / noch gefordert werden / noch jemand sich deren annehmen / unterwinden / noch einzuziehen unterstehen soll / noch möge / in keinerley Weiß / sonder dieselben Abbt und Convent und ihre Nachkommen deß gemelten Gotts-Hauß / dessen alles frey / ledig und müssig seyn und bleiben sollen / gnädiglich erneuert / confirmieret und bestättet / doch Uns und dem Heil. Reich an Unserer Oberkeit und sonst männiglich an seinen Rechten unschädlich; Nehmen ermelten Abbt / Convent, ihre Nachkommen und Gotts-Hauß also in Unsern Schutz / ordnen und setzen ihnen vorgenante Stadt-Pfleger / Gehaime / Burgermaister und Rath gemelter Stadt Augspurg / an Unser Stadt zu beschürmen / und geben denselben / Sie von Unser und deß Heil. Reichs wegen / zu beschützen und zu beschürmen / Unser Gewalt und Macht; Erneuern confirmieren / und bestätten ihnen obberührte Gnad und Freyheit / alles von Römischer Kayserlicher Macht / hiermit wissentlich in Krafft diß Briefs / allermassen dieselben von Weyland Unserm Lob-seeligen Vorfordern am Reich / und sonderlich jüngsthin von Unserm geliebten Anherren Weyland Kayser FERDINAND dem Andern / löblichster Gedächtnus ꝛc. auch erneuert / confirmiert und bestättet worden seyn / und maynen / setzen und wollen von jetzt-gedachter Kayserlicher Macht vollkommenheit / daß nun fürbaß hin

hin der vorgemelt Abbt / Convent, und ihr Nachkommen / und all ihr und ihres Gotts-Hauß Leut / Hinderſäſſen und Unterthanen / alle und jegliche Gnad / Freyheit Privilegia, Ehr / Würde und Vortheil / Recht und Gewonheit haben / die ander / ſo in Unſer und deß Reichs ſonder Gnad / Verſpruch / Schutz und Schürm ſeynd / haben ſich auch der obberührter gegebenen Gnaden und Freyheiten gebrauchen / genieſſen / und darbey gäntzlich unverhindert bleiben / auch die vorgemelte Stadt-Pfleger / Gehaime / Burgermaiſter / und ihre Nachkommen der Stadt Augſpurg von Unſer und deß Heil. Reichs wegen / den mehr-gedachten Abbt / Priorn und Convent, und ihren Nachkommen / auch ihr und ihres Gotts-Hauß Leut und Gütter / bey obangeregten und andern ihren Freyheiten und Gerechtigkeiten geruhiglichen bevögten / handhaben / ſchützen und ſchürmen / und ihren Nutzen und Frommen / auch alles das Fürnehmen / das demſelben Abbt und Convent zu Gutem raichen mag / wie Ihnen gebühret / und von Unſertwegen hiemit gebotten wird / doch alſo; Wan hinfüran über kurtz oder lang Ihnen Abbt und Convent und ihren Nachkommen die genante Stadt-Pfleger / Gehaime / Burgermaiſter und Rath der Stadt Augſpurg zu Vögten und Schürmer zu haben nit füglich ſeynd / oder ander Vogt und Beſchürmern nothdürftig werden / daß Sie alsdan ſolche Vogtey / Schutz und Schürm denenſelben von Augſpurg abkünden / und nach ihren Nutz und Frommen / einen andern Herrn / oder wer ihnen dan gelegen ſeyn wird / mit Unſer und Unſerer Nachkommen am Reich Wiſſen und Willen nemmen mögen / und gebüthen darauf allen und jeglichen Chur-Fürſten / Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Prælaten / Grafen / Freyen / Herren / Rittern / Knechten / Haupt-Leuten / Land-Vögten / Hof-Marſchallen / Hof-Richtern / Vitzthumen / Rent-Maiſtern / Vögten / Pflegern / Land-Richtern / Caſt

nern/ Mauthnern/ Zollnern/ Verweesern / Ampt-Leuten/ Urthlsprechern / aller und jeglicher Gericht und Recht / Geistlicher und Weltlicher / Burgermaistern / Richtern/ Räthen/ Burgern und Gemainden/ und sonst allen anderen Unsern und deß Reichs Unterthanen und Getreuen / was Würden Standts oder Weesens die seynd/ so mit disen Unsern Kayserlichen Brief ersucht oder ermahnt werden/ ernstlich und wollen / daß Sie den offtgenanten Abbt/ Priorn, Convent und ihren Nachkommen / auch ihre und ihres Gotts-Hauß Leut und Güter / an obbeschribnen Kayserlichen Freyheiten / Schutz/ Schürm und Confirmation, auch die Bestimmten von Augspurg / an solcher Vogtey/ Schutzung und Schürmung nit hindern/ noch irren / sondern Sie in aller obberührter Massen gebrauchen/ geniessen/ und gäntzlich darbey bleiben lassen/ auch von Unser und deß Reichs wegen / darbey geruhiglich handhaben/ schützen/ schürmen/ auch allenthalben Ihren Nothdurfften nach / frey / sicher / unbekümmert und gantz unbelaidiget handlen und wandlen lassen / hierwider nicht thun / noch niemands andern zu thun gestatten/ in kein Weis / als lieb einem jeglichen seye/ unser und deß Reichs schwäre Ungnad / und darzu ein Pœn, nemlich zwaintzig Marck löthiges Gold zu vermaiden / die ein jeder so oft er freventlich hierwider thäte / Uns halb in Unser und des Reichs Kammer / und den andern halben Theil vil-gedachtem Abbt und Convent, St. Ulrich und St. Afren Gotts-Hauß in Augspurg ohnabläßlich zu bezahlen verfallen seyn soll. Mit Urkundt diß Briefs mit Unsern Kayserlichen anhangendem Insigel besiglet / der geben ist in Unserer Stadt Wienn / den dreyssigisten Tag deß Monats Octobris nach Christi Unsers lieben HERRN und Seeligmachers Geburt / sechzehen hundert und fünff

und

und sechtzigisten / Unserer Reiche / deß Römischen im achten / deß Hungarischen im eilften und deß Böhmischen im zehenden Jahre.

Leopold *m. propr.*

Vt. Wildrich Frey-Herr von Walderdorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Wilhelm Schröder.

Cùm anno 1662. LEOPOLDUS I. gloriosissimæ memoriæ Imperator per litteras typographicas, Viennæ 8. die Februarij datas, & etiamnum in Archivo nostro asservatas, *Bernardum* Abbatem ad 314. *Jurium Status Imperialis observatio.*
Comitia, *Ratisbonæ* indicta, evocâsset, & seniô (erat annorū 74.) alijsque invaletudinis molestijs comparere haud potuisset, *Gregorius*, Successor *Bernardi* Abbatis, ut Cæsareo pareret mandato, suisque invigilaret juribus, domesticis autem negotijs ab actuali Sessione, vi *Status Imperialis* sibi competente, esset impeditus; idcircò anno 1667. suum votum, suáque jura commisit Reverendissimo D.D. *Cœlestino*, Liberi, Imperialis, & exempti Monasterij ad *S. Emmeramum Ratisbonæ* Abbati, cum potestate substituendi Clarissimum Prænobilem ac Consultissimum Dominum *Matthæum Hermetem* J. U. Doctorem, Archiepiscopalem *Salisburgensem* & Episcopalem *Passaviensem* Consiliarium, prout sequens testatur litterarum copia.

WIr Gregorius von GOttes Gnaden Abbte deß Heil. Römischen Reichs Gotts-Hauß zu St. St. Ulrich 315. *Commissio facta.*
und Afra in Augspurg ꝛc. Bekennen hiermit offentlich / demnach der Allerdurchleuchtigiste / Großmächtigiste und Unüberwindlichiste Fürst und Herr / Herr Leopoldus der Erste / Römische Kayser / auch zu allen Zeiten Mehrer deß

Reichs in Germanien, zu Hungaren/ Böhaim/ Dalmatien, Croatien, Sclavonien, &c. König/ Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ Steur/ Cärndten/ Crain und Württenberg/ Graf zu Habspurg/ Flandern und Tyrol/ rc. Unser allergnädigster Kayser und Herr/ wegen deß Erb-Feinds unfürsehenen Einfalls/ einen gemeinen Reichs-Tag zu Regenspurg/ auf den 8. Junij verwichenen 1662. Jahrs zu halten/ allergnädigist außgeschriben/ und solchen auß allerhand bewegenden Ursachen biß auf dato noch continuiert/ darzu Unsern geliebten Herrn Vorfahren Bernharden Abbten gleich andern deß Heil. Römischen Reichs Prælaten dahin erfordern lassen/ wie Wür dann nit gezweifflet/ es werde erst-besagt Unser Herr Vorfahr jemand an seiner statt zu erscheinen bewaltiget/ oder auf freundliches/ dienstliches Ersuchen/ dises Unsers Gotts-Hauß Votum unter andern Heil. Reichs-Prælaten vollmächtigen mit gleichförmbiger Stimm übernommen worden seyn/ so müssen Wür aber jetzt bey Unserer angetrettener Regierung im Nachsuchen ersehen/ daß von mehrgedachten Unsern Herren Vorfahren kein absonderliche Abordnung beschehen/ derowegen zu allergehorsamsten Volg/ solch allergnädigster Einladung/ dises nochwehrendes Reichs-Convent in Person aller-unterthänigst zu besuchen/ Uns nit minder schuldigist/ als willigist erkenneten/ wann Uns nit andere Unsers Gotts-Hauß obligende Ehehaffte Geschäfft/ daran abhalten und verhindern thäten/ daß Wür derohalben bey solcher Unserer Person halb gestalten Verhinderung von Unsers und deß Gotts-Hauß wegen/ Unsern vollkommentlichen Gewalt und Macht auf- und übergeben haben; Thuen das auch hiemit wissend- und wohl-bedächtlich in Krafft diß Briefs/ gleich andern Herrn Reichs-Prælaten/ dem Hochwürdigen in GOtt Herrn/ Herrn Cœlestino Abbten deß Kayserlichen gefreyten Reichs-Stüffts

Stüffts / und Closters S. Emeran in Regenspurg / oder aber nach dessen Belieben / dem Wohl-Edlen und Gestrengen Herrn Matthæo Hermes Hochfürstl. Saltzburgischen und Passauischen Rath ꝛc. cum potestate Substitutionis also und dergestalten / daß Dero Hochwürden / oder gedachter Herr Hermes in Unserm Namen / auch von Unsern und Unsers Gotts-Hauß wegen / auf bestimbten Reichs-Tag nit allein zu erscheinen / sondern auch Unsere gebührende von Alters hergebrachte Reichs-Prælatische Session durch sich / oder durch ein anders beliebiges Subjectum bekleiden / dann die Kayserl. Propositiones allerunterthänigist anhören / die Nothdurfft der Sachen / und Obligen deß Heiligen Römischen Reichs neben andern anwesenden Reichs-Ständen derselben Bottschafften und Gesandten / berathschlagen und schliessen / auch dißfalls alles anders handlen / thuen und lassen sollen und mögen / als wann Wür selbst Persönlich zu gegen wären / und was also durch Sie Unsere constituierte Anwalt neben und samt andern Geist- und Weltlichen Chur-Fürsten / Ständen deß Heil. Römischen Reichs gehandlet / berathschlaget / beschlossen / angenommen / und bewilliget wird / dasselbig alles und jedes versprechen und zusagen Wür bey Unserm wahren Wort und Trauen / so vil Uns und Unser Immediat Reichs-Gotts-Hauß St. Ulrich und St. Afra in Augspurg in disem Fall anlangen und betreffen wird / auch zu obbesagten / Unserm Gewalthaber oder Seine substituirte Anwälte / der Anwaltschafft allerdings Schadloß zu halten / bey Verpfändung Unser und Unsers Gotts-Hauß Haab und Gütern / so vil dann hierzu vonnöthen seyn werden ; ob auch mehrgedachte Befelchhaber / eines weitern Gewalts / dann hierinnen begriffen / nothdürfftig seyn würden / denselben wollen Wür ihnen jetzt alsdann / und dann als jetzt in bester Form gegeben haben. Hiemit alles getreulich ohne Gevährte zu wahren Ur-

Urkundt haben Wür disen Gewalts-Brief mit Unserem der ohnmittelbaren Reichs-Abbtey gewohnlichen Insigel verfertiget/ und mit eigner Hand Unterschriben. So geschehen den neun und zwaintzigisten Monats-Tag Septembris, in ein tausend/ sechs hundert/ siben und sechtzigisten Jahr.

(L.S.)

Gregorius Abbas
SS. UDALRICI & AFRÆ.

316. *Commissionis resignatio.* Originale harum litterarum invenire erit *Ratisbonæ* in Cancellaria *Electoralis Directorij Moguntini* die 2. Decembris anno 1667. legitimè productum, acceptatum, ac ibidem Registraturæ illatum. Præfatus autem D. Doctor *Matthæus Hermes*, tanquam substitutus Liberi & Imperialis Monasterij nostri, negotia gessit usque ad annum 1671. Postmodùm ordinem *S. Benedicti* in Monasterio *Weingartensi* amplexus, eadem altè dicto Reverendiss. D.D. *Cœlestino* Abbati reliquit.

317. *Udalricianorum & Ottoburanorum confœderatio.* Anno 1673. *Ottoburano* Libero ac Imperiali monasterio de *S. Nidgario* Episcopo Augustano, olim Professo & Abbate *Ottoburano*, notabiles SS. Reliquias dono dedit, nec non speciale fœdus cum huiatis Monasterij Religiosis inijt, inter alia statuens, ut quilibet Sacerdos pro Confœderato, ex *S. Udalriciano* vel *Ottoburano* monasterio vitâ functô, tria sacra offerat: statutô utrinque acceptatô.

318. *Monasterij ædificatio.* Steterat â plurimis jam annis *Templum SS. Udalrici & Afræ* Magnificum, sumptuosissimis aris, lipsanothecis argenteis, alijsque ornamentis Ecclesiasticis amplissimè instructum: *Monasterij* verò *ædificium* erat ruinosum, ventis & tempestatibus pervium, instar laceræ lucernæ patulum, Religiosis inhabitantibus incommodum. Itaque *Gregorius* Abbas anno 1667. die 9. Martij primum lapidem pro nova structura posuit. Ligneâ, tenebricosâ, & fatiscente casâ eversâ, novum Claustrum cum spatiosâ fornicatâ subterranea cella vinaria, Bibliothecâ, exedrâ, seu domo Capitulari, peramplis ambulacris, opere gypsato exornatis, ædificavit: peristyliô, hypocausto animorum

morum relaxationi dicato, ac pluribus conclavibus claustrum novum partim necessitati, partim nitori, servientibus instruxit: cætera ædificia ruinam minitantia aut suffulciens, aut instaurans.

Non contentus prodesse suo Monasterio: Visitator Monasteriorum Ordinis *S. Benedicti* per *Diœcesin Augustanam* constitutus, ad alia prætereà solicitudinem extendit; Religionem alicubi lapsam restauravit, alibi languentem excitavit, florentem fovit & auxit, in tota Diœcesi sartam tectámque esse, providit. 319. *Religionis propagatio.*

Transmisit Archimagirum suum *P. Benedictum Höffter* Hædicollensem Tyrolensem, Abbatem Monasterio *Fultenbacensi* 1660. Suum Patrem *Christophorum Weiler* Augustanum, Superiorem in *Liezheimb*, Abbatem Monasterio *Neresheimensi* 1670. Suum Patrem *Dionysium Raderum* Augustanum Priorem, Monasterio *Thierhauptano* Abbatem 1671. industriâ, consiliô, subsidiô Religionem, studia, ædificia, ubivis promovendo. Atque hæc cuncta unico decennio, & tempore, Oeconomis parùm favente. Expletis autem sui Præsulatus decem annis, Monasterium ædificiorum structuris magnificum, nec non quà litteris, quà vitæ Monasticæ observantiâ, florentissimum reliquit. 320. *Subsidium aliis impensum.*

Denique, dum 6. Novembris firmiter proposuit proficisci, non quidem in regionem longinquam, sed in vicinum (negotiorum causâ) *Ordinis S. Benedicti* Monasterium, inopinato diversorum intùs grassantium morborum vi præventus, & detentus, domui suæ, non alteri disponere, atque ante egressum è suo Monasterio, viam universæ carnis aggredi jubetur. Unde *Superis* ac *Superioribus* parendum jam dudum doctus, nullâ interpositâ morâ, ut æquissimo omnium Judici DEO rationem villicationis suæ faciliùs redderet, imprimis dispositis negotijs oeconomicis, deìn disquisitis penitissimè omnibus animi sui angulis, pænitentiâ Sacramentali probè emundatis, sacro viatico & extrema unctione munitus die 9. prænotati mensis, præhabita coronæ Fratrum insigni exhortatiunculâ, æterno itineri sese commisit, atque humanis exijt, sepultus in exedra, seu domo Capitulari, à se erectâ, cum tali epitaphio: 321. *Morbus & mors.*

322. *Ejus Epitaphium.*

Viator
Lege & luge,
hic jacet
Gregorius Abbas L.
Virtute, prudentia, pietate

Clarissimus.
Præfuit & profuit annis X.
Tandem,
Post novam Cœnobij structuram,
Résque præclarè gestas,
quievit in pace
IX. Novemb. Anno M. DC. LXXII.
ætatis LIX.
Cui
Ad famam posthumam
hoc monumentum
Romanus Abbas
S. M. P.

Anno 1664. 323. *Præpositus S. Georgij.* SEBASTIANUS *Rehlinger* Patritius Augustanus, Christophori Rehlinger Augustani Consulis & ærarij castrensis Summi Præfecti, nec non Serenissimi *Episcopi Frisingensis* Consiliarij unicus ex Conjuge *Ursula Trienerin* Frisingensi Filius, natus anno 1622. in Monasterio *S. Georgij* Can. Reg. *S. Augustini* Augustæ Professus 1640. electus *Præpositus* 1664.

324. *Ejus virtutes.* Vir humanioribus pariter ac altioribus scientijs haud leviter tinctus, opum dives, zelosus Divini verbi Præco, cultus divini in choro solenniùs agendi author, humanus & liberalis in omnes.

325. *Promotiones.* Absoluto ad *S. Annam* Augustæ apud PP. Societatis *JESU* cursu Philosophico, Romam ad *S. Apollinaris* Collegium severioribus Studijs imbuendus mittitur 1643. Romæ pro suo Monasterio SS. Reliquias *S. Casulij* Martyris impetrat 1644. Ex Italia domum reversurus, *Gallis & Suecis* Augustam obsidentibus, in Tyroli subsistere cogitur 1646. ubi expleto per quadriennium in pago, *Collmann* nuncupatô, insigni cum laude Sacri Curionis officiô functus est. Inde domum ascitus: atque *Parochus & Decanus* constitutus 1650. Demum Præpositus eligitur 1664. die 13. Decembris.

326. *Religiosi suscepti.* Ad S. Professionem suscepit *Josephum Schweihover Augustanum* 1666. *Sebastianum Biechele Augustanum* 1666. *Antonium Gailer Meringensem Boium* 1667. *Udalricum Bretle Augustanum* 1667. *Augustinum Hailand Augustanum* 1667. *Bernardum Fabrum Augustanum* 1668. *Maximilianum Fries August.* 1668. *Leopoldum Ilsung Patrit. Aug.* 1668.

327. *Præposituram resignat.* Postquàm aram *S. Josepho* Sacram, ex liberalitate Domini *Joannis Haberes* Textoris, domûs textoriæ Assessoris & Senatoris Augustani, in medio ad gradus chori erexit, *Præposituram* igne absumptam instau-

ſtaurare, aliáque pro Monaſterij emolumento moliri cœpit, advertens, ob ſiniſtram ſemper valetudinem, impares Præpoſituræ ferendæ humeros, ſponte reſignat 1670. die 30. Maij feria VI. poſt feſtum Pentecoſtes.

Sepoſitis Præpoſituræ oneribus, reliquo ſuæ vitæ octennio ſacros ſuos ſermones, in *Tyroli & Auguſtæ* habitos, induſtrius collegit, collectosque in 4. opera Dominicalia & 2. Feſtivalia diviſit: primum Dominicale & Feſtivale opus typis evulgavit, cæteris adhuc lucem publicam expectantibus. 328. *Libros conſcribit.*

Quin etiam duobus poſtremis peregrinationis ſuæ annis Parochiæ *S. Georgianæ* poſtliminiò *Parochus* ſub curæ annimarũ officio, propriæ animæ nequaquã incurius, laudabili zelo ſuccubiut, portum æternitatis ſubiens 1676. 27. Sept. Corpus exanime in Eccleſia ante ſummum altare ex cornu epiſtolæ juxta duos ſuos Reverendiſſmos Anteceſſores eſt terræ mandatum. 329. *Parochum agens obit.*

330. *S. Petri Præpoſitus.*

JOANNES CASPARUS *Rembold de Neuſeß*, Patritius Auguſtanus, *Joannis Jacobi & Juſtinæ Welſerin* Filius, natus anno 1597. in Senatorem & Quæſtorem vinarium adſcitus 1624. Ad munus Caſtrenſe obeundum conſtitutus 1632. Sub *Guſtavo Sueciæ Rege, Auguſtanum Senatum Catholicum* reformante, exauctoratus eodem anno 1632. Vi compoſitionis pacis Senatoriæ dignitati reſtitutus 1635. In ſecretiorem Senatum, & ad officium ærarij publici adminiſtrandum, aſſumptus 1637. Ad ſupremum Reipublicæ Auguſtanæ apicem *Duumviratûs* electus 1645. Tandem poſt laudadiliſſimum 19. annorum regimen, invito *Senatu Catholico*, non ſine plurimorum luctu, nec attentis omnibus, etiam ampliſſimorum virorum motivis, reſignationem diſſuadentium, ſummô *Duumviratûs* honore ſe ſe ultrò abdicat: *Sacerdotium* autem honorificentiſſimo Sæculari dominatui longè præferens, ſacro Presbyteratûs Ordine initiatur, & dignitate Præpoſituræ *S. Petri* Auguſt. condecoratur 1664. 331. *Duumviratum reſignat.*

Eminebant in *Remboldo* innumeræ corporis animíque virtutes; ſtatura egregia, vultûs inter jubentem & indulgentem medius, corpus validum & laborum patientiſſimum: animus ſerenus & tranquillus. Sedis Romanæ erat obſervantiſſimus, tuendæ ac promovendæ Religionis ſtudio intentus, quædam diſſimulans, nec in omnia anxiè inquirens; unde concordiam in mixtæ Religionis Imperio coluit, cives ſuos paterno affectu fovit, Viros Eccleſiaſticos ac Religioſos honore beavit. Quamvis in ſummum *Duumviratûs* thronum elevatus, ad ima ſe tamen demittens, in dubijs conſiliô, in conſilijs prudentiâ, in dictis veritate, in deciſionibus juſtitiâ, in offenſionibus clemen- 332. *Remboldi Joannis Caſpari dotes.*

mentiâ, infimæ quoque sortis hominibus in sorte acerba succurere satagebat. In adversis constantissimus, dum in lamentabili *Augustæ* etiam sanguineis lachrymis deplorato statu grassantem sub *Suecico* jugo pestiferam contagionem, horrendam contagioni sociatam famem, triennalem suorum officiorum depositionem, aliósque casus fortunæ *novercantis* pari animi tenore ferebat, quo excipiebat *blandientis*: utriusq; fortunæ Dominus, nec risu dignatus prosperam, nec gemitu adversam: prosperis solitus uti, adversis frui.

333. *Sacerdotium amplectitur.* Postquàm igitur multa tulit, fecitque 19. annorum Duumvir *Remboldus*, de Republica Augustana optimè meritus, à civibus apprimè amatus, à III. Imperatoribus *Ferdinando* II. *Ferdinando* III. *Leopoldo* I. Consiliarij titulô honoratus, laboribus ac annis fractus, fasces Duumviratûs liberé deposuit.

334. *Moritur & sepelitur.* Tantâ mole liber, statum Ecclesiasticum amplexus, sacerdotiô initiatus, sub tecto passer solitarius, extra homines homo id unum egit, ut quàm pientissimè animam ageret. Unde unà cum horis canonicis Missas quotidie, dum vixit, dixit: assiduis precibus & jugibus mediationibus ad ostia judiciaria se præparavit: frequenter in soleñitatibus ad aram officia cecinit, donec apoplexiâ prostratus, tandem die 10. Septembris anno 1669. post 72. annorum curriculum, in tumulum cecidit, quem sibi suísque apud PP. *Ordinis Prædicatorum* in Capella *S. Jacobi*, *Remboldina* nuncupatâ, vivus paraverat, cum tali epitaphio, à se dudum ante mortem composito, sepultus.

335. *Ejus Epitaphium.*

JOANNES CASPARUS
REMBOLD
TRIUM IMPERATORUM
FERDINANDI II. & III.
AC
LEOPOLDI I.
à CONSILIJS,
REIPUBLICÆ AUGUSTANÆ
PRÆFECTUS
ANNO. M. DC. LXIII.
Insi-O-gnia.
HUNC MIHI MEISQUE
POSUI LAPIDEM.
DEUS PONAT FINES NOSTROS
PACEM & REQUIEM.

IGNA-

IGNATIUS *de Schellenberg* Patritius Augustanus Canonicus primùm in Collegiata Ecclesia *S. Mauritij* die 21. Junij anno 1659. Verùm immissus in possessionem Præpositura Ecclesiæ Collegiatæ *S. Petri* Augustæ, sibi à *Joanne Casparo Rembold &c.* Antecessore resignatæ die 11. Novembris anno 1668. *Ignatius* postmodùm Canonicatum ad *S. Mauritium* resignavit memorati *Joannis Caspari* filio *Francisco Rembold* Patritio Augustano, pòst etiam in Ecclesia Collegiata *S. Petri* Augustæ Canonico die 14. Januarij 1669. *Ignatius* in Ecclesiam *S. Petri* munificus aram erexit *S. Josepho* sacram, & obijt 1696. Anno 1668. 336. *S Petri Præpositus.*

Benedictus Egckhert Augustanus, Patruus Domini *Antonij Egckhert*, Civis, & Mercatoris Augustani, Benefactoris, & Amatoris Religiosorum eximij, Patroni plurimarum Ecclesiarum munificentissimi, Patris pauperum, & afflictorum Refugij *Vid. fol.* 74. *&* 75. Nascitur præfatus *Benedictus* anno 1616. Ingressus celeberrimum B. V. MARIÆ Monasterium *Ettalense* Ordinis *S. Benedicti* in Bavaria, concordibus suffragijs eligitur Abbas anno 1668. 1668. 337. *Abbas Ettalensis.*

Vir morum probitate & bonorum operum meritis clarus, lenissimæ consuetudinis, nulli acerbus, pacis atque concordiæ interpres egregius, & meritò pacificator appellandus: charitate in suos Religiosos, & mansuetudine in subditos, comitate in vicinos, humanitate in hospites, liberalitate in pauperes nulli secundus. 338. *Ejus dotes.*

Eglingensem Parochiam ante mitram sibi impositam 26. annis inter *Martis & mortis* tela imperterritus indefessè administravit: Abbas creatus Ecclesiam novis aris, aras *Sanctorum* quatuor *Martyrum* corporibus, sacra corpora auro, argento, holoserico & margaritis, nullis parcens sumptibus exornavit. Oeconomiam annuis redditibus auxit, nonnulla bona immobilia coëmit, plura ædificia vel è fundamentis extruxit, vel restauravit, in motu laborum tam spiritualium quàm temporalium perpetuus, donec quiescere à Divino *Numine* jussus, è terris, non ex hominum animis, ad requiem æternam abijt Abbas omnibus numeris absolutissimus, ætatis 59. Religionis 39. Sacerdotij 36. Regiminis 7. æræ Christianæ 1675. die 14. Januarij. 339. *Ex Parocho Abbas.*

Plurimùm Reverendus Religiosissimus ac Clarissimus Dominus *P. Ludovicus Babenstuber* Ettalensis Professus, SS. Theologiæ Doctor, & in alma Universitate Salisburgensi ejusdem Facultatis Professor Emeritus, ac Procancellarius, in *Fundatrice Ettalensi lib.* 1. *cap.* 14. *Benedictum Egckhert*, Abbatem hoc honorat Elogio. Præ- 340. *Encomium domestici Scriptoris.*

esse jussus altùm non sapuit, nihil in eo severum, nihil asperum, nihil turbulentum: procul ab ejus ingenio fastus, procul ambitio. Mansuetudo, comitas, charitas totum virum possederant, quorum decorum pulchritudine, mirum est, ut omnium sibi filiorum animos juxtà, subjectorúmque, atque confinium conciliaverit. Zythi coquinam, & totum Monasterij septentrionale latus sua vetustate labascens ex fundamentis instauravit. Rem domesticam dexterrimus Paterfamilias insigniter auxit, conservavítque. Nihil tamen habuit antiquiùs, quàm ut *Basilicæ* nostræ majestatem redderet augustiorem, unde 4. omninò struxit altaria: quaterna præterea SS. Martyrum (*Alexandri*, *Felicis*, *Bonifacij*, *Saturni*) corpora *Româ* translata, pretiosissimis lipsanothecis, non auro, non gemmis, ullisvè parcens sumptibus, includi, piorúmque cultui in totidem altaribus exponi curavit. Abijt ad *Superos*, quos tantoperè in terris unxerat, oleó haud dubiè non perdito, annos natus undesexaginta labentis sæculi septuagesimo quinto. 9. Kalendas Februarij, postquàm septennium duntaxat sub mitra fuisset. Ita *domesticus Scriptor. c. l.*

Anno 1668. 341. *Neresheimensis Abbas.* CHRISTOPHORUS *Weiler* Augustanus natus anno 1624. die 5. Julij, Professus Ordinem *S. Benedicti* in Libero & Imperiali Monasterio ad *SS. Udalricum & Afram* Augustæ 1645. die 30. Novembris, Neomysta 1648. die 11. Octobris, Subcustos 1651. die 30. Novembris. Cellarius 1657. Superior in Liezheim 1668. Abbas postulatus à celeberimo Monasterio *S. Benedicti* ad *SS. Udalricum & Afram* in *Neresheim* 1669. Vir egregius & facilis, non vul-

342. *Vir egregius.* gariter scientificus, scientiarum mathematicarzum etiam practicus, agendi dexteritate inclytus, Oeconomus laboriosus, ac multo rerum usu instructus, musicus perfectus, erga hospites humanus & benevolus, verè ad bonum publicum à DEO præordinatus; unde Abbatiali dignitate auctus in Monasterij *Neresheimensis* emolumentum curas omnes intendit, prodesse unicè intentus. Rem Ecclesiasticam miris ac-

343. *Studiorum & Oeconomiæ Promotor.* cessibus promovit, litterariam postliminiò restituit Musam, Musicamque impensè fovit, debita contracta dissolvit, bona aliqua coëmit, formale studium Philosophicum & Theologicum in Monasterium invexit, in theses prælo submissas, munificos sumptus fecit. *Religiosos Filios* suos in cursu tam Philosophico quàm Theologico frequentibus disputationibus publicis ferventissimè animavit. Verbo: susceptis *Religiosis* Tyronibus, totum fermè *Conventum* in mores sanctiores, litteras politiores, modulationes amœniores, & temporales admi-

administrationes feliciores educavit, educationis utilitate hodiedum persistente.

Hic itaque piè prudenterque præstitis, postquàm tredecim annis Abbatiam laboriosè administravit, plantatæ Religionis, doctrinæ, Oeconomiæ ac Musices laude clarissimus, sed vitæ tumultuosæ pertæsus, ac ad solitudinis statum, velut quietis divinæ portum aspirans, fasces Abbatiales sponte animi deposuit, vitæque reliquum curæ suæ æternæ salutis invigilans transegit: unico autem anno superstes terras reliquit, æternitati adscriptus, & sepulturam in templo *Neresheimensi* cum hoc epitaphio nactus: 344. *Abbatiam resignat.*

Lege Viator ac Luge,
Friget hîc ac riget 345. *Epitaphium.*
Rev. D.D. Christophorus Weiler *ex Augustano* S. Udalrici *gremio*
petitus hujus loci Abbas,
cùm homo LX. Religiosus XL.
Mysta XXXVI. Præsul XIV. annis esset,
prid. non. Sept. vixit 1684.
Animam tuarum precum pretio
juva, ora, Vale!

Bernardus Neumair prognatus August. die 4. Septembris 1626. Professus in celeberimo Monasterio Canonicorum Regularium Ordinis *S. Augustini* ad *S. Crucem* Augustæ die 18. Novembris 1644. Neomysta die 20. Februarij 1650. Custos Ecclesiæ constitutus die 22. Maij 1654. Procurator Monasterij ad *S. Crucem* electus die 5. Septembris 1668. Ex Monasterio ad *S. Crucem* postulatus in Præpositum ad *S. Georgium* Augustæ die 3. Junij 1670. Anno 1670. 346. *Præpositus S. Georgij.*

Præsul meritissimus, magnus disciplinæ Religiosæ Zelator, ad oeconomiam natus: æs alienum, ab Antecessoribus contractum, dissolvit, Præpositurae ædificium ad decentem splendorem assurgere jussit, sacrarium locupletavit, templum renovavit, Monasterium Monasterio, sanum morboso, vacillantem virtuti restituit. Verùm nunc ad particularia. 347. *Utilissimus.*

Primo mox regiminis sui anno 1670. partim ex summa capitali, apud *Status* Provinciæ Bavaricæ *Monachij* depositâ, partim ex alijs pecunijs dono acceptis, debita 4390. florenorum expunxit. Eodem anno hypocaustum, recreationi deputatum, ampliando ac transmutando in museum transformavit. 348. *Debita solvit.*

Anno

349. *Lampas & Theses.* Anno 1671. ex pio *Georgij König* civis Augustani legato lampadem argenteam confici curravit. Eodem anno, ante Philosophiæ absolutionem, RR. DD. Fratribus *Bernardo Fabro & Maximiliano Friesß* Theses publicas, in aula Gymnasij apud PP. Societatis JESU defendendas, indulsit: nec non paucis pòst diebus eandem facultatem Reverendo ac Prænobili Domino *Fr. Leopoldo Ilsung* impertivit.

350. *Præpositura conclave.* Anno 1672. postliminiò cùm ex summa Capitali apud *Status* Provinciæ Bavaricæ *Monachij* depositâ, tum ex mutuatis 1000. fl. Creditoribus, 5289. florenos, prætendentibus, satisfecit. Eodem anno portam majorem ad templum renovavit, duasque vias versus idem templum saxis, silicibusque stravit, nec non Præposituræ conclave redditum habitabile, podiô, pavimentis, & laquearibus exornavit. Deinceps anno 1673. & 1674. Creditoribus iteratò 900. fl. numeravit.

351. *Matutini transmutatio.* Anno 1676. ut matutinum cum laudibus, hora 12. nocturna ab anno 1668. in choro persolutum, hora quarta matutina (non hora quinta vespertina) sicut ante annum 1668. in usu erat, in Choro psalleretur, ordinavit, atque de rigore cantandi vesperas quotidianas nonnihil (discretione observata) remisit: Nec non proventus annuos cum alijs hospitalis Augustani proventibus commutavit.

352. *Ædificia varia.* Anno 1677. pro pecunijs, partim ex hæreditate partim ex pio legato acquisitis, varia ædificia, & inter hæc officinam sartoriam unà cum balneo reparavit; eò, & in Refectorium, aquam per canales direxit. Ecclesiam renovavit: sedilia nova in Ecclesia constituit: juxta Dominorum *Hörwart* Capellam arcum muro clausit, ibique aram *S. Augustini* recèns elaboratam erexit, amotis duabus parvis antiquitatis aris, ex ligno sculptis.

353. *Ara & icones.* Anno 1679. ex utroque templi latere sex, sibi è regione oppositas icones majores, scrinario opere ornatas suspendit, nec non aram, *S. Georgio* sacram, ex cornu Evangelij posuit ad modum aræ *S. Augustini*, ex cornu Epistolæ ante annum erectæ, structurâ templi hujuscemodi duas aras sibi conformes exigente.

354. *Ornamenta templi.* Anno 1680. sex iconibus, præterito anno in templo suspensis, aliam prægrandem, *S. Georgij* pugnam cum dracone exhibentem, addidit: insuper reliqua vacua templi spatia iconibus, quoad modum sex prioribus ante memoratis, exactè correspondentibus, replevit: quatuor scamna exomologetica in templo hinc inde disposuit: argenteo-deauratum Ciborium (ùt vocant) comparavit: in protyro

pute

puteum, ad aquam sursum ex eo trahendam, catenatis urnis constructum, archimedeâ cochleâ, ad aquam faciliùs hauriendam, instruxit; Sacristiam pervetustam & obsoletam lateritijs lapidibus quadratis stravit: testudinatam dealbavit; arcis ornatis, mallúvio ex secto lapide, duabus pulchris iconibus pictis, duabus fenestris renovatis, ac unâ, versus occidentem in pariete novissimè immissâ, exornavit, multo copiosiore lumine, quàm antehàc, intromisso.

Anno 1681. quatuor picturas *S. Georgij* vitam repræsentantes, supernè Choro aptavit: æs campanum confractum refudit: campanile, seu turrim templi veterem, olim tendentem in acuminatum fastigium & rotato horologiô (Lutheranismo prædominante à Lutheranis ablatô) cum indice, horas ex tribus turris Lateribus signante instructam, sed fermè destructam, usque ad acuminati apicis basim omninò deiecit, & novum ædificium, ex octo angulis compositum, substituit, eique præter minora quatuor fastigia (cuppas) unum majus imposuit; fastigia autem ære malleato (cuprô) contexit; tandem majori fastigio inauratum globum cum infixa cruce superposuit, sumptibus nuspiam parcendô. 355. *Turris templi*

Anno 1682. dissolutis duobus hortensibus muris, jamjam ruinæ proximis, duos novos reædificavit, ac *Hierothecâ* SS. Eucharistiæ Sacristiam locupletavit, vetustâ tamen argentea hierotheca aurifabro ad excoquendum & expurgandum traditâ, atque ad illam ponderosiùs ornatiúsque conficiendam applicatâ. 356. *Hierotheca.*

Anno 1683. prædictæ SS. Eucharistiæ hierothecæ etiam addidit *Ciborium*, veteri tamen *Ciborio* pariter aurifabro, ad excoquendum, & expurgandum tradito, atque ad illud novissimè conficiendum applicatô. Prægrandem tabulam, recèns pictam, & repræsentantem *B. Matrem Virginem* dolorosam in gremio tenentem *Christum* depositum de cruce in Choro, retrò altare *S. Crucis* posuit, duóque aligerum capita ex aurichalco ad utrumque latus aræ principis collocavit. 357. *Ciborium.*

Per pium legatum, ab Illustrissima *Eleonora Fuggerin* natâ comitissâ de Kirchberg & Weissenhorn die 11. Augusti defunctâ, ac sibi sepulturam in templo retrò altare *S. Augustini* eligenti, juxta sepulchrum Illustrissimæ *Joannæ* comitissæ de *Oettingen* anno 1677. defunctæ mille florenos accepit, atque ultissimè, videlicet pro 6. candelabris argenteis & organo pnevmatico (positivum vocant) cum 5. regulis in choro inferiore expendit. Sylvam prope *Engelshof* sitam, *Strobelholz* nominatam, & à Rev. *Martino Mairböck* 1572. ac 358. *Candelabra & Organum.* 359. *Strobelholz.*

1573. alienatam, per contractum emptionis, numerando 1850. fl. recepit, summámque pecuniarum expensam intra breve temporis spatium iteratò recuperavit, virgultis & arboribus ex ipsamet sylva venditis.

360. *Hypogeum, & as campanum.* Anno 1684. laqueare ante refectorij vestibulum concameravit: in peristylio hypogeum pro *Conventu* effodit: campanam refundi curavit: omnes in templo fenestras renovavit.

361. *Varia sacra.* Anno 1685. Sacristiæ intulit de argento *mallúvium* pretiosum: duo urceolorum paria cum pollubris: *amulam* anaglyptici operis cum aspergillo: catenam penitus inauratam cum cruce pectorali, sex *Chrysolithis* & pluribus *rubinis* distinctâ. His divini cultûs auctarijs adjunxit duos ornatus (ùt appellantur) ex serico damasceno nigrum & candidum, floribus intermixtim florentes.

362. *Census redemitur.* Annuum de frumento censum, Ecclesiæ *Oberhusanæ* debitum, numeratâ pecuniâ extinxit; statuis *SS. Joachim & Annæ* templum condecoravit. Ante cursûs Philisophici finem apud PP. Societatis à RR. FF. DD. *Melchiore Vötter & Joanne Georgio Frischnet* Theses, æri cum Jcone B. V. *Mariæ*, *Christum* Infantulum sustinentis, incisas, publicè propugnari voluit.

363. *S. Casuli Reliquiæ ornantur.* Anno 1686. quatuor in templo altaribus totidem antipendia accommodavit: sacrum thesaurum calice argenteo operis anaglyptici accumulavit: ad prædium *Engelshof* campanam noviter fusam destinavit. Pro honoribus natalitijs à venerabili *Capitulo* accepit Corpus *S. Casuli*, anno 1644. *Româ* allatum & hactenus exiguâ devotione honoratum, nunc verô divisum, & opitulante *Barbara Bruglacherin* vidua centum aureos legante, argenteis duabus hierothecis (ex ligno politurâ nigrâ imbutô, fabrefactis, atque argenteis parergis pretiosè discriminatis) inclusum. Sicque exornato

364. *Et honorantur.* Præpositus *Bernardus* suo honorario Natalitio propediem argenteum *Christi* simulacrum, è *Cruce* dependens, in medio inter binas dictas hierothecas statuendum, conjunxit: sacras *D. Casuli* reliquias, è Sacristia extractas, prima vice publicæ venerationi in Ecclesia exposuit, ac coram eisdem solenne ad missæ Officium (die 25. Augusti in Dominicam incidente) cantandum Reverendiss. ac Illustrissimum D. à *Westernach*, Episcopum *Dioclensem & Suffraganeum* &c. invitavit, magno hominum numero ad impetrandas plenarias indulgentias, *Româ* pro ea die obtinendas, confluente.

365. *Refectorium renovatur.* Anno 1687. in refectorio pavimentum tessellato marmore stravit, laqueare junipetino gummi oblinivit: nova jugamenta fene-

stra-

strarum cum fenestris parietibus inseruit: integrum conclave decem tabulis, tribus majoribus, & septem minoribus decoravit, Domino *Jona Umbach* tabularum picturis lucem umbramque tribuente.

Anno 1688. Sacræ supellectili apposuit albam argenteis filis largè filatam, casulam, duas dalmaticas, pluviale (ut vocant) antipendium, bursam cum velo, ad tegendum calicem, integram paraturam, ad Officium missæ solenne celebrandum, omniaque aureis segmentis segmentata. Addidit missale & librum Epistolarem rubro serico obductum, argenteis fibulis fibulatum, in umbilico ac extremitatibus, parergis pariter argenteis locupletatum; tandem duo argentea candelabra pro Acolythis, solennis missæ officio inservientibus. 366. *Sacra varia*

Anno 1689. in renovando & reficiendo hospitum conclavi occupatus, casu die 7. Julij corruens, cum ex pedis jam dudum fracto crure aliàs sæpiùs incommoditatibus esset subjectus, modò ex dicto casu majorem dolorem contrahens, cecidit in lectum, demum die 15. Julij in lethum: cùm præfuisset annis 19. & ad S. Professionem admisisset quatuor sequentes: 367. *Mors.*

Melchiorem Vötter Pfaffenhusanum 1681. 368. *Ad Professionem admissi.*
Joannem Georgium Frischuet Augustanum 1682.
Bernardum Stattmüller Schongaviensem 1686.
Carolum Merck Augustanum 1688.

Triduo post mortem sepelitur in templo ante aram principem ex parte Evangelij juxta duos suos Antecessores, ubi hæc rubro marmori inscripta legitur epigraphe:

Sub hoc monumento 369. *Epitaphium*
Reverendissimus Dominus
Bernardus
Præpositus S. Georgij
jacet:
Qui Monasterium stare fecit,
tacet:
Quem Lapides structuræ Monasterij, templi, turris loquuntur,
Quiescit:
Non labore defessus,
Sed morte fractus

Anno M.DC.LXXXIX. die XV. mensis Julij,
postquàm vixit annos, LXIII. regnavit XIX.
In Domino ut requiescat, nos ei Symbolum, quod vivus huic lapidi
inferiùs scripsit, apprecemur

mea

Pars O *Deus.*

Anno 1671. DIONYSIUS *Raderus* Augustanus, natus 1624. 20. Martij, Professus Ordinem *S. Benedicti* in Libero & Imperiali Monasterio ad *SS. Udalricum & Afram* 1645. die 30. Novembris. Neomysta 1648. die 20. Aprilis; Novitiorum Magister 1656. die 18. Maij. Prior 1664. Celeberrimi Monasterij *Thierhauptani* in Bavaria in Abbatem postulatus 1671.

370. *Thierhauptanus Abbas.*

371. *Abbas laudatissimus.* Vir mansuetissimus, piarum consuetudinum & regularium statutorum studiosissimus, discordiarum sopitor diligentissimus, Religiosæ disciplinæ Assertor, custos ac propagator oppidò fervidus: virtute & prudentiâ omnium animos in sui amorem traxit, suoque Religiosos ad omnem pietatem ac Regularem observantiam erudijt, atque in Monasterio *Thierhauptano* (tribus licèt Reverendissimis resignatis Abbatibus adhuc in vivis existentibus) eximia sua sapientiâ solerti dexteritate, nec non paterna in subditos charitate, adeò feliciter Monasticam Religionem ac rem familiarem plantavit, ut inde natos fructus & decora à *Dionysio* Abbate Monasterio collata hodiedum tanquam Parenti suo optimo in acceptis referant grati Filij *Thierhauptani*.

372. *Mors.* Demum, cum cunctos animi corporisque vires suæ suorúmque saluti tum *Augustæ* tum *Thierhaupti* impendisset, infirmitate corporis correptus, & mortis velut præscius *Augustam* ad Monasterium *SS. Udalrici & Afræ*, ceu ad suæ professionis locum, transvehi voluit; ubi spatio dierum duodeviginti lecto affixus, summa animi æquitate & patientiâ etiam inter acutissimos dolores, factâ priùs accuratissimâ peccatorum exhomologesi, die 11. Octobris apoplexiâ tactus pati simul & vivere desijt, annos numerans à S. Professione 32. à Sacerdotio 28. à dignitate Abbatiæ 6. à dignitate Visitatoris Monasteriorum Ordinis *S. Benedicti* per Diœcesin Augustanam 3. à nativitate

53. cor-

53. Corpus exanime ponè *Carolum Stengelium* Abbatem Anhusanum in peristylio Monasterij *SS. Udalrici & Afræ* Augustæ quiescit.

LEONARDUS *Frey de Schönstein* Patritius Veldkirchensis, natus Augustæ Vindelicorum 1624. J. U. Licent. Parochus Ecclesiæ Collegiatæ ad *S. Petrum* Dilingæ, Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ ad *S. Stephanum* Constantiæ, & Consiliarius Ecclesiasticus ibid 1648. Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ 1651. Hîc loci Officialis 1660. Scholasticus 1663. Decanus 1674. in Consiliarium Intimum à Reverendissimo & Serenissimo Episcopo Alexandro Sigismundo adscitus 1690. Ob adversæ valetudinis incommoda, reservato sibi Canonicatu, resignat dignitatem Decanatûs die 3. Julij 1692. 373. *Decanus Cathedral. Eccl. August.*

Vir doctrinâ clarissimus, comis, prudens, impertæsus laboris, & multæ experientiæ: in sacræ jurisdictionis causis dicendis incorruptus & expeditus, juris plicas, tricas, ac rixas explicavit, extricavit, composuit, nec unquam nigra in candida, candida in nigra vertit, probè gnarus, se quidem J. U. Licentiatum, sed unà mortis candidatum; hinc justitiæ & æquitatis observantissimus, pacis ac tranquillitatis tuendæ & resarciendæ longè diligentissimus; in cultu Divino conservando amplificandóque multùm solicitus, ad juvandum & promovendum ad Beneficia Ecclesiastica vel officia sæcularia proximum, oppidò promptus. 374. *Virtute & doctrinâ præstans.*

In Ecclesiam Cathedralem Augustanam munificus, circa *S. Michaëlis* altare peristromata suspendit, sacrum thesaurum calice argenteo permagno, duabus ampullis cum suo pollubro ex eodem mettallo, adauxit, & per pium legatum 600. florenis Gazophylacium ditavit. 375. *Munificus in Ecclesiam Cathedr.*

Post hæc invalitudine à multo tempore jam tenui tentatus, *Veldkirchium* ad suum proprium Nobilium *Freyorum* avitum Dominium in *Röttis*, uno milliario inde dissito, movit: appropinquante autem *B. Virginis* in cœlum assumptæ festo, dum (animô peremptorium frequentandi, & præbendæ residentiam complendi) iter *Augustanum* meditatur, die 6. Augusti 1693. in via deficiens, fractis viribus in vicum *Kechlin*, *Lindavio* semihorâ distantem, pervenit; ubi augescente invalitudine exhomologesi expiatus (præsente Parthenæij Nobilium Canonissarum *Lindaviensium* Parocho, pro conscientiæ Arbitro tempestivè ascitô) placidissimè oculos in mortem clausit. Funus per *Lindavium* ad memoratum Dominium in *Röttis* reductum, 376. *In via deficit.*

in Ecclesia Parochiali ante lateralem ex cornu epistolæ aram exequialibus cum cæremonijs fuit inhumatum, icone scitissima, à *Storero* pictâ, ad parietem loco epithaphij appensâ.

Anno 1674.

377. *Abbas S. Udalrici.* ROMANUS *Daniel* Augustanus natus die 14. Martij anno 1633. in Libero ac Imperiali Monasterio ad SS. *Udalricum & Afram* Augustæ Professus 1649. die 13. Novembris: ad aram Neomysta die 20. Aprilis 1657. Parochus 1665. Prior 1671. Abbas 1674. die 26. Novembris.

378. *Nativitas humilis præferenda in Religioso.* Fuit *Romanus* Hortulani Civis Augustani Filius, in sacro regenerationis fonte *Georgius* nominatus, ex Hortulani Filio Sacri Romani Imperij *Prælatus & Abbas* creatus præclarus, plus de humili suæ nativitatis conditione, quàm alij de aviti generis nobilitate gloriatus. Nec ex levitate aut vanitate: sic in *Adonidis* hortis flos emergere ex spinis, ac è squilla nasci rosa solet, ut meminerit, *Religiosus* natalium vilitatem non erubescere, nec nativam ignobilitatem contemnere: nam potest DEUS de lapidibus suscitare filios Abrahæ. *Quid prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? aut, quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? meliùs est enim alicui, ut in eo glorientur Parentes, quia talem filium habent, quàm ut ipse in parentibus glorietur: ille Nobilis est, qui suis se metitur factis, nec alienæ incubat gloriæ.* S. Chrysost. in cap. 3. Matth. Nempè.

379. *Nobilitati sine virtutum ornatu.*

Et genus & Proavos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto. Ovid:

Appositè accinit Juvenalis Satyr: 8.

Quis fructus generis tabulâ jactare capaci
Fumosos Equitum cum Dictatore Magistros,
Si coram lepidis malè vivitur?

Et suffragatur concinnè *Codrus Urceolus* in epigrammatibus hujusemodi tetrasticho.

Sint tibi Gallorum Rex & Regina potentes,
Si maneat virtus pectore nulla tuo:
Non pluris faciam te, quàm tibi rustica Mater
Si sit, & ignotus rusticus ipse Pater.

Certè, si Religiosus virtutum inops, & vacuum cerebro caput instar ventosæ cucurbitæ habeat, tanti penditur, quanti truncus *Hermes*, ut citatus *Satyricus* innuit hoc carmine: Nul-

Nullo quippe alio vincit diſcrimine, quàm quòd
Illi marmoreum caput eſt, tua vivit imago.

Inde fuit, ut ſagax *Georgius* gnaviter adoleſcentiam erudiret virtute, doctrinâ, & muſicâ: virtutum floſculos plantare, doctrinæ roſas congerere, modulos muſicos addiſcere, ſtudioſè ſatageret. Adoleſcens brevi tempore animum optimis moribus, & fertile ingenium ſtudijs humanioribus probè elimavit: juxta litterarum curam adeò facilè, amœnè, & feſtivè artem muſicam addidicit, ut Sereniſſimus *Ferdinandus Carolus* Archidux Auſtriæ ac omnium ditionum Tyrolenſium Poſſeſſor &c. Diſcantiſtam, ùt vocant, ſuavitate vocis & perfectione artis præcellentem, è patrijs laribus excitum, *Oeniponti* ſuis Aulicis Phonaſcis conſociari non dubitaverit. 380. *Muſicus Aulicus.*

Attamen pius Juvenis vitæ Aulicæ ſatur, & jam tum abſolutus *Rhetor*, ſepoſito omni mundo, rectâ ſe in monaſterium recepit, atque finito Novitatûs anno ad Sacram Profeſſionem admiſſus, & *Romanus* nominatus, Romanos Quirites *fortiter agendo & patiendo* æmulatus eſt. Quippe *Dilingam* ad Philoſophiam miſſus, in Magiſterij examine pro primo ejus gradu *fortiter* certavit: *Salisburgi* SS. Theologiæ & SS. Canonum ſtudijs inter alia negotia, ſtudioſis multùm onerosa, *conſtanter* vacans, variegato ſcientiarum comitatu decoratus domum redijt. 381. *Religioſus & Sacerdos.*

Sacerdotiô initiatus & *Parochus* deſignatus, pernox & perdius nihil non tentatum, nihil inauſum reliquit, ut animâ & corpore ægris ſuccurreret. Rudem adoleſcentiam Chriſtianis præceptis ſedulò erudivit: noxijs affectionibus obſitos ſolicitè ſanavit: ex honeſti rectíque norma vitam componere docuit: à novitia hæreſi deterruit, dubitantes conſolidavit: in orthodoxa fide conſervavit. Parœciæ Udalricianæ, ubi ubi vacillanti, pro virili ſuccollavit, vitæ etiam periculo zelum animarum non reſtinguente. 382. *Parochus.*

Prior poſthàc conſtitutus, præter ſolertem Chori induſtriam, in ſacro tribunali aſſiduus, multis millibus exhomologeſin factitantibus ſacramentalem abſolutionem impertivit: non obſtantibus *Prioratûs* oneribus, lethali invaletudine correptos frequenter inviſens, & conſolans, auxiliaribus manibus ſublevavit, nec non cum morte luctantes juxta pias exhortationes, orationes, ac benedictiones ad cœlum direxit, tam ſuorum Confratrum quàm Parochianorum quà *Prior* ſacer Curio Zeloſus, & *fortis Romanus.* Verùm Religioſus *Romanus* hucuſque *Quirini* Romanorum ſectator *fortiter agendo, Ro-* 383. *Prior.*

mulcæ gentis æmulatorem se etiam demonstravit *fortiter patiendo* : quippe

384. *Abbas.* Anno 1674. Abbas electus necdum mitratus à Cæsareis militibus ad hyemandum in *Sueviam* irruentibus, & in territoria *Udalriciana* immissis, sævissimos turbines expertus, insuperabili constantia sumptuosos hospites, in Monasterio fermè quotidianos, usque ad annum 1679. *fortiter* sustinuit, ac sustentavit, hybernante milite, toties ad hospitium antiquum revertente, aptam, *fortiter patiendi*, occasionem subministrante.

385. *Militum onera patitur.* Quadriennij quiete vix gavisus Abbas *Romanus*, fœdifragi Turcæ anno 1683. armatis ducentis militum millibus per *Ungariam* rectà *Austriam* invasêre, ejus Urbes, Arces & Pagos limitaneos, cunctáque obvia igne ferróque populantes, ipsamque Metropolim *Viennam* formidanda obsidione oppugnavêre, innumeris utriusque sexus Christianis in durissimam servitutem abductis. Ne verò ingens Barbarorum multitudo occupatâ *Viennâ* universam *Germaniam* sibi subjugaret, ac *Mahumetis* sacrilegia *Christi* altaribus inferret, Imperium Romanum unitis viribus validissimum exercitum collegit, *Romano* Abbate, licèt contractis ex præterito bello debitis nondum expunctis, suppetias submittente, nec non istud quoque militare onus, quamdiu vita superstes, *fortiter* ferente.

386. *Podagricus patiens.* Inter *Bellonæ* turbines variásque adversitates *Romanum* exercuit, atque in patientiæ palæstra *fortiter* proficere compulit exosa *hospes*, vel potiùs hostis *podagra*. Nihilominùs, quamvis hæc importuna socia pij Abbatis conatibus & desiderijs frequentissimè obstiterit, negotijs tam Ecclesiasticis quàm politicis exequendis obstaculum ponendô: atque inde evenerit, quòd anno 1690. in Ecclesia Cathedrali solennissimæ Coronationi Augustissimæ *Imperatricis*, nec non Augusti *Regis* cum alijs 16. Mitratis Prælatis æger pedibus interesse non valuerit.

387. *Solennitates in electione Regis peragit.* Ast sub altissimè dicti *Regis Ungariæ* in Romanorum *Regem* electione in sua *SS. Udalrici* & *Afræ* Ecclesia, 1690. die 24. Januarij institutâ, ac feliciter finitâ, trinâ vice, 1. ante Missæ Officium 2. ante juramentum à Serenissimis Electoribus præstitum, & 3. ante Electionem per hymnum : *Veni S. Spiritus* gratiam *Paracliti* invocavit: Officium solenne & votivum de eodem *S. Spiritu* & liturgias consuetas decantavit: post exoptatam electionem *Carmen Ambrosianum* inchoavit, atque ab hora 9. matutina usque ad septimam vespertinam à principe ara nunquam recessit, protuberantium pedum aspe-

aſperitatem, dolorúmque acerbitatem *fortiter* paſſus tantò potentior, quantò patientior. Fortitudinem patiendi didicit *Romanus* à Sacratiſſimo *Redemptore* noſtro, amariſſimam ejus paſſionem pientiſſimè per figuras cordi ſuo inſculpens.

Abbas electus eligebat ſibi pro inſignibus *crucem coronâ ſpineâ* circumdatam, duáſque *ſagittas* in acuminibus ſanguine tinctas decuſſatim per coronam in altum erectas: ſimulachrum *Chriſti* in itinere ſecum portabat: cum ſimulachro *Chriſti Crucifixi* in lecto dormiebat: umbella ſuæ lecticæ Salvatorem crucifixum repræſentabat: prope lecticam penicillô effigiatus in ſuo ſacro ſanguine *Chriſtus flagellatus* jacebat: in quovis Abbatialis ſui conclavis latere pictura ſtabat, vel ſuffixa pendebat, doloroſum Redemptionis noſtræ myſterium oculis obijciens, nullo penitùs apparatu tapetiorum & aulæorum muros (hujuſcemodi ornatibus omninò denudatos) decorante. 388. *Paſſionis Chriſti Amator.*

Cúmque à tempore immemorabili qualibet feria V. Quadrageſimæ in templo *SS. Udalrici & Afræ* exhiberetur agonia *Chriſti*, poſitis genibus ter in faciem ſuam ſuper terram procidentis, *Romanus* montem olivarum novum extruxit: nec non ſepulchrum perpulchrum, noviter excogitatum, & fabricatum, ad ſacrum *Paraſceves* diem pro generis humani *Redemptore* conſtruxit: ſicque non ſolùm ſibi, ſed etiam alijs *Chriſti* paſſionem, ceu incitamentum *ad imitandum, ad compatiendum, ad admirandum, ad contemplandum, ad inflammandum & ad gratias agendum*, ſepulchrum, montem olivarum, & alias compaſſionis figuras exhibuit, non neſcius, quòd *Chriſti paſſio* (Authore noſtro Rabano de laude Crucis) *cœlum ſuſtentet, mundum regat, tartarum perfodiat, in ea ſtabilientur ſubſiſtentia, animentur viventia, conſentiant ſentientia, illuſtrentur intelligentia.* Nempe, *Chriſti paſſio* eſt piæ animæ ſpeculum, hujus viæ gubernaculum, vitæ ad cœlos ſignaculum, tempeſtatum omnium umbraculum, & animarum in ipſa morte ſuſtentaculum. 389. *Montem olivarum & ſepulchrum Chriſti extruit.*

Præterea *Romanus* Abbas Immaculatæ Virgini *Deiparæ* fuit addictiſſimus. Juxta ſuas horas Canonicas & preces conſuetas quotidie officium majus ſeu curſum *B. V. M.* perſolvit: Quot diebus Sabbatinis locô *Miſerere* planctum B. V. MARIÆ tono Muſico modulari ordinavit: & ex ſuis Religioſis per quadrageſimam Sabbatinum Concionatorem, è templi Cathedra perorantem, conſtituit: in Vigilijs ejusdem *Deiparæ* & Sabbatis per annum Litanias *Lauretanas* cum ſubjuncta Antiphona cantari juſſit: ter in hebdomada roſarium 390. *Devotiones ad B. V. M.*

B. V. Mariæ à Venerabili Conventu (citra tamen obligationem) recitari disposuit.

391. *Et Fraternitatem 7. Dolorum B. V. M. instituit.* Anno 1684. Institutionem Fraternitatis septem Dolorum *B. V. Mariæ* cum indulgentijs ab *Innocentio XI.* Papa impetravit: ipsemet tempore ante- & po-meridiano in prima institutionis solenitate concionatus. Lucrantur autem indulgentiæ plenariæ vi Bullæ Pontificiæ in die inscriptionis, in articulo mortis, & in festo Titulari, id est feria VI. ante Dominicam Palmarum, ad modum *cap. 2. Sect. 3. n. 3. de* indulgentijs Fraternitatis *S. Mauritij* relatum.

292. *Indulgentia.* Sexaginta annorum indulgentijs gaudent Fratres & Sorores huiatis Fraternitatis. 1. Qui in templo *SS. Udalrici & Afræ* Missæ sacrificijs, Vesperis, Completorio, vel alijs horis Canonicis aut Conventibus sive publicis sive privatis corde contrito intersunt. 2. Quoties pro anima defuncti Fratris vel Sororis quinquies orationem Dominicam & Salutationem Angelicam persolvunt. 3. Qui illa peragunt jam de Fraternitate *S. Mauritij c. l. num. 4.* añotata. Septem annorum indulgentiæ & totidem quadragenæ (de quadragenis *vid. c. l. n. 4.* in fin.) impertiuntur Fratribus & Sororibus, in quatuor Dominicis Adventûs templum *SS. Udalrici & Afræ* devotè orandô, visitantibus.

393. *Admiranda memoria.* Ceterùm *Romanus* Abbas pollebat sagaci ingenio, & admirandâ memoriâ: Psalmos Davidicos absque breviario recitabat, nec non antiphonas rariores & prolixas, parumper inspectas, memoriter repetebat.

394. *Promotor Studiosorum.* Studia domi forisque fovebat: foris quidem, primo confestim anno Abbatialis Regiminis Religiosos suos primitùs ad Universitatem *Ingolstadiensem*, deìn ad *Salisburgensem* mittendô: domi verò pro docenda *Philosophia, Theologia, Speculativa & Morali* Professores designandô.

395. *Lampadem & alia acquirit.* Suâ humilitate gratus erat *Principibus*; unde à Serenissimo ac Reverendissimo *Alberto Sigismundo* Episcopo Frisingensi &c. &c. dono accepit generosissimum equum, & lampadem argenteam ter mille & trecentis florenis constantem. Sacri vestiarij supellectilem ditavit mitrâ, casulâ. 2. Dalmaticis & pluviali auro locupletissimè ac firmissimè filatis, ultra pretium duorum millium florenorũ excurrentibus. Vineam *Bulsani* in Tyroli impensis circiter 12000. flor. emit: ædificia aliqua excitavit, plura instauravit.

396. *Pauperes pascit.* Pauperes amavit: rarò pransus, ut non subtractâ sibi portione delciatioris cibi egenum pasceret: In hoc ipso misericordiæ opere occupatus, in mensa Regulari in refectorio feria II. primæ hebdomadæ

madæ quadragintadialis jejunij die 2. Mart. 1694. apoplexiâ tangitur, & à Religiosis ad conclave Abbatiale deductus, atque ob mentis impotentiam sacro solùm oleo inunctus, inter gravissimas convulsiones postridie hora 3. pomeridiana defungitur. Corpus exanime in peristylio sepultum est cum tali epithaphio, propè sepulchrum parieti infixô.

Sta, Lege, Luge 397. *Ejus Epitaphium.*
Viator,
Hic in pace quiescit
Reverendissimus D.D. Romanus Daniel
Hujus Monasterij Abbas LI.
Pater inter Filios,
Pastor inter oves,
Constans Fratrum amator.
Ab ijsdem
Nec in vita nec in morte
Separari voluit.
Vixit annos LX. Menses XI. dies XVI.
Rexit annos XIX. Menses III. dies VI.
Et mortuus est
Anno Christi M.DC.XCIV. v. nonas Martij
I modo Viator,
Animæ bene precare,
Et quo præivit, sequere.

Per crucem | S. Crucis Insignia. | In Lucem.

1676.

Anselmus Fendt Augustæ natus Anno 1641. in celeberrimo Monasterio Ordinis *S. Benedicti* ad *S. Martinum* in *Deggingen* Professus 1659. Presbyter ordinatus 1665. Augustæ in Monasterio ad *SS. Udalricum & Afram* unanimi calculo ad Abbatiam Deggingensem evectus die 9. Januarij 1676. à Domestico calamo sequente elogio, mihi transmisso, descriptus. 398. *Abbas Deggingensis.*

Pacis erat amantissimus, & ab omni abhorrens fastu, unde & munia quævis etiam abjectissima lubenti libentique animo obire haud detrectavit. Proximorum saluti sedulô intentus, ad ultimum usque 399. *Humilis & amator proximi,*

usque vitæ halitum concionibus dicendis, confessionibus excipiendis, solandísque peccatorum animis occupatus, quod eximium charitatis officium illa ipsa die, qua Spiritum misit ad *Superos*, in sacello Beatissimæ Miraculosæque Virginis MARIÆ Buggenhofensis, quam impensè venerabatur, præstare haud neglexisset, nisi urgentibus intervenientibus fuisset distentus negotijs.

400. *Et decoris templi.* Decorem domûs DEI verè ipsum dilexisse, ruinosum olim & casui proximum templum, ex integro restauratum, novisque undecim altaribus alijsque Sacris imaginibus condecoratum, testatur: quibus adjunxit duo organa: Sacram insuper supellectilem auxit, & multa alia quasi innumera insigniter Monasterio contulit beneficia per 24 annos, quibus præfuit:

Apoplexiâ tandem, ipsâ B. V. DEIPARÆ in templo præsentatæ festivitate, ad litandum sacratissimum Missæ Sacrificium se paraturus, tactus, obijt 1700. annos natus sexaginta, maximo suis relicto mœrore, tumulo illatus, sequenti verò epitaphio honoratus:

Salve Viator,

401. *Ejus Epitaphium.* *Lege, Audi, Luge.*

Non est nihil, quod hic tibi loquitur lapis in synopsi,

Arma, Virumq; canit.

Hic est Reverendissimus & Amplissimus Dominus, Dominus

Anselmus Fendt Abbas Deggingensis. Natale

Solum & Electionis in Abbatem locus fuit Augusta,

Ætatis absolvit annos LIX.

Profess. XLI. Sacerdotij XXXV.

ad Clavum XXIV.

Vir fuit insignibus respondens, huic illatus tumulo

Die XXIV. Novembris Anno. MDCC.

Locus insignium
gruem unguibus pedis
erecti lapillum tenentem
exhibentium.

Animæ tu Viator precare,

& vale.

JOSEPHUS *Dürr* Augustanus natus 1646. die 7. Martij Absolutis *Augustæ* litteris humanioribus, candidæ militiæ *Norbertinæ* in celeberrimo & Imperiali Monasterio *Urspergensi* per votorum solennem nuncupationem die 11. Julij anno 1663. nomen dedit. Studijs deìn altioribus imbutus Theses ex universa *Philosophia*, perelleganti artis ærographicæ Emblemati adjunctas, non sine applausu propugnavit anno 1664. Superstite ad regale *Sacerdotium* adhuc necessariò septennio, partim in *Theologica* palæstra, partim alijs, variisque tam in-quàm extra Monasterium exercitationibus, tandem superatô, in Ecclesia Majore, ad radices Montis positâ, & noviter post fatalem totius Monasterij *Suecicam* ruinam instar *Phænicis* è cineribus suis resurgente, primâ dedicationis anniversariâ die (mensis Aprilis 30.) primus *Neomysta* incruentam Agni immaculati hostiam litavit *Numini divino* anno à *Deipara Virgine* 1671. 402. *Abbas Urspergensis.* 403. *Ingressus in Religionem.*

His itaque gnaviter peractis, jussus est fungi *Neo-mysta* varijs obedientiæ munijs; nec tamen ascendit præcipiti saltu, sed emeritô gressu. Gradus fuit honor unus ad alterum: prælusit secundo, quando gerebat primum, exercuit tertium in secundô, meruit quartum in tertiô &c. Accessit singula officia quasi veteranus & non novus, etiam penè illa gessit, antequàm gereret. Imprimis sacræ supellectilis custodia, & *Juvenum Alumnorum* moderamen ejus demandata sunt industriæ; deinde Zelosi Novellorum Religionis, seu Tyronum *Directoris*, nec non in pascendo Dominico grege soliciti *Pastoris* vices obijt; post hæc vigilantis *Subprioris* partes adimplevit, ac tandem SS. Theologiæ *Professoris*, & unà quinquennio discreti *Prioris* munus gessit; per quæ officia tamdiu indefessus cucurrit, donec laboribus multis, etiam inter frequentes militum manus, feliciter exantlatis, meruit 13. Septembris anno 1681. comprehendere bravium, & ascendere usque ad *Abbatialis Tiaræ* apicem. Et quidem prudenter valdè; nam juxta mentem *Cassiani*: securus celsa ascendit, qui se in paulò minoribus approbavit, & certô procedit vestigiô, qui gradatim supremo potitur fastigiô. 404. *Varia Officia*

Regimen vix auspicatus, insigne sibi elegit *Insigne*, quod exornat *Joseph*, Augur Ægyptius, dextrâ stellam, spicarum manipulum sub lævâ tenens, adjectô lemate: *Polóque, Solóque favente*; illustria vigilantiæ & liberalitatis symbola, ex quibus jam tunc facilè vaticinatu fuit, Neo-Antistitem *Josephum* Filium accrescentem, haud degenerem D. P. *Norberti*, & eorum sedulum, quæ amantissimus *Pater* Fratribus & Filijs suis, quasi Testamenti locô reliquit, 405. *Abbatialia insignia.*

Triadem præsertim monitorum (quorum primum: Circa Altare & Divina Mysteria mundities. Secundum: Excessuum & negligentiarum in Capitulo & ubique emendatio. Et tertium: Cura pauperum & Hospitalitas) hæredipetam fore, nec etiam ultimum hæredem factum, luculenter sequentia prodent.

406. *Decoris templi studia.* Nam quantum dilexerit decorem Domûs DEI, & quàm intentus fuerit circa ornatum & munditiem altarium, eorúmque vestitum ac supellectilem Sacrificio deputatam, ut omnia sint ab omni sorde & pulvere indemnia, pura & nitida, nemo nescit, qui vel unquam salutavit *Ursbergam*, & nescios ipsa erudiunt altaria, præsertim noviter erecta, ut in Ecclesiæ umbilicô in honorem *S. Crucis*, *SS. Josephi* Sponsi Genitricis Partheniæ, *Antonij* Tavmaturgi Paduani; à latere dextro *S. Catharinæ* Virginis & Martyris, *SS. Wolfgangi & Ægidij*; à sinistro autem *SS. Stephani* Protomartyris, *Sebastiani & Rochi*, qui pestiferorum coluntur Patroni, omnia cum imaginibus suis & antipendijs deaurata, & scitissimè elaborata

407. *SS. Corpora.* His quo plus splendoris ac venerationis accederet, tres *Româ* Indigetes evocavit, *Prosperum*, *Candidum*, *& Charitatem*, gloriosissimos Martyres, quorum sacris Reliquijs, unà cum aliorum *Divorum* lispanis condecorandis, raros sumptus liberaliter impendit, eásque gemmis, auro, argento, & holoserico munificè vestivit, novósque *Ursperga* reverens, magno cum subditorum quondam solamine, magnóque jubilo in *Tutelares* suscepit.

408. *Ecclesiæ ornamenta externa,* Pariter ornamentis Pontificalibus, etiam ex auro filatis, suis Insignibus Abbatialibus, Pedô, Mytris, Pectoralibus, & annulis; calicibus, argento-deauratâ hierothecâ valdè ponderosâ, miræ artis & pretij vasarijs, Baldachino, amictibus Sacerdotalibus, sericis, argentô auróque intertextis pluribus Sacrarium largiter ditavit: parietes peristromatibus texit: submotô lateritiô, per totum Ecclesiæ ambitum, pergulásque annexas, pavimentô, marmoreum supposuit; & quæ alia multa ad decorem domus DEI spectantia sedulus comparavit.

409. *Et interna.* Verùm isteZelator non contentus solâ munditie externâ, ut etiam interna augeatur in cordibus Christianis, præcipuè sibi cordi fuit: quapropter *Archi-Fraternitatem Rosarianam* in Ecclesia Majori per A. R.R. D.P. *Justinum Funck* Ord. Prædicatorum, & pro illo tempore meritissimum Priorem *Kircheimensem*, ad frequentia Mariophilorum vota, anno 1706. die celebri Virgineæ *Dei-parentis Natæ*, publica solennitate institui curavit. Quare & *Ei*, & *Parvulo* ejus prætexta

textato, de holoſericis, cæruleis floribus deauratis intertextis, ac polymitis amictibus, admodùm devotus proſpexit *Cliens.*

Aſt, ut magìs magiſque hæc animorum mundities foveatur, pervetuſtum ſimulacrum Domini noſtri *Salvatoris*, è *Cruce* penduli, humanâ ſtaturâ celſius, rudiori licèt manu è ligno formatum, unà cum iconibus *B. V. Mariæ*, & *S. Joannis*, ijsdem materia & ſtylo exſculptis, & jam quater à palantibus flammis, omnia cetera devorantibus, mirabiliter conſervatis (de his fuſiùs in 3. Hierarchiæ parte agetur, ſub titulo: *Urſperga*) miris tamen clareſcens beneficijs, è ſacello extra muros Monaſterij erectô, populo turmatim confluente, feſtivâ proceſſione tranſtulit die 28. Octobris, Sanctis Apoſtolis *Simonis & Judæ* ſacrâ, anno 1686. & in dicta Eccleſia Majori publicæ venerationi expoſuit, non ſine plurimorum adventantium ſingulari ſolamine. 410. *Crux Christi translata.*

Inſuper hujus *Præſulis* in ſacra fervoris magnitudo, quæ ampliùs intra Monaſterij ſepta retineri haud potuit, erupit, ſéque extendit ad alias *Urſpergæ* incorporatas ædes, in queîs virtutem ſuam ardenter exerceret; has inter numeratur *Cellenſis*, penes *Mindulam* ſita, cui theſaurum ſuum incomparabilem (particulam *S. Crucis* valde notabilem & conſpicuam, miraculis claram, unà cum calicibus, aliiſque pretioſis) 8. Decembris, ipſo videlicet B. V. IMMACULATÆ CONCEPTIONIS feſto, ſub noctis umbilicum, auſu nefario, manúque ſacrilega ſubductum, poſt multam & ſolertem inquiſitionem tandem feliciter inventum, magnis ſumptibus comparatum, ipſâ Inventæ *S. Crucis* die, quæ Majas eſt 3. anno 1691. accurrente innumera, non ſine clamoroſo ſtipamine, peregrinantium multitudine, applaudentibus omnibus, & concrepantibus ubique tubis ac tympanis, in præſentia copioſæ Nobilitatis vicinæ, totiúſque Familiæ ex Illuſtriſſima Domo *Oettingana de Spielberg &c.* (cujus adminiculante quoque induſtriâ *Crux* ſancta è tenebris in lucem redijt) ſub ſummo officio à ſe decantato, in ex obrizo & argento, ſat magni ponderis fabrefactâ thecâ, ad inſtar Crucis formata, ſolenniter reſtituit, R.mo D.D. *Adalberto* Imperialis Eccleſiæ *Roggenburgenſis* Abbate facundiſſimum de cathedra Encomiaſten agente. 411. *Particula S. Crucis restituta.*

Similiter Fanum divi *Leonardi*, ad Filialem *Urſpergæ Billenhauſanam* pertinens, haud mediocribus expenſis magnâ ex parte reſtauravit, decoravítque. 412. *S. Leonardi Ecclesia.*

Quæ autem alia & amplior hujus Ampliſſimi Præſulis tam anxia cura, quàm Zelus ardens fuerit pro cultu Divino, ne prolixior ſim 413. *Emolumenta Spiritualia.*

sim ego, testatur abundè laudatus ille vigor Disciplinæ Regularis, quam semper lubens habuit, sub quâ & Ipse strenuè educatus, strenuè promovit, studiosè conservavit, & auxit in suis. Non solùm autem hujus, sed etiam totius S. Ordinis sui Jurium & Privilegiorum strenuus Propugnator, ad ista contra quoscunque Antagonistas, intus & foris, usque & usque conservanda, per quinque lustra diurnus & pernox, omnes vires impendit. Difficiles sæpiùs dimensus est vias non sine propriæ valetudinis subindè periculo, nec Eum (probris & opprobrijs jam anteà licèt ad fauces usque ac nauseam saturatum) à fervido cæpto proposito absterrere potuerunt recentes multæ ac variæ persecutiones, dicteria, contumeliæ, & diasyrmi, quos omnes semper æquo perpessus animo, nec ulli exindè pepercit labori, ad immunitatem eorum mordicùs tuendam, ut verum testimonium perhibent de his omnibus prægrandis Cophinus actorum, seu cumulus Scripturarum.

414. *Et temporalia intra mœnia.* Verumenimverò Ecclesiasticis quamquàm & Spiritualibus altè præfatus R.mus D. Abbas *Josephus* plurimum intentus, temporalia tamen non neglexit, sed varijs accessionibus ampliavit. Ut imprimis loquuntur mortui, quibus velut alter *Parens*, alteram quasi vitam reddidit, dum eos suis in libris ac voluminibus vivos loquentésque, numerô perquàm magnô, nec pretio minori, ad *Urspergensem* Bibliothecam undique convocatos, perpetuô domicilij jure donavit, omnium studiorum ac litteratorum mirificus amator, ut continua jam *Philosophica*, jam *Theologica* docet Schola.

Et, quòd omnem vetustatis injuriam, omnémque ævi obscuritatem, deterserit, clamabunt iterum lapides marmorei, quibus *Triclinium* Religiosorum 24. pedibus dilatavit, sicut & *Cavædium* novô pavimentô stravit, nec non tabulatô, fornace æreâ, abacis, & Canonicorum effigiebus pulchrè instruxit. *Conclavia* pariter aulæis, sellis, cistis, tapetibus & picturis, varijsque alijs utensibilibus locupletavit. In diversis Monasterij locis horologia ingeniosè inventa, artificiosè fieri curavit, & ordine suo distribuit, unô nimirum principali cetera dirigente, suóque ictu unicô ad sonitum simultaneum trahente. Amœnum cum suis ambulacris è regione Abbatiæ *hortum* condidit. *Horrea*, *Equilia* fornicata, similes *cellas* Zythopeptuas cum grandibus è quercu dolijs, *Molendinum*, opus planè elegans, è fundo unà cum domo pistoriâ in atrio exstruxit.

415. *At extra mœnia.* Extra Monasterij mœnia peraccomodum pro Viatoribus hospitium ædificavit, aliarúmque ædium ædificia quædam suffulsit, qua-

quædam renovavit, quædam è fundamentis extulit; quapropter & silvas hîc & ibi jacentes *Urspergæ* possessionibus adjecit. *Vineas* acetosas commutavit in dulciores, vinúmque ex ijs per torcular expressum, à Serenissimo *Duce* facultatem extraordinariam obtinuit perpetuam, sine omni vectigali pecunia per Ducatum suum *Würtenbergicum* ad proprios vehendi lares.

Præterea, quod Domini Antecessores etiam impigro labore non potuerunt, potuit iste pio quodam stratagemate, quando Augustæ Vindelicorum in patriô solô, haud procul ab ædibus RR. PP. *Capucinorum* domum acquisivit, nummô paratô coëmit, quæ in ea collapsa, seu temporis injuria exesa, solers restauravit, de necessarijs & utensilibus pro focis & aris industrius providit, atque quantum ob exoptatam ejus situationem, Capellam, aliorúmque habitaculorum structuræ opportunitatem, sibi, suísque Successoribus, debitóque famulitio, commoditatis eveniret, circumspectè ponderans, ad hanc domū instaurandam ac exornandam, non mediocrem curam adhibuit. 416. *Domus Augustana.*

Ceterùm quàm magnæ jam sibi ac paternæ solicitudini fuerint necessitates subditorum, extremâ pauperie squalentium, calamitosissimis *Bellona* novercantis temporibus, & quàm benignum *Patrem*, in varijs ævi & fortunæ reciprocantis vicissitudinibus, erga eos se monstraverit, accedentibus, vel maximè antiquissimis *Imperatorum* Privilegijs, ab Augustissimo *Josepho I.* confirmatis, & novis, ac modernô præsertim tempore insolitis, mira dexteritate, ac industria obtentis, & adauctis, per totum *Romanum Imperium*, *Regna, & Provincias*, tractatúsque annexos *Cæsareos*, æternùm valentibus, ipsimet Subditi lubentes deprædicant. 417. *Privilegia confirmata & obtenta.*

Jam plura in hujus Amplissimi Præsulis ampliorem laudem effari, reluctatur modestia ejus, quæ magnarum mentium more, quantum enititur magna facere, tantum abhorret sua facta celebrari; quare laudabilia sua opera mavult sub modio occultare, quàm instar lucernæ poni super candelabrum. 418. *Abbatis modestia.*

Hoc tamen non poterit mihi non condonare, si veluti mantissam superaddam, Antistitem *Josephum* ita floruisse, ob præstantia tum naturæ tum gratiæ dona, apud *Principes & Magnates* in gratia & favore, apud æquales in æstimatione, & apud alios in veneratione, ut tandem anno 1691. in Imperialis Collegij Reverendissimorum DD. *Prælatorum Circuli Suevici Con-Directorem* fuerit adlectus, & rogatus: cujus etiam muneris partes ad mentem & vota eorum, testibus illorum litteris, & Musarum *Rupis Ursimontanæ* aggratulan- 419. *Condirectoris encomia.*

 tium

tium planè feſtivis, rariſque applauſibus, novam in ſubditorum utilitatem ultra 17. annos adimplevit, indéque *Urſperga* ad eum felicitatis apicem evecta eſt (quem illi, Boni omnes, ex animo aggratulantur) ut ferreo hoc Sæculo, quo ferri debachantis licentia pleraque aut perculit, aut ſtravit, ſteterit conſolidata.

420. *Reſignatio Libera.* Huic *Joſephus I.* digniſſimus Abbas ſuas inter ceteras præclaras dotes, decoris domus DEI Zelator eximius, erga ſuos ſummè benignus, quaſi genuinus *Pater*, corripiens inquietos, conſolans puſillanimes, ſuſcipiens infirmos, patiens ad omnes juxta mentem & Regulam *Aurelij Doctoris*, in exteros hoſpitalis, & pauperes liberalis, nec non diſciplinæ Regularis Vindex ſtrenuus, ùt ex hactenus adductis liquidiſſimè conſtat, 27. annis laudabiliter præfuit, ac profuit, donec tandem poſt bina (frendente ſagatâ Pallade) 1688. & 1703. exantlata exilia, tertii 1707. imminentis diſcrimen vix evadens, canâ ætate, & virium imbecillitate fractus, Abbatialis regiminis onus & crucem, humeris ſuis eo ipſo die, quo in ſe ſuſcepit, qui erat 13. Septembris, & ultimus ante *Sanctæ Crucis* exaltatæ feſtivitatem per liberrimam reſignationem (& juxta ſalubrium *S. Ord.* ſtatutorum *diſt. 2. c. 6.* normam & formam) depoſuit denuò in R.mas manus Ill.mi D. Ord. Præmonſt. *Generalis &c.*

421. *Abbatia bene dotata.* Stabulis priùs omni genere armentorum, pennatorum, quadrupedúmque animalium refertis, granarijs diverſorum frumentorum prædivite acervô gravidis, aliíſque cornucopijs exundantibus bonis juxta lemmatis Inſignibus inſigniti augurium: *Polóque*, *Solóque favente*, vigili induſtriâ accumulatis, & in allevamentum haud leve R.mo ſuo *Succeſſori*, Ejúſque *Sponſæ*, ſic ad ſincerum pulchritudinis ſpeculum ceruſſatæ, pro dite quaſi dote relictis. Quem *Deus ter Opt. Max.* omnium bonorum largus retributor in præmium laborum ſuorum diu adhuc in *Solo* ſoſpitem conſervare, & poſt ſerum olim, ita in *Polo* beare velit, ut æternùm aſſocietur ijs, qui ſub candido *Norbertino* vexillo, in veſtimentis albis ſequuntur *Agnum*, quocunque iêrit in perpetuas æternitates!

Anno 1681. *Octavianus Imhoff de Spilberg* Patritius Auguſtanus, die 17. Junij anno 1642. natus: Ad *S. Mauritium* Canonicus 1660. Hîc

422. *Decanus ad S. Mauritium.* loci etiam *Decanus* die 4. Auguſti 1681. Ad *S. Petrum* Auguſtæ Canonicus 1671. Vir dignitatis retinens ſine faſtu, meri candoris, pacis ſtudioſus, hoſpitalis, in pauperes liberalis, *Veris* ac *Autumni* opum, & univerſim hortorum amœnorum, æſtimator, amator,

atque

atque induſtrius cultor: Sanctis in *Deum Deiparamq;* affectibus eximius, ſingulari per omnem vitam integritate prædìtus. Poſtquàm 24. annis *Decanatui* placidè præfuit, onerosâ Gallorum hyberna conſtanter pertulit, demum lethali infirmitate correptus, diuturnos corporis cruciatus patientiſſimè ſuſtinuit, ac ſacris ritè proviſus, die 8. Aprilis 1706. è vita piè deceſſit, in inſigni Collegiata *S. Mauritij* Eccleſia funeratus.

Joannes Dürr Auguſtanus, natus anno 1643. in Monaſterio Wengenſi *S. Michaëlis* Canonicorum Regularium Ordinem *S. Auguſtin Ulmæ* Profeſſus 1662. ex Novitiorum Magiſtro Præpoſitus ibidem 1682. Vir teneræ conſcientiæ, non vulgariter ſcientijs imbutus, etiam in manuali opera multiplici multùm expertus. Poſtquàm decem & ampliùs annis clavum Monaſterij laborioſè eſt moderatus, diſceptationes litésque forenſes *Ulmenſium* tædioſo cum incommodo perpeſſus, atrociſſimo denique preſſus morbo, decubuit, & cùm ſe medio jactari in turbine lethi crederet, cùm ex Medicorum conſilio, tum, ne quid gravioris damni causâ ſuæ mortis alterius *Præpoſiti* electio, à Lutheranis *Ulmenſibus* forſitan conturbanda, pateretur, *Præpoſiturâ* ultrò ſe anno 1693. abdicavit. Anno. 1682. 423. *Præpoſitus Wengenſis.*

Deinceps in Monaſterio *Elchingenſi* ùt plurimùm commoratus: ſed poſtmodùm *Meinrado* hujatis Monaſterij Abbate è vivis excedente, anno 1707. die 8. Aprilis hoſpitium in celeberrimo Canonicorum Regularium ad *S. Georgium* Auguſtæ Monaſterio ſibi elegit. Ubi hac tempeſtate potiùs ſolitarius quàm vitæ activæ deditus, in proceloſo iſtius mundi pelago ſecurus navigat absque naufragio: in Deo ſpem ſuam collocans, ei ſoli adhæret: ſtrenuam in divinis obſequijs, jejunijs aliísque mortificationibus exercitationem exhibens, animum omni virtutum genere exornat, ut in nuptijs agni aliquando compareat veſte nuptiali indutus. Quam proîn ſolitudinem ceu fidam contemplationis Miniſtram, tutum tranquillæ mentis refugium, nec non terreſtrem in hac miſeriarum valle paradiſum animitùs aggratulor, quatenus in eo quaſi cœlorum incola jam hîc prægustet incomprehenſibile æternitatis beatæ gaudium, ſeros poſt annos à morte cum ſanctis Angelis poſſidendum. 424. *Solitudinis amantiſſimus.*

BONIFACIUS *Daniel* Auguſtanus, natus 1643. Religionem Benedictinam in antiquiſſimo Monaſterio *Fultenbacenſi* Profeſſus 1660. Neomyſta 1667. Abbas electus 1683. Vir tenacis memoriæ, haud vulgaris doctrinæ: Philoſophiam *Auguſtæ* abſolvens, ad ſacratiora ſtudia *Salisburgi* incubuit, ibique cum omnium laude & amore *RR. Re-* Anno 1683. *Abbas Fultenbacenſis.* 425. *Studia & Officia.*

 ligio-

ligiosorum in Convictu *Sub-Præfectum* egit. Excultus virtute, doctrinâ, & agendi peritiâ *Salisburgô* reversus, primò *Cellarij*, mox *Parochi*, deinceps *Prioris* munere fungi jussus, injunctam sibi Provinciam adeò bellè obivit, ut omnium votis *Abbas* Monasterij *Fultenbacensis* fuerit renunciatus 1683.

426. *Gesta.* In Abbatem inauguratus, Religiosi Filij & Monasterij subditi non tam habuêre in *Pastore* vigilantissimo *Dominum*, quàm in *Præsule* optimo *Patrem* amandissimum: inopes in eo refugium, miseri solatium, afflicti Patronū, cuncti *Bonifaciū* nimirùm omnibus *benefacientē & beneficium*, verè suo hoc nomine dignum. Erga peregrinos quoq; & fidei domesticos hospitalem se exhibuit; musicam & musas fovit: in cultu tenuis, in supplicando humilis, pro cadente suo Monasterio erigendo mendicare non erubuit, ipsóque adlaborante, novum Monasterij ædificium è fundamentis eleganter surrexit, Reverendissimo *D. D. Erenberto Schrevogel* Schongaviensi, celeberrimi & famosissimi Monasterij *Cremifanensis* in *Austria* Abbate vigilantissimo, inter Reverendissimos *DD. Abbates Austriacos* aliósque *Benefactores*, valde liberaliter concurrente.

427. *B. V. Mariæ cultus.* Porrò *Bonifacius* in cultu B. V. MARIÆ ferventissimus, *Deiparæ* se ex asse mancipavit, utque *Marianæ* devotioni amorem etiam in fidelium mentibus depangeret, non rarò præconia B. VIRGINIS MATRIS è suggestu peroravit, totus quantus in promovendo *Matris ter Admirabilis* honore occupatus, donec post 17. annorum Abbatiale regimen in lectulum fatalem datus, integro anno ab Ascite (affectu quodam hydropico) cum tympanite cachexiam insequente, ex dyscrasiâ ventriculi & Aronia hepatis exortâ, probè excoctus, verum mortificationis & patientiæ ectypon præbuit. Deníque vi morborum spem medicorum eludente, soli animæ consulens, factâ exhomologesi, cœlestíque viatico pastus, & ad luctandum extremo oleo delibutus, supplici filiorum coronâ adstante, linguâ ad officium licèt haud ampliùs valente, corde tamen & affectu ad cœlum fixus, mortalitatem exuit die 23. Aprilis 1700.

Anno 1688.
428. *Præpositus ad S. Crucem.* *Felix Bröll* Augustæ die 11. Aprilis 1640. natus: studijs humanioribus partim *Augustæ* partim *Landishuti* absolutis, in Celiberrimo Monasterio Canonicorum Regularium ordinis *S. Augustini* ad *S. Crucem* die 25. Novembris 1649. professus, atque peractâ sacra professione ad studia philosophica frequentanda missus, in Augustano *S. Salvatoris* Lycæo theses Philosophicas; postmodùm in formali studio domestico theses Theologicas typis impressas non absque Erudito-

ditorum applauſu, defendit; theſibus Theologicis *Joanne Adamo Weber* (Canonico Regulari Neocellenſi SS. Theologiæ & SS. Canonum Doctore, S. C. M. Conſilario, *Præpoſito* in *Högelwerth* 1676. viro in omni ſcientia & doctrina apprimè verſatô) *Præſidem* agente. Studijs ſublimioribus ad finem perductis, poſtquâm primam increuenti Sacrificij hoſtiam Deo obtulit die 29. Maij 1665. & teneræ juventuti in Eccleſia Regulari Catecheſin tradidit, deinceps Oeconomiæ applicatus, officium *Cellarij* adminiſtravit 1670. In *Procuratorem* 1678. nec non in *Præpoſitum* die 15. Martij 1688. electus, demum Viſitator Monaſteriorum Canonicorum Regularium Ordinis *S. Auguſtini* per Diœceſin Auguſtanam à Reverendiſſimo & Sereniſſimo *Epiſcopo* Auguſtano conſtitutus fuit 1690. 429. *Promotiones.*

Vir mitis ac placidus, antiqui moris, litteris, vitæ & morum innocentiâ præſtans; juſti ac æqui mirè ſtudioſus, frugi Oeconomus, tenerrimæ conſcientiæ, rei malè gerendæ etiam ſuſpicione carens, diverſis belli calamitatibus afflictatus, & variè à *Marte* infeſtatus, emolumentum & ornamentum tamen Monaſterij & templi mirificis acceſſibus promovit. 430. *Virtutes.*

Anno 1688. novo & eleganti Monaſterio poſt mortem ſui Reverendiſſimi Anteceſſoris ultimam manum impoſuit, ac tectum templi cupro obductum impenſis aliquot millium florenorũ reparavit; ſed an. 1703. tempore obſidionis per urbis oppugnatores injectis bombis & globis igneis fædè devaſtatũ, unà cum Monaſterij ædificijs pariter magna ex parte deſtructis, iteratò aliquot millenis florenis inſtauravit. Horreum quoque uno priùs alterove anno noviter extructum, tum verò injectis flammis abſumptum, denuò reædificavit. 431. *Vaſtationes.*

Anno 1689. ſub Comitijs, pro electione & coronatione *Regis Romanorum* Auguſtæ habitis, Eminentiſſimum & Celſiſſimum Principem *Hugonem* Electorem & Archi-Epiſcopum Trevirenſem &c. Monaſterium *S. Crucis* pro hoſpitio atque reſidentia ſeligentem, humaniſſimè excepit, & Eminentiſſimi ac Celſiſſimi Hoſpitis frequenter ad menſam hoſpes eſſe meruit. 432. *Hoſpitalitas.*

Anno 1694. in feſto *S. Bartholomæi* Apoſtoli, ipſo Eccleſiæ Regularis Encœniorum feſto, hujus Eccleſiæ & Monaſterij annum quinquies centeſimum magnâ cum ſolennitate peregit, ſolennitatem Reverendiſſimo ac Sereniſſimo Epiſcopo cum pleriſque Cathedralis Eccleſiæ Reverendiſſimis Canonicis condecorante, nec non Reverendiſſimo Perilluſtri ac Gratioſo *Euſtachio Egolpho L. B. à Weſternach* Suffraganeo rem divinam ad aram agente. 433. *Jubilæum Eccleſiæ.*

434. *Et SS. Sacramenti.* Anno 1699. majore adhuc & longiore, nimirùm octiduana cum solennitate, & ingenti hominum peregrinorum confluxu *Jubilæum* celebravit *S*acratissimi *Miraculosi Sacramenti*, à quingentis annis usque ad hæc tempora in Ecclesia *S. Crucis* sub eadem non immutatâ nec alteratâ specie carnis sanguineâ cum beneficiorum specialium continuâ elargitione perdurantis. Ad hanc solennitatem festiviùs peragendam, *Felix* Præpositus ea, qua potuit, munificentia & magnificentia *DEO Evcharistico*, sub miraculosis speciebus carnis per quingentos annos prodigiosè apparenti, diuturnæ ac clementissimæ conservationis grates persolvit, renovationem templi primò aggressus.

435. *Odeum transfertur.* Quare medium *chorum* sive *odeum*, supra fornicem templi intermedium in sublimi positum, ceu magnum versus aram principem prospectûs obstaculum amovit. *Odeum* ammotum unà cum organo pnevmatico ad posticam templi partem, sedilibus pulchrè fabricatis instructam, & ad chorum à DD. *Canonicis Regularibus* frequentandum, ordinatam, transtulit: renovatis fenestris, expurgato templi atrio: templi facie ablutâ, istud totum capaciore lumine illustrans, aris aliisque ornamentis recipiendis aptum reddidit.

436. *Altare summum.* Nempe novum altare summum ex ligno nuceo usque ad supremum templi fornicem pertingens, assulis affabrè exsculptis ac inauratis obduxit, nec non ad asservandum miraculosum Sacramentum pretioso sanctuario seu tabernaculo id exornavit. Continet autem, extra circumferentiam aureorũ & argenteorum radiorum, tabernaculum pedes 15. in altitudine, & 14. in latitudine. Corpus ejus釋 internè cupreum artificiosè cælatum, & auro profundè oblitum, ac incoctum, externè argenteis laminis stratis crispatisque undique decoravit. Sustentatur locô columnarum à sex aligeris argentejs, una manu locô candelabrorum cornucopiam cum cereo tenentibus. Cultum hunc enumeratum altaris, splendore maximo auget antipendium argenteum anaglyptici operis artificiosissimum.

437. *Altaria lateralia.* Præter altare summum ex ligno nuceo etiam suggestum & duo altaria lateralia, suâ arte & decore altare summum imitantia, posuit. Decem tabulas, ortum progressum & miracula *Christi*, sub visibili sanguinea carnis forma latentis, repræsentantes, scitè pictas & affabrè marginatas, ex utroque latere in choro superiore ante altare summum suspendit.

438. *Tabulæ & pyramides.* Tredecim pyramides, medias inter primùm dictas tabulas, cum affixis argenteis anathematibus votivis adornavit:

navit: nec non cum alijs hujuſcemodi anathematibus pariter argen-
teis aliam tabulam 20. pedum longam, & 12. latam, ad latus ſummi
altaris diſpoſuit. Pro commoditate precantium in eodem anteriore 439. *Meniana.*
choro duo *meniana*, inauratis cancellis præcincta, utrique dextro
lævoque muro inſeruit.

S. Crucis altari argenteo (immortali Sereniſſimi *Wilhelmi Ducis* 440. *Ara S. Crucis.*
Bavariæ monumento) majorem nitorem Aurifabri labore reconci-
liavit, additôque ſumptuoſiſſimo argenteo antipendio, candelabris
& florithecis ex eodem metallo, non tantùm ſpectandum, quàm
admirandum altare iſtud oculis intuentium objecit.

Hierothecam unam purè auream, alteram auro-argenteam, 441. *Sacer ornatus.*
gemmis ac cimelijs diſtinxit; calicem purè aureum adamantibus
circumdatum confici curavit. Paraturam ſeu (ùt vocant) ornatum
integrum, ad officium Pontificale celebrandum, plura pallia ſeu
pluvialia, Dalmaticas, & Caſulas ſeu Sacerdotales amictus, ex au-
ro argentóve textili vel auro phrygiatos, vel ex attalico phrygia acu
ad penicilli æmulationem pictos, comparavit. Multas icones,
florithecas, candelabra argentea, vel argentô pretioſiora; nec non
ſacras Reliquias, laminis vel armarijs lapide pretioſo auro vel ar-
gento turgẽtibus ornatas, in altaribus expoſuit. Aulæis partim ſericis,
partim auro filatis totum templum veſtivit. Juxta aliquot arden-
tes lampades argenteas, per lychnuchos ad parietes, & è templi for-
nice penſiles, magnificè templum illuminavit, in memoriam quin-
que ſæculorum ſeu quingentorum annorum univerſim 500. cereis
ex cera alba unà inter-ſe-rutilantibus.

Præter templum in magnificam formam redactum, & concin- 442. *Figura picta*
nè excultum, ad Jubilæum quinquies ſæculare ſolenniùs celebran-
dum, verſus portam *S. Crucis* ubicam in novi extructi Monaſterij
parietibus externis viginti figuras ovales, hiſtoriam miraculoſi Sacra-
menti exhibentes, pictoríſque penicillo in tela venuſtè adumbratas,
longo tractu protendit, eas adjectis ſcripturis explicavit, nec non
viginti Symbolis cum ſuis lemmatibus ſpectatores ad contemplan-
dum excitavit.

Hæc parietum ornamenta ſuperabant & arte pictoria, & ma- 443. *Emblemata.*
gnitudine, novem ibidem ſecundùm ordinem in latum ſuſpenſa
emblemata, in longitudinis tredecim pedum panno multiplici co-
lore & ingenioſo conceptu efficta, ac Angelicorum Spirituum laudi-
bus ex *Apocal* 17. deſumptis inſcripta, ſicque diſtributa, ut 1. em-
blematis area Superioris ſcuti complecteretur epigraphen BENEDI-
CTIO,

CTIO. 2. emblematis area epigraphen CLARITAS, atque 7. ceterorum emblematum areæ singillatim & divisim decumanis litteris scriptum continerent integrum Canticum Evcharisticum: BENEDICTIO & CLARITAS & SAPIENTIA & GRATIARUM ACTIO HONOR VIRTUS & FORTITUDO DEO NOSTRO IN SÆCULA V. Poëtâ emblematum pictaram tacentem appositis suis carminibus loquentem reddente.

444. *Templi porta.* Ad templi atrium inter flores, frondes, fascias & fructus pensiles portam undiquesecus ambientes, ejus fastigio imposuit scutum cum hac dedicatoria totius sacri apparatûs epigraphe: REGI SÆCULORUM V. IMMORTALI, & SUB VISIBILI SANGUINEA CARNIS FORMA INVISIBILI SOLI DEO HONOR & GLORIA.

445. *Processio & Drama.* Ad processionem verò munificam & magnificentissimam pretiosa vexilla, feretra, labara adornavit: pro Ephebis & Genijs è serico vestes, sagula, & tunicas eleganter concinnavit: mitratos Præsules & Concionatores per octiduum è suggestu perorantes invitavit: Comicum spectaculum in scenam sacram musico dramate produxit: pro omnibus, qui intra octiduum sacra exhomologesi & Evcharistico epulo refecti in *S. Crucis* Ecclesia pias ad DEUM preces fudissent, indulgentias plenarias amplissimas impetravit: nec quidquam ad cultum CHRISTI, sub sanguinea carnis specie in miraculosa hostia per 5. sæcula apparentis, promovendum intermisit. Processionis ordinem & apparatum cælatura æri incisa oculis ad vivum obijcit: eum, cum octiduanis devotionibus Religionis, pietatisque exercitijs, calamô descriptum, exhibet Tractatus sub titulo: *Jubilæum Vindelico-Evcharisticum* characteribus germanicis Monachij anno 1699. expressus.

446. *Infirmitas & Mors.* Verumtamen, cùm *Felix* Præpositus infulæ decus eâ, qua par erat, Religione, eximiáque industriâ, sustineret, anno sui Regiminis vigesimo, & reparatæ salutis 1708. die 7. Januarij post meridiem sub vespertinarum precum cum suo Cubiculario recitatione, ob nimiam animi contentionem, qua pensum horarum Canonicarum persolvere solebat, hemiplexiâ tactus, nec non plerorumque judicio propediem extinguendus, aliquot tamen pòst diebus vires aliquantisper recepit. At plurimis fomentis & medicamentis per 5. menses frustra adhibitis, resignatâ Præpositurâ DEUM solum inquisivit, illique soli servivit, omni patientia corporis infirmitatem, vel in sella gestatoria sedendo, vel in lecto cubando, sufferens, ac terrenis fluxísque

xísque rebus posthabitis, ad permanentia cœli bona aspirans, donec mors prævijs convulsivis motibus concussum, Sacramentis ritè præmunitum, in divinam voluntatem durante infirmitate nunquam non resignatissimum, optimum senem septuagenarium è vivis surripuit die 12. Octobris hora 12. nocturna Anno 1710.

Uno ante mortem anno, Religiosi incolatûs sui quinquagesimo, ac æræ Christianæ 1709. in festo *S. Catharinæ V. M.* Reverendissimus D.D. *Felix* Præpositus suam Sacram professionem non minùs devotè quàm festivè renovans, vota Religiosa secundò juravit. Quamvis autem actus hic Religiosissimus (ob Regulæ & Ordini se mancipantis indispositionem corporis) in conclavi suo privata tantùm solennitate, accomodis tamen cæremonijs, fuerit institutus, nihilominùs celebritatem solennissimam reddidit quatuor Reverendissimorum & Amplissimorum DD. Prælatorum (*Episcopi Amyclani* ac Suffraganei Augustani, *Abbatis* S. Udalrici, *Præpositi* S. Georgij, atque *Præpositi* Wengensis) gratiosa præsentia, carmen *Te Deum*, nec non Missæ officium, sub amœnissimo vocum Musicarum, Tubicinum, Musicorumque instrumentorum concentu decantatum, Reverendissimo D.D. *Augustino*, in Præpositura S. Crucis Præpositi *Felicis* Successore, ad aram operante. 447. *Jubilæum ante mortē.*

Anno 1689.

LEOPOLDUS *Ilsung* Patritius Augustanus, *Maximiliani* Interioris Consilij Augustani Senatoris, ærarij publici Quæstoris, & Ædilis, ac *Annæ Mariæ Imhoff* Filius secundò genitus die 6. Septembris anno 1651. Sacrum ordinem *S. Augustini* Canonicorum Regularium ad *S. Georgium* Augustæ professus 1668. Theologus biennis Dilinganus 1672. Theologus Romanus & ad *S. Apollinarem* quadriennio Alumnus Pontificius 1674. Neomysta 1675. *Româ* Augustâ redux Parochiæ *S. Georgij* Parocho adjunctus 1678. Post ejus obitum ex Adjuncto Parochus 1679. Electus Præpositus die 28. Julij 1689. Vir non solùm natalium claritudine, sed etiam virtute, scientiâ, eruditione & rerum gerendarum dexteritate eximius: Germani cordis, moris, & oris: Regularis disciplinæ, ac culturæ Domûs DEI, Studiosissimus. Agoránomus ingeniosus ac laborosissimus. Gesta nonnulla enarrabo, & in his duntaxat enarrandis labor *Atlantem*, atque virtus demonstrabit *Herculem*. 448. *S. Georgij Præpositus.*

Primo mox regiminis sui anno *Augustam* die 31. Augusti adventantibus Augustissimis *Leopoldo I.* Imperatore, Imperatrice, & Augusto Rege Ungariæ *Josepho I.* &c. &c. è Præpositure conclavibus studiô hospitalitatis exercendæ, migravit, & integrum ædificium 449. *Hospites humanissimè excipit.*

R.mo & Celsissimo S.R.I. *Principi & Abbati Fuldensi* Romanorum Imperatricis Archi-Cancellario &c. à die 14. Januarij usque ad diem 4. Februarij anni 1690. reliquit: pari hospitalitatis amore R.mum D.D. *Abbatem Eclbingensem* excipiens.

450. *S. Supellectilem exornat.* Anno 1690. comparavit argenteis filis & aureis floribus contextam casulam, pluviale, duas dalmaticas, antipendium, velum ad calicem cum bursa ùt vocant *corporalis*: addidit post triennium mitram argentô filatam, colore, ac artificiô prædictis sacris vestibus correspondentem. Altari quoque *S. Crucis* aptavit casulam & antipendium argentô filatum, ac aureis fimbrijs fimbriatum.

451. *Monasterium iñovat.* Eodem anno 1690. Peristylium, pluvijs nivibusque patens, fenestris communivit: duodecim præalta nova scrinia, asservandis Religiosorum vestimentis deputata, prope dormitoriũ collocavit: hortum eradicatis nuceis arboribus, huic loco nocivis, excolere occæpit.

452. *Funus Augustam deducit.* Eodem anno die 16. Aprilis, R.mi ac Celsissimi Principis ac Episcopi *Joannis Christophori* corpus exanime *Dilingâ* advectum, modo parte 1. fol. 450. descriptô, excepit; in umbilico quidem pontis *Vindani*, sed per errorem, *Parochiæ S. Georgianæ* districtu, non tantùm ad pontis *Vindani* umbilicum, ac usque ad Augustani territorij limites, hoc est, usque ad rivum, Hörtenbach/ dictum, se se extendente.

453. *Sacra, litteraria, & alia procurat.* Anno 1691. Statuam B. V. MARIÆ in templo venerationi expositam, & Infantulum CHRISTUM brachio sustinentem, aureis filis contexto vestitu vestivit, & coronis, aurô filatis, artificiosè elaboratis, coronavit. Aliam statuam *S. Josephi*, æquè CHRISTUM Infantulum brachio sustinentem, exsculpi curavit. Bibliothecam novis forulis, fenestralium scaporum commissuris, & 7. iconibus exornavit, ejusque pavimentum marmore Eystettensi stravit: duo conclavia in novo ædificio reformavit: duo conclavia Præposituræ sellis ac picturis instruxit, nec non ad parietes tapetia appendit. Emblema *S. Georgium* repræsentans, adjunctis thesibus Philosophicis, per suum Religiosum Dominum *F. Carolum Merck* R.mo ac Celsissimo S.R.I. Principi & *Abbati Fuldensi* dedicavit, memoriâ gratissimi hujus Hospitis, hîc loci ante annum excepti, occasionem dedicandi præbente.

454. *Templi vetustatem abstergit.* Anno 1692. omnem suam templi vetustatem abstersit: Chorum supra fornicem templi intermedium, in sublimi positum, ceu magnum versus aram principem prospectûs obstaculum, dejecto fornice ad pavimentum transtulit, eum ferreis clathris communivit, &

& clathra cortinis obduxit. Aram principem (reservata icone famosissimi *Kageri* penicillô pictâ) ex ligno nuceo eduxit: ibidem nova subsellia æquè ex ligno nuceo scitè elaborata constituit: pavimentum templi amotis lateritijs lapidibus marmore Eystettensi stravit: duas prothyrides erexit: quatuor picturis, *S. Georgij* vitam exhibentibus, jam in choro suspensis, alias quatuor, *S. Georgij* martyrium repræsentantes, adjunxit: gradus & januas Ecclesiæ sublato incommodo pro majori commodo ordinavit: in superiore postica templi parte odéum, pro magno pnevmatico organo & Phonascorum statione, cum oblonga è dormitorio ad idem odéum pergulâ, extruxit: infrà odéum parieti magnam & rotundam fenestram inseruit: aras, principem, *S. Crucis & S. Josephi*, ad observandam symmetriam, variè dispositas, & translatas, consecrari procuravit, R.mo Illustrissimo *Joanne Eustachio Egolpho L. B. à Westernach &c.* manus consecrationis adhibente.

Anno 1693. Hypocaustum recreationibus deputatum, reservato laqueari, ampliatum, coronis contabulatum, lucidiùs fenestratum, picturis exornatum, peristromatibus condecoratum, & vestibulo adjacenti complanatum, prorsus immutavit. Tectum imbricatum, dormitorio versus meridiem incumbens, amovit, in ejus locum museum, pro 14. Religiosis loculatum, substituit, & aquam pluviam, è tecto in collicias labentem, per cuprea incilia in hortum direxit, inibi in impluvium, 20. pedum profundum & 6. pedum latum, commodè emmittendam. 455. *Ædificia ornatè immutat.*

Eodem anno 1693. Jus mitræ & baculi pro se & suis Successoribus in perpetuum *Româ* impetravit; unde, comparatâ pretiosâ mitra & baculo pastorali, in ipsa festivitate *S. Leopoldo* sacrâ, assistentibus R.mo D.D. Abbate *S. Udalrici* & R.mo D.D. Præposito ad *S. Crucem* mitratam consecrationem accepit, R.mo D.D. *Eustachio Egolpho L. B. à Westernach* Episcopo Dioclensi &c. &c. ritum per quàm solennem peragente. Pridie celebritatis *Leopoldus* Præpositus largam eleëomosynam frumentariam in pauperes distribuit. Finitâ consecratione R.mos DD. *Canonicos* Ecclesiæ Cathedralis, Prænobiles DD. Interioris Senatûs *Patritios*, suosque Prænobiles DD. *Consanguineos* ac *Affines* ad dapsile convivium invitavit, Reverendis in Christo Filijs suum Reverendissimum & Gratiosum Patrem & Præpositum argenteô, canthârô, duobus poculis, & thecâ mensariâ, omnibus ad mensam utensilibus instructâ, honorantibus. 456. *Mitram impetrat.*

457. *Hypogeum condit.* Eodem anno 1693. ante summum templi altare hypogeum struxit, Præpositorum post mortem conditorium, marmoreumque lapidem ei imposuit, isthac epigraphe signatum:

Conditorium Præpositorum S. Georgij,
à
Leopoldo
Ex Prænobili Ilsungorum Prasapiâ
Augustæ progenito,
Primo
Hujus Monasterij Infulato
Prælato,
Sub Renovatione Templi, Chori, Altaris,
constructum,
Anno Domini M. DC. XCIII. ætat. XLI.
regim. IV.

Insi-Ognia. InsiOgnia.

458. *Profana & sacra ordinat.* Anno 1694. æditui domum ampliavit: nudam peristylij aream in viridarium digessit: præstanti paratura, seu (ùt vocant,) ornatu, ex aureis filis contexto, sacrum gazophylacium locupletavit, nimirum clausulâ, duobus pluvialibus, duabus dalmaticis, antipendio, gremiali, Bursa corporalis, velô ad calicem, cusinô pro missali, & duabus mitris una simplici & altera phrygiatâ. Prætereà in processione festi *Corporis Christi* præferendum suis Religiosis fieri curavit *Christum* ex solido argento, de cruce (politurâ nigrâ imbutâ, & velô novô ornatâ) pendentem, inter duo vexilla, ex argenteis filis contexta, portandum.

459. *Piscinam effodit.* Anno 1695. Piscinam in Stadt Bergen/ effodit, & supra aram *S. Crucis* statuas duorum Angelorum, *Christi* Crucifixi, ac *B. V. Matris dolorosæ*, sub cruce stantis, elaborari jussit.

460. *Organum ponit.* Anno 1696. In odéo superioris posticæ templi lateris, organum magnum Musicum posuit, & apud PP. Societatis JESU Theses Philosophicas, æri cum emblemate incisas, publicæ Disputationi exponendas RR. D.nis Fratr. *Ludovico Panzau*, ac *Francisco Daffinger* defendentibus indulsit. Posthàc R. D. *Franciscum Daffinger* ad Collegi-

legium *S. Apollinaris Romam* misit, altioribus studijs probè imbutum primùm post quinquennium *Augustam* revocans.

Anno 1697. Sex Statuas hinc inde in templo dispofuit. Duas argenteas lampades unam ad iconem *S. Joachimi*, alteram ad iconem *S. Annæ* sufpendendas, dono accepit. In Conventûs horto fontem transmutavit, difficultate magna, hauriendi aquam, sublatâ. 461. *Templi & alia ornamenta.*

Anno 1698. Templi latera utrinque latiùs eduxit, &, amoto tabulatô ligneo, lapideas concamerationes fubstituit: ejus portam antepagmentis & anconibus ligneis, Vernice feu gummi juniperino oblinitis, exornavit. In choro fex lignea meniana cancellata, & in antedicto odéo cancellos ordinavit. Septem tabulas, vitam *S. Augustini* repræfentantes, hinc inde in templo fufpendit. Aræ principi, ante fexennium à fe erectæ, aligeros, duas columnas, aliáque ornamenta, à fcriniario & statuario confecta, appofuit. 462. *Processiones comitatur.*

Eodem Anno 1698. Solennem quatuor *SS. Augustanorum Episcoporum &c.* translationem, ab Udalricianis Benedictinis institutam, fuâ præfentiâ mitratus, & medius inter Diaconum & Subdiaconum cum fuo RR. DD. Canonicorum Capitulo condecoravit, currumque cum 4. equis phaleratis, gallico more junctis, fplendidè apparavit. Deîn anno 1699. propter annum quinquies fecularem miraculofi Sacramenti, â DD. Canonicis Regularibus ad *S. Crucem* folenniffimè institutum, *Leopoldus* Præpofitus cum fui Monasterij Religiofis fuâ præfentiâ condecoravit: ordine tamen apud priorem translationis folennitatem obfervatô, nonnihil immutatô. 463. *Ædificia & Studia promovet.*

Item eodem anno in fua Prælatura, in Refectorio, & in Arce *Englishofen* quædam instauravit: nec non R. Domino *F. Joanni Baptistæ Dürr*, apud PP. Societatis JESU Augustæ Thefes Philofophicas, nobili emblemati fubjunctas, publicè defendere, conceffit. Deîn R. Dominum *F. Defendentem* ad Univerfitatem *Dilinganam* destinans, pro quadriennio studio Theologico abfolvendo expenfas fubministravit: attamen *Marte* Gallico publicam thefium Theologicarum defenfionem, jam jam præparatam, impediente. 464. *Pium legatum applicat.*

Eodem 1699. *Leopoldus* Præpofitus accepit legatum centum florenorum pro cereis, certis temporibus ante statuas *SS. Joachim & Annæ* accendendis. Item catenulam auream, coronæ argenteæ, factitijs gemmis distinctæ, & SS. Evchariftiæ receptaculo feu Ciborio imponendæ, applicandam.

465. *Cæremoniale scribit.* Eodem anno, operi triennali, nimirum *cæremoniali*, ex missali, Breviario, & varijs Authoribus maxima cum industria collecto, & ad cæremonias, in suo Monasterio constanter ac regulariter observandas, destinato, ultimam manum imposuit.

466. *Horologium & organum dirigit.* Annô 1700. novum Conventûs horologium rotatum cum indice, horas & horarum quadrantes in quatuor diversis ædificijs designante, atque cum campanulis per templum, dormitorium &c. sonantibus, confici curavit. Veteri organô pnevmatico (positivum vocant) inferioris chori, admodulationi organicæ nunquam diu respondente, dissolutô, opus perito Organopæo concredidit, ac additis tribus novis follibus innovavit, sicque prædictum organum perfectæ constructioni harmonicæ reddidit.

467. *Architectatur.* Novum fornicem in sacello *S. Josephi* retrò altare *S. Augustini* unà cum pergula perfecit. In pium legatum pro 7. Sacris, annuatim dicendis, sibi oblatum consensit.

468. *Sepulchrum exstruit.* Anno 1701. ad sacrum Parasceves diem pro *Servatore* nostro elegans sepulchrum construxit. Statuam *B. V. Mariæ & Christum* infantulum coronâ argenteâ inauratâ, ac gemmis factitijs vermiculatâ, coronavit.

469. *Concionatorem privilegiatum obtinet.* Pro suæ Ecclesiæ *S. Georgij* cathedra Concionatorem Ordinis *S. Francisci* de observantia, omnibus privilegijs aliorum Concionatorum dicti S. Ordinis gaudentem, obtinuit, promissa tamen largiore, quàm aliàs usus ferebat, eleëosynâ.

470. *Opus Geographicum absolvit.* Arduum opus triennale Geographicum, nimirum circumscriptionem & partitionem limitum & terminorum, omnium Monasterij bonorum aliorumque conterminantium, absolvit.

471. *Ædificium Conventûs inchoatum impeditur.* Anno 1702. pro ædificio, in Conventûs horto ponè parietem die 22. Februarij, & pro ædificio Conventûs magno die 8. Aprilis, primum lapidem posuit. Illud die 10. Novembris integrè absolvit: istud quoque ad integram perfectionem intra biennium perduxisset, nisi *Mars* muris & omni operi murali moras indixisset. Verùm anno 1703. die 4. Septembris Generalis Bavaricæ militiæ cum valida manu fixis prope pagum *Haustetten* castris Augustanam urbem hactenus indifferentem sibi dedi postulavit. Die 5. Septembris post meridiem Archistrategus *Marchio Badensis* cum exercitu Cæsareô per viam Regiam, *Elector Bavariæ* cum Gallo-Bavarico exercitu ex monte arenoso descendens, *Augustam* circumfluxit: Ille relicto *Au-*

gustæ præsidio recedens, Hic æquè regressus, sed post porfligatum die 20. Septembris Generalem *Styrum* iteratò *Augustam* (non obstante præsidio Cæsareo) movens, die 5. Decembris urbem circumvallavit, die 8. ejusdem mensis noctu iginibus missilibus globísque incendiarijs infestavit, eamque die 16. Decembris ingressus, occupavit: sicque sæviente *Marte* magnum Conventûs ædificium quievit usque ad abitum exercitûs Gallici anno 1704. die 7. Augusti, & Gallici etiam præsidij die 16. Augusti, inopinatè maturatum. Quare *Leopoldus* Præpositus à mense Septembri 1703. usque ad mensem Augusti 1704. non mitiûs ac alij Prælati Regulares Augustani militibus hybernantibus, contributionibus (pro redimendis solummodò campanis, 500. florenorum exactionibus) alijsque gravaminibus pressus, pati, non agere didicit. Voto tamen *S. Georgio* Monasterij *Tutelari* nuncupato, de jejunio in Vigilia hujatis *S. Tutelaris* servandô, Monasterij ædificia, licèt satis periculosæ ruinæ exposita, absque illato gravi damno conservavit: nonnemine etiam civium Parochianorum, 500. florenos legando, expensas campanarum resarciente.

Anno 1705. LEOPOLDUS Præpositus à militari hospite liber suum magnum *Conventûs* ædificium tristegum non solùm internè & externè penitùs absolvit, sed etiam Religiosorum cubicula cum coronis & loricationibus contabulavit, omnia æqualiter lecticis, genualibus, subsellijs, cistis cum quatuor valvulis, gummi juniperino seu vernice oblinitis, instruxit, aliaque habitationis Religiosæ decentiam concernentia, condecenter & condecorè ordinavit. 472. *Marte abituriente absolvit.*

Insuper eodem anno, ad curiositatem vicinorum civium, in hortum *Conventûs* inspicientium, avertendam, versus domos civicas murum tredecim arcuum eduxit, & arcubus columellas cum globis anno 1709. imposuit, sicque Xystum exstruxit, tempestate pluviosa vel ambulantibus, vel ad metam iaculantibus accomodatum. 473. *Xystum educit.*

Anno 1706. *Leopoldus* Præpositus à Domicellis Anglici instituti, fabricationem animô volventibus, rogatus, quatenus Agoránomus peritissimus directionem & curam fabricationis in se susciperet: rogantium precibus annuit, S. *Capellam* elegantem cum ædificio sat amplo ad necessitatem, utilitatem & decorem expensis adeo 474. *Fabricationem in se suscipit.*

adeô tolerabilibus conſtruxit, ut pretioſâ mitrâ aurô phrigiatâ, & gemmis affabrè factitijs exornatâ, fuerit honoratus: attamen *Leopoldus* Præpoſitus honorẽ honore (picturam adCapellæ aram principem donando) compenſavit, *picturâ quatuor orbis partes Cor JESU adorantes repræſentante.* Attamen notandum, quòd aræ hujus pictura ſit translata & alia ejus locô 1710. ſubſtituta, margine reſervatô.

475. *Campanam refundit.* Eodem anno 1706. campanam refundi curavit, nec non magnum *Chriſti Crucifixi* ſimulachrum cum *B. Matre* doloroſa, ſub *Chriſto* crucifixo ſtante, in capella *S. Joſephi* retrò altare *S. Auguſtini* pro ara ponenda collocavit.

476. *Cor JEſu honorat.* Anno 1707. emblema æri inciſum & quatuor orbis partes cor JESU adorantes, ſeu prædictam aram repræſentantes, adjunctis theſibus Philoſophicis, per ſuum Religioſum D. F. *Joannem Michaëlem Heißler* Diviniſſimo cordi JESU dedicavit, nec non R. D. Fratrem defendentem *Dilingam* ad ſtudia Theologica frequentanda deſtinavit. Locô hujus alium Dominum Phyſices Studioſum *Ignatium Seefelder Landſpergenſem*, poſt theſes ex Phyſica *Auguſtæ* in diſputatione publica propugnatas, ſuſcepit; poſthàc in feſto *S. Leopoldi* habitu Ordinis ſacri veſtitum, & anno 1708. in feſto *S. Catharinæ* profeſſum, ſuo Religioſo cœtui incorporavit: memoratum autem R. D. Fratrem *Joannem Michaëlem Heisler* poſt abſolutum quadriennẽ *Dilinganum* SS. Theologiæ ſtudium, ac Theſes in libro cum inſigni frontiſpicio, *S. Auguſtinum* à vulnere *Chriſti* paſtum, & ab ubere immaculatæ *Virginis Matris* lactatum exhibente, publicè defenſas, domum revocavit.

477. *Tabernaculum collocat.* Eodem anno 1707. in altari principe ſacrarium, ſeu tabernaculum (ſcriniarij, ſtatuarij, & pictoris opus ad 400. fl. excurrens) confici curavit.

477. *Debitum expungit, & Prælatis aſſiſtit.* Anno 1708. Debitum trium millium florenorum, quos ad conſtruenda ædificia à Monaſterio Auguſtano ad *S. Crucem* mutuaverat, ante biennium jam ex parte ſolutum, currente anno penitùs expunxit, atque eodem anno electioni Reverendiſſimi D. D. Præpoſiti ad *S. Crucem* die 26. Junij quà Scrutator interfuit, nec non Neo-Electo in ſolenni benedictione aſtitit. Parem aſſiſtentiam exhibuit in actu ſolenni Infulationis Reverendiſſimo D. D. *Joanni Adamo Nieberlein*, SS. Theologiæ Doctori, Epiſcopo Dioclenſi

cleni ſi & Suffraganeo Eyſtetrenſi die 29. Aprilis anno 1708. Reverendiſſimo D.D. *Wilibaldo Popp* Abbati ad *S. Udalricum* anno 1694. Reverendiſſimo D.D. Præpoſito Pollingano *Alberto Oswald*, Dominicâ poſt Nativitatem B. V. MARIÆ anno 1701. Reverendiſſimo D.D. Præpoſito Wettenhuſano *Bartholomæo Koppenberger* anno 1704.

Eodem anno 1708. *Leopoldus* Præpoſitus hypocauſtum parvum ponè Capellam Prælaturæ, pro exercitijs ſpiritualibus peragendis aptiſſimum, ultimò perficit, nec non juxta hypocauſtum majus extra clauſuram, pro veſtibus lineis commodè aſſervandis, locum inſtruit. 479. *Hypocauſto & Veſtiario ultimam manum imponit.*

Eodem anno 1708. Agrorum 36. jugera, circa Urbem ſita, atque jam ultra 100. annos varijs conductoribus pro annua penſione locata, per contractum emphyteuſeos (determinatâ iterum annua penſione) transtulit in Emphyteutam *D. Chriſtianum Holeiſen* R. A. Monetarium: omnibus circumſtantijs conſideratis, aliorúmque conſilijs adhibitis, prudenter ponderans, majori cum ſecuritate, quiete, & utilitate Monaſterij ſui agrorum dominium utile (reſervato dominio directo) transferri, quàm proprio ære ac labore agros coli, vel etiam locari. 480. *Emphyteutā conſtituit.*

Anno 1709. Sacriſtiam ditavit ſex tabulis, ſeu ſex SS. Reliquiarum armarijs, argenteis parergis non invenuſtè decoratis: ſex caſulis ſeu amictibus Sacerdotalibus; quinque antipendijs, alijsq; altarium ornamentis, nec non Sacerdotum celebrantium, atque Miniſtrorum, in ſolenni officio ad aram ſub mitra operanti aſſiſtentium, veſtimentis, non minùs ſumptuoſis, quàm pretioſis. 481. *Sacrarium locupletat.*

Eodem anno 1709. die 24. Februarij à *Leopoldo* Præpoſito ex commendatione Reverendiſſimi ac Gratioſi D.D. *Suffraganei Eyſtettenſis &c.* in hoſpitium receptus eſt Reverendiſſimus ac Perilluſtris D.D. L. B. de *Franckenſtein*, pro hectica, qua laborabat, curanda *Auguſtam* profectus. Aſt, cùm malum jam invaluiſſet, ſerò medicina parabatur. Unde propediem die 30. Martij circa medium horæ ſeptimæ matutinæ vitâ exutus, feria II. Paſchæ ante aram *S. Joſephi* in templo *S. Georgij* ſepultus, nec non poſt depoſitionis funeralia, parentalia ſeptendialia, & trigintadialia ſolenniter celebrata, huiate epitaphio honoratus eſt. 482. *Infirmum hoſpitio recipit & mortuum ſepelit.*

483. Epitaphium.

Viator siste,

Franckenstein. *Ne florem conteras,* Breittbach.

Juventæ flos hîc jacet

Reverendissimus Perillustris

ac Generosissimus Dominus Dominus

Carolus Ludovicus Josephus

L. B. de Franckenstein Dominus in Ockstadt

Ecclesiæ Cathedralis Eüstadianæ

Canonicus.

Septemdecim numera- vit annos, plures nù-
merare Phtysica inhi- buit febris, auram
quidem Eüstadianam cum Augustana per-
mutavit, ut spiraret meliùs: spiravit ergò
paululum Augustæ, sed angustè triginta
dies, exspiravit Sab- bato Sancto: Hoc
cur tandem? nempe ut flos iste brevî resur-
genti Servatori suo bonus odor esset.

Insignia.

Tu viator, si florem hunc nobilem Lilium fuisse
credis, non aberras, sic candor animi, sic no-
ta Ipsius jubet credere Innocentia:
si rosam dicis, tu precibus tuis
spinas frange, & æternam
Illi donabis Re-
quiem.

Eppe. Layen.

M DCC IX.

Eodem anno 1709. die 10. Novembris, Dominicâ festum S.Martini antecedente, Admodùm R.D. *Franciscus Faber* Augustanus, 34. annis Decanus meritissimus, & *Georgianus* Religiosus quinquagenarius publicè ante aram templi principem sua Religionis vota renovabat, nec non D. *Antonius Fyrleger* Kypfenburgensis Eystettensis, Studiosus Philosophiæ absolutus, sacrum Ordinis habitum suscipiebat, *Leopoldo* Præposito sacrum habitum conferente, atque sui *D. Decani Francisci* Jubilæum honorificentissimè celebrante. Hic D. *Antonius* posteriore anno, die 11. Novembris *S. Martino* sacrâ, in vota Religionis juravit, *Leopoldo* Præposito eodem in actu habitu Religioso D. *Josephum Kuen* Rottvvillanum investiente. 484. *Jubilæum celebrat.*

Anno 1710. *Leopoldus* Præpositus ab infirmaria, anno 1702. constructâ, structuram continuavit, se extendentem usque ad domos civicas. Stat ædificium istud versus hortum *Conventûs* innixum columnis: comprehendit pro D. Hospite hypocaustum, cubiculum, & vestibulum, ac pro famulo separatum cubiculum. 485. *Ædificia.*

Eodem anno 1710. *Tabernaculum*, nigrâ politurâ imbutum, in ara primissariæ tempore festivitatum principaliorum exponendum, antea ligneis tantùm nunc deargentatis laminis decoratum, argento, multóque inaurato cupro splendens confecit: nec non prædium in *Gersthofen* acquisivit, factâ permuratione cum quibusdam bonis, in *Leittershofen & Pfersen* sitis. 486. *Exornat, & bona permutat.*

Anno 1711. die 15. Novembris *Leopoldus* Præpositus ad solenne trium Religionis votorum juramentum R. D. *Josephum Kuen*, admisit, anteà die 27. Septembris, dominicâ, festum *Michaëlis* antecedente, habitu Ordinis Canonicorum Regularium investiens Perillustrem D. *Wolfgangum Zech* L. B. à Deübach. 487. *Professio & habitûs susceptio.*

Ceterùm Prælaturæ & hospitum conclavia interno ornatu hactenus non minùs honestè quàm venustè expolita modò externum etiam exigebant decorem. Hinc *Leopoldus* anno 1711. amotis antiquis, sibi improportionatis fenestris, 16. novas unà cum novis jugamentis utrique ædificio distributè & partitè ad symmetriam adaptavit, nec non supra veterem murum, novum 3 pedibus altum struxit, debitam cum pariete ædificij *Conventûs* proportionem efficiendô. Insuper ad normam & modum meniani, quod in Prælatura conspicitur, aliud majori hospitum conclavi adstruxit, scalis chocleatis dirutis, & quibusdam tenebricosis ac squalidis structuris in lucidas permutatis. 488. *Ædificia externa.*

489. *Pictura.* Viginti quoque tabulas, septem longitudinis, & trium pedum latitudinis, passionem Christi exhibentes, & à præcipuis Catholicis artificibus Augustanis pictis, in peristylio, jam antehàc à se renovatô, circulatim disposuit, atque etiamnum pro aris & focis strenuè operans, laboribus suis necdum *metas vel limina ponit.*

490. *Laus specialis.* Verumtamen epiphonematis locô non videtur involvendum silentiô, quòd *Leopoldus* Præpositus tot & tanta ædificia vel excitaverit, vel instauraverit: Religiosorum numerum auxerit: eorum non minùs necessitatibus quàm commoditatibus paternè providerit: studia magnis sumptibus promoverit: tam magnifica ornamenta & Ecclesiæ & Monasterij, aliàs non prædivitis, impensô pretiô paraverit: nihilominùs nullum contraxerit debitum, sed sua curâ impensior factus sit, non mutuata pecuniâ fulgens, at mutuum aurum & argentum alijs dare potens. Vivat!

Majores majora canent, me magna loquente.

Anno 1690. 491. *Decanus & Locumtenens.* JOANNES CHRISTOPHORUS à *Trestendorff*, *Adami*, Reipublicæ Augustanæ Senatoris, & *Annæ Luciæ Sgrafferin de Manschein* Filius: *Augustæ* conceptus: sub Suecico Marte, Matre in *Tyrolim* fugiente, *Halæ* die 23. Julij 1635. natus, ab infantia autem *Augustæ* educatus: post altiora studia *Romæ* octo annis frequentata, ibidem die 16. Januarij 1661. SS. Theologiæ Doctor creatus: Protonotariatu Apostolico die 19. Julij 1667. honoratus: *Principalis* & exemptæ Ecclesiæ Elvacensis Canonicatum die 20. Martij 1660. consecutus est. Deìn Capitularis die 30. Septemb. 1664. factus: ad *Summi Custodis* officium die 25. Augusti 1666. evectus: *Decanus*, ac Reverendissimi & Serenissimi Principis *Præpositi Elvacensis &c.* Consiliarius intimus, nec non *Locumtenens* die 10. Aprilis 1690. constitutus: demum die 3. Decembris 1696. fatis concessit. Vir humaniorum severiorúmq; scientiarum cultissimus: virorum doctorũ amore flagrantissimus: morum integritate vix comparabili ornatus. In delitijs præcipuè Religiosos habuit, ac Sacrorum Ordinum hospitibus miro affectu inserviri jussit, ceteroquin in victu frugalis & modicus. Juri & justitiæ protegendæ assiduam curam adhibuit, nec non pietatem in pauperes ac infirmos studiosissimè coluit: omnibus ordinum & conditionum hominibus charissimus. Utramque fortunam pari animô excepit; ita quidem prosperam, ut etiam provocaret adversam; ita verò adversam, ut non nisi dignum se redderet prosperrimæ, nullis non efferẽdus laudibus. Verùm multis

pro DEO & communi bono laboribus defatigatus, viribúsque fractus, priùs vivendi, quàm bene de omnibus merendi, finem fecit, saniore corporis complexione, atque longiori vitâ dignissimus, nisi melior ipsum assumpsisset. Epitaphium à viro erudito scriptum, ejúsque vitæ epitomen complectens, in *SS. Petri & Pauli* Sacello *Elvaci* positum tale legitur.

Sta Viator. 492.
Hic jacet Reverendissimus Dominus *Epitaphium*
Joannes Christophorus à Trestendorff,
Quem Halæ in Tyroli natum
Roma
Ejus ingenio par locus
SS. Theologiæ Doctorem Elvaco indulsit,
ubi mirus virtutum, & scientiarum Custos,
mox in Supremum Custodem,
Deinde cum suis lacrymis, & aliorum gaudio
in Decanum & Locumtenentem
feliciter electus.
Ecclesiæ & Curiæ grande Columen
Religiosorum Mæcenas, pauperum Pater,
Illustris ægro semper corpore Patientiæ
Exemplum exstitit.
Nil mortale gerens, nisi quòd SATIS vixerit
Ipso S. Francisci Xaverij festo
III. Decembris anno M. DC. XCVII. ætat. LXII.
Amplius in Cœlo recepturus.
Requiescat in pace, Amen.

FRANCISCUS ANTONIUS *L. B. de Imhoff* Augustanus, Anno
Præpositus *S. Petri* Augustæ 1696. Vir elegantis corporis, faciei 1696.
lætæ, & hilaris, expeditæ facundiæ, litterarum avidus, Linguæ 493.
Italicæ, Hispanicæ, ac Gallicæ doctus, Jurisconsultus celeberrimus, *Præpositus*
atque omni doctrina politâ præclarus: in causis ad *Curiam Roma-* *S. Petri*
nam spectantibus magnoperè versatus, Summi Pontificis Reverentissimus: justitiæ cultor sedulus & severus; nihilominùs summâ morum facilitate ornatus: erga omnes officiosus, hospitalitatis laude celebratissimus: in Ecclesiam Parochialem pagi *Lamatingen* muni-

ficus, suggestum ibi Concionatorium, scrinario & pictorio opere scitè ac venustè elaboratum, poni curavit, insignibus gentilitijs Illustrissimæ suæ Prosapiæ suggestui affixis munificentiam prædicantibus. Vivat!

Anno 1697. 494. *Decanus & Locumtenens Elvacensis.* IGNATIUS DESIDERIUS *à Peütingen*, Patritius Augustanus die 13. Martij 1641. baptizatus, ad *Christophorum Patruum* suum pro *Sacra Cæsarea Majestate*, & inclyta *Natione Germaniæ* Sacræ Romanæ Rotæ *Auditorem* anno 1649. *Romam* missus est, ubi adolescentiam bonis artibus erudiens, postmodùm Philosophiæ ac Juris utriúsque studijs, ex utroque Jure Doctoratûs lauream accepit: priùs *Alexandro VII.* Summo Pontifici ex Juris prudentia, & *Flavio Chisio* Ejus Nepoti ex Philosophia, theses publicas dedicans. Mortuo Reverendissimo suo Domino *Patruo*, ab altè dicto *Alexandro VII.* Papa, Cathedralis Ecclesiæ *Constantiensis* Canonicatum anno 1656. obtinuit: hoc autem Canonicatu dimisso, anno 1666 die 9. Novembris Principalis Ecclesiæ *Elvacensis* Canonicatum est adeptus: ad *Scholasteriam* anno 1677. die 5. Octobris promotus, & demum ad *Decanatûs* dignitatem anno 1697. die 22. Januarij electus.

495. *Encomio honoratus.* Vir erga advenas hospitalis, ipsemet in victu, cultu, & vultu tenuis, glacialem hyemem, torridam æstatem, aspera & plana juxtà habens. Effusâ, attamen tacitâ, liberalitate in pauperes insignis. *Viris* Summis ac imis probatissimus, præcipuè *Alexandro VIII.* Summo Pontifici olim charissimus. In consuetudinibus *Romanæ Curiæ*, & usu tractandarum rerum in *Italiâ*, experientiâ singulari præditus. Arduis pro *Elvacensi* Ecclesia ac universa Republica Christiana tuenda & propaganda negotijs jugiter intentus. Grassantibus paucis ab hinc annis ad *Danubium* hostibus, & ad multorum millium florenorum *Elvaco* exactiones, vi extorquendas imponentibus, nec non binâ vice in ipsam fermè Urbem irrumpentibus, Reverendissimus ac Gratiosus D.D. *Locumtenens* nec pedem *Elvacô* extulit, stetit ceu murus ahenus, omnis terroris expers, inter oves *Pastor* fidissimus: inter alias quoque funesti *Martis* calamitates *Locumtenens* constantissimus, pro conservatis subditis coronam civicam promeritus. Labente adhuc senili ætate non minùs à totius Litteraturæ cumulô, & ab imitabili statûs Clericalis exemplô, quàm ab assiduis actuosæ vitæ laboribus, & à prudentiæ quasi implantatæ gloriâ percelebris, honorificentissimum sui *Decanatûs & Locumtenentis* munus magno etiamnum implet nomine, majori virtute, maximâ famæ celebritate, *Urbis Augustanæ*, in qua natus, honor: *Urbis Romanæ*, in qua educatus,

catus, decor: *Patritiæ Augustanæ Gentis* splendor: universorum *Suevorum* ornamentum. Perrennet!

COELESTINUS *Rieder*, Augustæ anno 1670. natus: in celeberrimo ac Imperiali Monasterio *Elchingensi* 1688. sacrum ordinem Benedictinum professus: ex Philosophiæ & SS. Theologiæ Professore emerito meritissimus Abbas 1706. electus. Præsul integerrimus, mansuetus, ingeniô multùm suavissimo à DEO donatus, superbis tantùm infestus, vitam à suis Religiosis exhibendam, in se priùs vivô affatim exprimit exemplô, utpote à Religione pijssimus, à scientijs subtilissimus, à rebus gerendis prudentissimus, talem se omnibus probans, ut Eum *Ascetæ* agnoscant verum Religionis exemplar, *viri docti* Mæcenatem, *egentes* optimum Patrem. Ast parco modestissimi D.D. Abbatis pudori, ne pluribus, (etiam solummodò strictim) referendis, innatam humilitatem ac modestiam illius offendam. Exopto autem animitùs, ut Anno. 1706. 496. *Abbas Elchingensis.*

Iliacos æquare senes, aut vincere possit.

Denique post Abbatiales superatos labores, & comparatas virtutum opes, NUMEN Cœleste *Cœlestinum* ad Cœlestes cœli Incolas evehat, bonisque cœlestibus muneret æternùm duraturis.

AUGUSTINUS *Imhoff* Patre *Raymundo*, Reipublicæ Augustanæ Senatore & Ædili, Matre *Margaretha Remboldin* anno 1658. die 19. Novembris natus, ac lustratus sacro fonte *Onuphrius* est nominatus. Absolutis *Augustæ* studijs humanioribus, & ibidem in celeberrimo *S. Crucis* Monasterio canonem Canonicorum Regularium Ordinis *S. Augustini* Tyro Religionis amplexus, solennibus tribus votis se adstrinxit, in sacra Professione *Augustinus* nominatus anno 1676. die 27. Septembris. Emissa Religiosa professione, *Augustæ* apud Patres *Soc. JEsu* scientiâ Philosophica apprimè imbutus, & anno 1678. mense Septembri Romam ad Collegium *S. Apollinaris* missus, in *Italia* SS. Theologiæ studio post quadriennium magna cum laude finem imposuit. Inde domum reversus anno 1682. die 27. Decembris primum Sacrificium incuruentum Immortali DEO litavit. 1708. 497. *Præpositus S. Crucis.*

Deinceps varia munera obijt: Catechesi juventam rudiorem erudivit, Theologia Scholastica domesticos Religiosos instruxit, sacræ supellectilis Thesaurarium egit, Parochiam administravit, atque recensitis hactenus officijs laudabilissimè perfunctus, anno 1694. die 17. Septembris Novitiorum Magister constitutus, nec non DD. Canonicorum Capitularium votis canonicis in Decanum electus, denique *Præpositus* renunciatur die 26. Junij 1708. 498. *Ejus officia*

Vir

499. *Praeclara gesta praeterita.* Vir examussim optimus, Patricia nobilitate clarus, pietate, doctrinâ, civilitate, authoritate, & morum gravitate clarissimus, fœcundus ingeniô, facundus eloquiô, celeber calamô: in propagatione devotionis erga *miraculosum Sacramentum* summè industrius, cultui *Mariano* addictissimus, Calendarium Marianum *Francisci Marchese* ex idiomate Italico in Germanum transtulit, hoc ipsum nobile opus, nec non tractatum sub titulo: *Jubilæum Vindelico Evcharisticum*, & quædam alia proprio marte inventa & scripta typo eddidit. Panegyricos festivissimos in varijs Ecclesijs è sacro suggestu facundissimè dixit: subtilissima & plurima poëmata excogitavit, eáque mira in diversis occasionibus picturarum atque inscriptionum varietate repræsentavit. Pretiosos Arcus triumphales, nec non venustissima pegmata erexit: excultissimis Emblematibus ad *S. Hostiam* miraculosam (à quingentis annis sub specie carnis sanguineâ, nunquam alteratam) devotè & ingeniosè allusit: lectissima Comica spectacula in scenam produxit: Processiones munificas & magnificentissimas adornavit: Cœlaturas pulcherrimas æri incisas oculis intuentium objecit: Ea quoque omnia à *num.* 434, usque ad *num.* 445. adducta à Reverendissimo D. D. *Felice* Præposito *S. Crucis* fuerunt quidem opere completa, attamen ab *Augustino* illâ adhuc ætate *Decano* ingeniosissimo & meritissimo fuerunt vel inventa, vel directa.

500. *Et præsentia.* *Præpositus* electus, quanto cum virtutis ac doctrinæ splendore impræsentiarum suam illustret Regularem Ecclesiam, loquuntur officia ante adeptam Præposituram laudabilissimo cum encomio exantlata, me conticente: solers œconomiæ studium commendant jam empta præsenti ære prædia an der Laiten/ (ùt vocari solet) sita, & perutile Regimen, mea commendatione non indigum. Unde, quia Reverendissimus D. D. *Augustinus* dignissimus omni honore, longissimè autem ab honorũ cupiditate distat, ejúsque expressum mandatum, sua laudanda minimùm laudare, mihi obstat, ne animum demississimum exulcerem, premo calamum, & sisto plura conantem; egregia ejus gesta particularia quà *Præpositi* non enarrandô, sed ex ijs imposterum egregiè gerenda augurandô.

501. *Votum Authoris.* Interim immensam DEI bonitatem enixissimè precor & obtestor, ut Reverendissimi D. D. *Augustini* vitam, felix regimen, in constanti felicitate providè custodiat, contra quævis imminentia mala præservationis clypeô præmuniat, donec flores optatissimos proferat, nec non uberrimos prosperitatis fructus pariat. Denique post Saturnia sæcula DEUS omnium bonorum Retributor pro floribus & fru-

ctibus

ctibus mercedem Beatorum opulentiſſimam retribuat. Audi, humillimè obſecro, Benigniſſimum *Numen*, preces & votum ! 1709.

502. *Abbas Urſpergenſis.* JOSEPHUS *Held* Auguſtæ die 3. Januarij anno 1671. natus, in Celeberrimo ac Imperiali Monaſterio *Urſpergenſi* die 12. Aprilis anno 1689. Sacrum Canonicum Regularem & Exemptum Ordinem *S. Norberti* Profeſſus, & poſt abſolutam *Philoſophiam* ad *Theologiam* miſſus, eidem duobus annis *Marchtali*, & duobus *Dilingæ* operâ navavit; inde Domum redux, & Sacerdotiô (obtentâ ob annum 24. nondum completum diſpenſatione Pontificia) anno 1694. initiatus, varia munia magna cum laude obijt. Poſt Sacerdotij Primitias DEO oblatas, ſuam doctrinam alijs communicare juſſus, & litteris humanioribus, & divinis apprimè excultus, primitùs bienniô ſtudia humaniora docuit. Deinceps *Profeſſor* indefeſſus, junctis *Subprioratûs & Magiſtri Novitiorum* officijs, bis Philoſophicum, totiésque Theologico-Moralem curſum conſummavit: nec non in Canonicarum Viſitationum Secretarium aſſumptus, ſuæ ſacræ ſpartæ fidem non ſolùm ſervavit, ſed etiam adeò operosè exegit, ut gratiâ DEI prævenientе, nec non electione ſuorum DD. *Con-Canonicorum* ſuffragante, comprehenderit coronam Abbatiæ die 13. Septembris 1709.

503. *Votum Authoris.* Præeſt etiamnum Abbatiæ Urſpergenſi *Joſephus*, re & cognomine *Heros*, heroico animo, ſtrenuus jurium propugnator, Zeloſus diſciplinæ Regularis conſervator, ſtudioſiſſimus litterarum propagator. Faxit DEUS T. O. M. ut diutiſſimâ proſperitate Reverendiſſimus D. D. *Heros* præſit in validiſſimum Eccleſiæ ſuæ munimentum, in inconcuſſum ſibi ſubditorum propugnaculum, in nobiliſſimum *Auguſtæ* Natorum ornamentum, & qui in ordine eſt ultimus, inter ſuos Conterraneos heroicis geſtis evadat, emineátque primus.

Longa Heroinum *ſervet per ſæcula* Nomen
Heros, *& nullo* Victus *memoretur in ævo* !
Herois *pariant auguſtos facta triumphos*,
Atque Senex Heros Victor *conſcendat Olympum* !

APPENDIX ALPHABETICA

Augustæ Natorum ad Ecclesiasticas dignitates evectorum.

Anno.
861. AMberg Gerungus ab Amberg Abbas Campidonensis.
1478. Arzet Bernardus. P. A. Præpositus S. Mauritij.
1503. Beham Jacobus Abbas Fultenbacensis.
1303. Chonoldius Joannes, al: Aonold Abbas Cæsariensis.
1440. Dachs Joannes Præpositus ad S. Crucem.
1683. Daniel Bonifacius Abbas Fultenbacensis.
1674. Daniel Romanus Abbas SS. Udalrici & Afræ.
1271. B. F. David Ord. S. Francisci.
1682. Dürr Joannes Præpositus Wengensis Ulmæ.
1681. Dürr Josephus Abbas Urspergensis.
1668. Eckherdt Benedictus Abbas Ettalensis.
1109. B. Egino Abbas ad SS. Udalricum & Afram.
1407. Endorfer Henricus Præpositus ad S. Crucem.
1676. Fendt Anselmus Abbas Deggingensis.
1489. Felmann Laurentius Præpositus S. Georgij.
1674. Frey Leonardus J. U. L. Decanus Ecclesiæ Cathedr. Augustæ.
1474. Fries Henricus Abbas SS. Udalrici & Afræ.
1563. Fugger Alexander Ecclesiæ Cathedr. Frising. & Metensis Præpositus.
1624. Fugger Antonius Jacobus Præpositus S. Petri.
1637. Fugger Carolus S. R. I. Comes, Decanus Salisburg.
1600. Fugger Hieronymus Præpositus S. Petri.
1604. Fugger Jacobus Episcopus Constantiensis.
1478. Fugger Marcus Præpositus S. Mariæ Ratisbonæ.
1506. Fugger Marcus Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Ratisbonæ.
1611. Fugger Marcus Præpositus S. Petri.
1588. Fugger Philippus II. Præpositus S. Mauritij.
1598. Fugger Sigismundus Episcopus Ratisbonæ.
1568. Fugger Victor Augustus Præpositus Ratisbonæ.
1539. Gollius Simon Abbas SS. Udalrici & Afræ.

Hard-

1496. Hardlieb Joannes Abbas Thierhauptanus.
1471. Helffer Georgius Abbas Fultenbacensis.
1428. Heütter Henricus Abbas SS. Udalrici & Afræ.
1523. Höchstetter Udalricus P. A. Præpositus ad S. Joannem Frisingæ.
1709. Held Josephus Abbas Urspergensis.
1485. Hörlein Marcus P. A. Præpositus ad S. Vitum Frisingæ.
1517. Hörlein Matthæus P. A. Præpositus ad S. Andream Frisingæ.
1689. Ilsung Leopoldus P. A. Præpositus ad S. Georgium.
1708. Imhoff Augustinus P. A. Præpositus ad S. Crucem.
1697. Imhoff Franciscus Antonius L. B. Præpositus S. Petri.
1610. Imhoff Joannes Jacobus P. A. Præpositus Landishuti.
1512. Imhoff Lucas P. A. Præpositus S. Petri.
1681. Imhoff Octavianus P. A. Decanus ad S. Mauritium.
1664. Jos Gregorius Abbas SS. Udalrici & Afræ.
1138. Klingenstein Fridericus Abbas Campidonensis.
1584. Koboldt Udalricus Præpositus Spaltensis.
1508. Koler Joannes Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Curiensis & Passaviensis.
1527. Könlin Joannes Abbas SS. Udalrici & Afræ.
1404. Küssinger Joannes Abbas Ottoburanus & SS. Udalrici & Afræ.
1501. Lang Matthæus P. A. Cardinalis Archi-Episcopus Salisburg.
1475. Mayr Fridericus P. A. Præpositus Cathedr. Ecclesiæ Frisingæ.
1536. Meitinger Hieronymus Episcopus Chiemseënsis.
1466. Mörlin Conradus Abbas SS. Udalrici & Afræ.
1670. Neümair Bernardus Præpositus S. Georgij.
1483. Paumann Narcissus Abbas Benedictoburanus.
1608. De Peüttingen Christophorus P. A. Præpositus Straubingæ.
1628. De Peüttingen Christophorus P. A. Præpositus S. Mauritij.
1697. De Peüttingen Ignatius Desiderius P. A. Decanus Elvacensis & Locumtenens.
1688. Pröll Felix Præpositus S. Crucis.
1127. S. Qualfardus civis Augustanus.
1671. Raderus Dionysius Abbas Thierhauptanus.
1032. Reginbaldus Episcopus Spirensis.
1547. Rehlinger Christophorus P. A. Præpositus S. Petri.
1607. Rehlinger Christophorus P. A. Præpositus ad S. Vitum Frisingæ.
1658. Rehlinger Dionysius L. B. Præpositus Wettenhusanus.
1532. Rehlinger Henricus P. A. Præpositus S. Petri.
1576. Rehlinger Joannes Henricus P. A. Præpositus S. Petri.

1540. Rehlinger Matthæus P. A. Præpositus S. Petri.
1566. Rehlinger Quirinus P. A. Præpositus S. Petri.
1664. Rehlinger Sebastianus P. A. Præpositus S. Georgij.
1593. Rehlinger Victor P. A. Præpositus S. Petri.
1520. Rehm Ægidius P. A. Episcopus Chiemseënsis.
1526. Rehm Wolfgangus Andreas P. A. Præpositus Ecclesiæ Cathedralis August.
1613. Rembold Joannes Baptista P. A. Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Frisingæ.
1664. Rembold Joannes Casparus P. A. Præpositus S. Petri.
1630. Rembold Raymundus P. A. Abbas Blaubeürensis.
1532. Resslerus Joannes Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Passaviensis.
1706. Riederer Cœlestinus Abbas Elchingensis.
1302. Rudolphus de Augusta Rector Magnificus Patavij.
1505. Senftl Sigismundus P. A. Decanus Ecclesiæ Cathedr. Frisingæ.
1667. Schellenberger Ignatius P. A. Præpositus S. Petri.
1623. Schellenberger Melchior P. A. Præpositus Strasburg. in Carinthia.
1510. Schrott Joannes Abbas SS. Udalrici & Afræ.
1630. Stengelius Carolus Abbas Anhusanus.
1288. Stolzhirsch Sibotho P. A. Abbas SS. Udalrici & Afræ.
1231. B. F. Tertericus Ordinis S. Francisci.
1690. Trestendorfer Joan. Christoph. Decanus Elvacensis & Locumtenens.
1226. Udalscalcus Abbas *SS.* Udalrici & Afræ.
1548. Velser Antonius P. A. Præpositus Ecclesiæ Cathedr. Ratisbonæ.
1612. Velser Antonius P. A. Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Frisingæ.
1511. Velser Christophorus P. *A.* Præpositus Ecclesiæ Cathedr. Ratisbonæ.
1563. Velser Hieronymus P. *A.* Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Ratisbonæ.
1568. Velser Joannes Georgius P. *A.* *S*ummi Pontificis Cubicularius.
1501. Wagner Petrus *A*bbas Thierhauptanus.
1669. Weiler Christophorus *A*bbas Neresheimensis.
1334. Winckler Conradus *A*bbas *SS.* Udalrici & *A*fræ.
1542. Würsing Gregorius Præpositus *S.* Georgij.

CATALOGUS EPITAPHIORUM,

Quæ huic parti II. Collegiali inserta reperiuntur.

ADduxi in *parte I. Hierarchiæ Augustanæ* fol. 665. & seq. motiva plura, cur *epitaphia* coronidis locô eidem *parti I.* fuerint apposita, etsi non ad cujuslibet ingenium & genium, ùt mihi exprobratum, posita: nihilominùs haud ampliùs iteranda; quippe ex affectu vario, &

Pro captu Lectoris habent sua fata libelli.

utì de gustibus, ita humanis judicijs irrita est disputatio. Tam diversis stomachis nemo ad salivam sua excoxit. Oleum & operam perdit, qui omnibus placere cupit. Immò parum tutò amatur, qui nimiùm amari ambit. Ipsum placere multis, maximè displicet pluribus. Sciscitari tamen luber, cur Nobiles *Avis*, *Atavísque potentes epitaphia* demortuis ex sua Prosapia erigant, eáque sæpissimè quatuor, octo, vel sedecim Majorum gradibus exornent? Ce, rè ex motivis, in dicta *parte I.* adductis, inducti, & ut Majorum suorum honori consulant, reverentiam mortuis concilient, nec non præter illorum nomen, titulos, & merita, etiam præcipua nobilitatis argumenta publicè demonstrent. Quod igitur eruditissimi & nobilissimi citra crisin sepulchralibus insculpunt lapidibus, cur ego inutili indulgeam labori, inscribens idipsum chartis? sed

Spernere quisque potest, non ars est, mille tulêre
Sæcula Aristarchos, unus Homerus erat.

Verùm amor recti nec deflectit de prosperis, nec de adversis. Vituperantur *Pertinaces*, at *Constantini* sunt magni. Nullus quidem accersit pericula prudenter, sed plures occursantibus sæpè cedunt imprudenter. Quæ prudenter constituta sunt, non mutat prudens. Obstacula non terrent animosum, sed animant: quia rectè agendi occasionem geminant. Inter obloquentium impetus invicto pede se figit, qui nec blandis nec arduis à statione propositi discedit.

Qui valet adversis oneratam ducere vitam,
Et tolerare magis vult mala, quàm fugere,
Majoris multò est animi, quàm ferre pavescens
Judicium vafri, judicium populi,
Mens etenim recta, & puri conscientia cordis,
Hôc plùs splendescit, quo magis atteritur.

Motivis igitur, in *parte I. Hierarchiæ Augustanæ* c. I. intimatis, piè permotus, sicut ibi, Sic hîc in *parte II. Hierarchiæ Augustanæ* hinc inde attuli epitaphia, queîs viri, in hoc *catalogo* synopticè nominati, fuerunt honorati, estque mumerus sequentium:

Anno.		fol.
1029.	Brunonis.	9
1062.	Conradi de Balshusen.	10
1367.	Joannis Langenmantel.	10
1594.	Caroli Langenmantel.	10
1690.	Octaviani Langenmantel.	11
1560.	Antonij Fuggeri.	29
1573.	Hieronymi Fuggeri.	30
1608.	Jacobi Fuggeri.	30
1630.	Melchioris Kleselij.	57
1701.	Quirini Kunckel.	63
1681.	Casparis Zeiller Episcopi Adramytteni.	64
1067.	Domini N. Schvviggeri.	72
1711.	Antonij Egckerdt Mercatoris.	75
1011.	Willigisi Archiepiscopi Moguntini.	141
	Adalberonis Tridentini Episcopi.	148
1498.	Sabelli Cardinalis.	154
1507.	Andreæ Ziremberger Præpositi Frisingensis.	158
1517.	Viti Meler Præpositi Frinsigensis.	159
1578.	Christophori Madrucij Cardinalis.	162
1552.	Mauritij de Hutten Episcopi Eystettensis.	185
1560.	Eberhardi ab Hirnheim Episcopi Eystettensis.	187
1573.	Melchioris Zobell Episcopi Herbipolensis.	189
1584.	Christophori de Freyberg Præpositi Elvacensis.	191
1612.	Joannis Conradi à Gemmingen Episcopi Eystettensis. —	193
1637.	Joannis Christophori de Westerstetten Episcopi Eystettensis.	196

Marci

1619. Marci Sittici Archiepiscopi Salisburgensis. 197
1689. Francisci Joannis à Prasberg Episcopi Constantiensis. 200
1660. Joannis Rudolphi à Rechberg Præpositi Elvacensis. 203
1687. Joannis Christophori Adelmann Præpositi Elvacensis. 208
1704. Marquardi Rudolphi à Rodt Episcopi Constantiensis. 211
1109. B. Eginonis Abbatis S. Udalrici. 238
1151. Udalscalci Abbatis S. Udalrici. 241
1503. Georgij Helffer Abbatis Fultenbacensis. 255
1482. Henrici Fries Abbatis S. Udalrici. 258
1478. Marci Fuggeri. 258
1515. Laurentij Felmann Præpositi ad S. Georgium. 262
1510. Conradi Môrlin Abbatis S. Udalrici. 274
1513. Marci Fugger Præpositi S. Petri. 280
1531. Lucæ Imhoff Præpositi S. Petri. 296
1578. Wolfgangi Andreæ Rhem à Kôz. 299
1540. Joannis Kônlin Abbatis S. Udalrici. 312
1548. Simonis Gollij Abbatis S. Udalrici. 313
1655. Marquardi Fuggeri. 315
1620. Marci Philippi Fuggeri. 316
1626. Jacobi Fuggeri Episcopi Constantiensis. 317
1663. Melchioris Schellenberger. 320
1663. Caroli Stengelij Abbatis Anhusani. 326
1692. Dionysiij L. B. de Rehlingen Abbatis Wettenhusani. 328
1672. Gregorij Jodoci Abbatis S. Udalrici. 339
1669. Joannis Caspari Remboldt Præpositi S. Petri. 342
1684. Christophori Weiler Abbatis Neresheimensis. 345
1689. Bernardi Neümair Præpositi S. Georgij. 349
1694. Romani Danielis Abbatis S. Udalrici. 357
1700. Anselmi Fendt Abbatis Deggingensis. 358
1693. Præpositorum Monasterij S. Georgij. 374
1709. Caroli Ludovici Josephi L. B. de Franckenstein. 380

INDEX ALPHABETICUS.

RERUM POTIORUM

NUMERUS FOLIUM DENOTAT.

A.

Abundij Sacrum caput. fol. 111

Adalbero Episcopus Tridentinus. 148

Adalbertus, non *Arnoldus* in litteris Archiepiscopi Moguntini legendus. 234

Adelmann ab Adelmansfelden Præpositus Elvacensis. 207

S. Ægidij ara in *Häbach*. 111

S. Afræ corpus cum capite *S Hilariæ* & 33. corporibus Sanctorum invenitur. Prodigium apud ejus sepulchrum. 228

Ab Amberg Gerungus Augustanus, Abbas Campidonensis. 225. & seqq.

De Andex Comes Gebhardus Episcopus *Ratisbonensis*. 142

De Andex Comes Norbertus Episcopus Curiensis, Fundator Monasterij Häbach. 147

S. Andreæ Ecclesia prope *Neoburgum*. 135

S. Annæ ara in *Häbach* 111. Ecclesia in *Hechendorff*, cum indulgentijs. 112

S. Antonij de Padua altare Dilingæ in Collegiata Ecclesia. 113

Æquileiensis Patriarchatûs tituli origo, 143

Et Urbis hujus descriptio. 144

Arbo Archi-Episcopus Moguntinus. 141

Archidux Austriæ Sigismundus Franciscus Episcopus Augustanus, Tridentinus, & Gurcensis. 201

In *Augustana* Cathedrali Ecclesia *Præpositura* fit libera. 275

Augustæ Salisburgenses à Langio in gratiam recipiuntur. 276

Augu-

Augustæ turris *S. Petri*, Campana: alia Campana classica. Institorum fornices. f. 73. Admittuntur *Domicellæ* instituti Anglici. Earum progressus. f. 204. & seqq. Incendium 247. Ventus validissimus. 256. Solennitas maxima in positione primi lapidis ad *S. Udalricum* à Maximiliano Imperatore instituta. 271
Augustanorum Filii &c. vi Bullæ *Sixti IV.* non admittuntur ad Ecclesiæ Cathedralis Canonicatum. 258
Plura de gestis *Augustanis* videantur hinc inde inserta potissimùm verb. *S. Udalrici & Afræ* Monasterium.

B.

Balzhausen Comes dotat Ecclesiam *S. Mauritii.* 9
Bambergenses Episcopi *Henricus Groß à Dorckau.* 155
Vitus Truchses à Pomersfelden. 157
Benedictoburanus Abbas Augustanus. 261
Bernardus Arzett Præpositus S. Mauritii. 261
A Biberögg Comes Episcopus Curiensis, Fundator Monasterii *Roggenburg*, & Patronus Ordinis *S. Norberti.* 149
Ad *S. Blasium* B. Egino Abbas fugit. 227
Blaubeura Monasterium. 322
A *Boland* Episcopus Spirensis. 150
Brenning Sebastianus Episcopus Adramyttenus. 192
Bruno Episcopus fundat Ecclesiam *S. Mauritii.* Inhumatur ibidem. 9

C.

Calvini Secta Grönenbachium introducitur. 127
Campidonenses Abbates *Gerungus ab Amberg.* 225
Fridericus à Klingenstein. 245
Campidonensis Abbas gaudet Jurisdictione criminali. 226
Capitulum habet triplicem significationem. Eius Definitio. 4
Requirit tres personas in fieri, non in conservari. 5
Capituli Sæcularis, & *Regularis* convenientia & disconvenientia. 6 & seq.
Capucinorum Monasterium erigitur Eystadii. 194
Caroli V. Imperatoris funeraria deductio magnifica. 14
Carolo V. Imperatori à Madrucio dictus Panegyricus funebris. 164 & seq.

Cathedralis Ecclesia est Matrix, nec habet titulum alicujus Sancti. Ejus signa. 2
Cœsariensis Abbas Chonoldius. 247
Collegiatarum Ecclesiarum definitio & divisio. 1. & seq.
Collegiatæ Ecclesiæ Diœcesis Augustanæ sunt novem f. 3. Earum Capitulares. f. 7. Collegialitatis signa, & Collegiatæ Ecclesiæ *insignis* prærogativa. 2
Constantienses Episcopi sex reperiuntur in suis nominibus descripti. 139
Cor JESU honoratur Sacellô, Arâ, & Thesibus. 378
S. Crucis Monasterium Augustæ vastatur, & restauratur. Electorem Trevirensem excipit, Jubilæum celebrat: ditissimis ornamentis Ecclesiam exornat. 366. & seqq.
Præpositi ibidem *Henricus Endorffer.* 252. *Joannes Dachs.* 254 *Felix Bröll.* 366. & seq. *Augustinus Imhof.* 385. & seq.
S. Crucis particula, & Ara, *Neoburgi* in Ecclesia Collegiata. 128
S. Crucis. S. Wolfgangi. SS. Vitalis & *Conradi* Aræ in Ecclesia Cathedrali. 298
Curienses Episcopi *Norbertus ab Hochenwart.* 147
Guido & *Conradus à Biberögg.* 149

D.

Daniel Romanus Abbas *S. Udalrici.* 352
Fraternitatẽ VII. Dolorum B. V. M. in Monasteriũ introducit. 356
B. David Ordin. *S. Francisci* Augustanus. Ejus mors revelata *B. Bertholdo.* 245 & seq.
Deggingensis Abbas Anselmus. 357. & seq.
Denich Sebastianus Alminiensis Episcopus. 201
Dilingæ S. Petri Ecclesia Collegiata. f. 113. Decanus & Parochus ibidem. f. eodem. Præceptoris titulus mutatur. 114
Dinckelscherben Ecclesiæ horologium, Campanæ, & reparatio Capellæ in *Siffenwang*, Reddituum augmentum. 298
Dürr Joannes Præpositus Wengensis Ulmæ. 365
Dürr Josephus Abbas Urspergensis. 359. & seq.

E.

Eberhardus Aquileiensis Patriarcha. 142
Eberhardus Ratisbonensis Episcopus. 150

Egckert

Egckert Abbatis Ettalensis encomium. 345. & seq.
Egckert Antonii Mercatoris munificentia. 74
B. Egino S. Udalrici & *Afræ* Monasterii *Augustæ* Abbas creatus 1109. *S. Gebhardo* Episcopo Constantiensi erat familiarissimus, & ab eo in rebus pro pace Ecclesiæ gerendis adjutor adhibitus. Sub *Henrico IV.* & *V.* Imperatoribus, nec non sub *Hermanno* Episcopo Augustano excommunicato, pro Summis Pontificibus *Paschale II. Gelasio II.* & *Calixto II.* contra *Burdirum* Antipapam stabat Defensor imperterritus. Honorabatur ab *Adelberto* Archi-Episcopo Moguntino tanquam Ecclesiæ *Caput*, & præceptorum Ecclesiasticorum propugnator præcipuus. Pro authoritate Pontificia vitæ periculum sæpè subiit, atque è sede sua Abbatiali expulsus tam suos Religiosos, quàm universos Augustanos ad communicationem cum excommunicatis vitandam, Summóque Ecclesiæ Capiti obedientiam præstandam præsens, & absens epistolis, permovere pro viribus laboravit. Periculosissimas Excommunicatorum machinationes fugientem, ac in *Italiam* per devia & avia contendentem, *Calixtus II. Rosellæ* commorans humanissimè excepit, secum *Romam* deductum, in sua aula aliquamdiu detinuit. Expeditis deîn ad aliquos *Germaniæ* Principes litteris commendatitiis, commendatur, ac viatico Evcharistico à se pastum, crebra inter oscula in *Germaniam* remisit. Verùm *B. Egino* abituriens *Româ*, in mari naufragus, æger *Pisas* pervenit; ubi extemplò in morbum lethalem datus, Psalmum: *Laudate pueri Dominum*, recitans, in ultimo versu: *qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem*, peregrinantem in terris animam ad cœli Penates misit, pro Summis Pontificibus, legibúsque Ecclesiæ Dira & Dura, denique ipsam mortem perpessus. 226. & seq.
Einhardus Episcopus Spirensis. 145
Epitaphia huic parti II. Collegiali inserta exhibet Catalogus Epitaphiorum. 392
Evcharistiæ Sacramentum sub utraque specie sumendum laicis permittitur. Iterum interdicitur. 190. & seq.
Ab Eyb Joannes Martinus Episcopus Eystettensis. 215
Eystettenses Episcopi decem reperiuntur sub propriis eorum nominibus descripti. Vid. 139
Eystettense Seminarium Clericorum. 190
Eystettensis Ecclesiæ Cathedralis ornamenta & emolumenta reperiuntur sub Eystettensium Episcoporum descriptione; de quibus videatur citatum. f. 139.

F.

S. Faustus Martyr Dilingæ in Ecclesia *S. Petri.* 144
Feichtwangensis Ecclesia nunc Lutherana. 8
De Flersheim Philippus Episcopus Spirensis. 159
Fraternitas Corporis Christi *Dilingæ* in Ecclesia *S. Petri.* 115
Grönenbachii in Ecclesia *SS. Philippi* & *Jacobi.* 126
S. Sebastiani Dilingæ in Ecclesia *S. Petri,* Item pro Defunctis. 115
S. Josephi Augustæ. 37. & seq. *S. Mauritii* ibid. 50. Septem Dolorum B. V. MARIÆ ad S. Udalricum. 556
SS. Rosarii. Grönenbachii. 126. Item Hâbachii. 111
De Frauenberg Vitus Episcopus Ratisbonensis. 190
Frey de Schönstein Leonardus Decanus Ecclesiæ Cathedr. Augustæ. 351
De Freyberg Joannes Christophorus Episcopus Augustanus, & Præpositus Elvacensis. 203
De Freyberg Christophorus Præpositus Elvacensis. 191
Fries Henricus Abbas S. Udalrici, Deiparæ Virgini devotissimus. 255
Frisingenses Præpositi, & Decani sub horum propriis nominibus reperiuntur. 145
Frisingenses Episcopi Degenhardus à Weix. 153. Philippus Dux Bavariæ. 155. Henricus Dux Bavariæ. 186
Frisingensis Episcopus occiditur. 153
Fugger Alexander Præpositus Frising. 314
Antonius Jacobus Præpositus S. Petri. 321
Carolus Decanus Salisburgensis. 326
Hieronymus Præpositus S. Petri. 317
Jacobus Constantiensis Episcopus. eod.
Marcus Præpositus Ratisb. & Frisingensis. 258
Marcus Præpositus Herbipolensis &c. 280
Marcus Præpositus S. Petri. 318
Philippus Præpositus S. Petri. 315
Sigismundus Episcopus Ratisbonensis. 316
Victor Augustus Præpositus Ratisbonensis. 315
Fuggeri Philippi Filius Marquardus Augustiss. Imperatricis, Summus Aulæ Præfectus. 315
Alter Filius *Marcus Philippus* generosè occumbit. 316
Fuggeri Antonij Zelus Religionis. 13
Ad custodiam condemnatur. 14
Ejus admiranda eleëmosyna, bona comparata, & 5. Filii. 28. & seq.

Fuggeri Octaviani Statua *S. Petri* & ara ad *S. Petrum* Antonii Jacobi. 73. & seq.
Fuggeri Joannis Conjux & duæ Filiæ inscribuntur Sodalitati S. Mauritii. 38
Fuggeri remittunt debitum. 41
Fuggeri comitantur funebria Caroli V. 22
Fuggeri præsentant Parochum & Canonicum ad S. Mauritium. 12
Fuggeri Marci Frater Jacobus Illustrissimæ suæ Familiæ exaltatæ Decus. 260 & seq.
Fuggerorum Epitaphia. Vid. Epitaphia. 392. & seq.
Fultenbacenses Abbates Georgius Helffer. 254
Jacobus Beham. 279
Bonifacius Daniel. 365

G.

S. Gaudentii Corpus Neoburgi. 136
S. Gebhardo fit familiaris *B. Egino.* 227
A Gemmingen Joannes Otto Episcopus Eystettensis. 193
S. Georgii Augustæ Præpositi Laurentius Felmann. 262
Georgius Würsing. 314
Sebastianus Rehlinger P. A. 340
Bernardus Neümair. 345
Leopoldus Ilsung P. A. 371
S. Georgii Ecclesia nova cum Choro extruitur. 262
S. Georgii Ecclesia & Monasterium varia requirit ornamenta & emolumenta tam spiritualia quàm temporalia à citatis DD. *Præpositis*, quæ legi poterunt in foliis jam prænotatis, potissimùm à folio 345. usque 350. & à folio 371. usque 382
S. Gertrudis Ecclesiæ Collegiatæ fundatio, fundationis Litteræ, in Cathedralem Ecclesiam receptio, ac *Canonici IV.* Fundatio: Lumen ibidem perpetuum, & Canonicorũ obligationes. 84. & seq.
De S. Gertrude Elpidiana error. 91
S. Gertrudis Nivellensis descriptio. 92
S. Gertrudis Elpidianæ & ejus stupendæ gratiæ. 93. & seq.
Ad S. Gertrudem laudatur devotio, & devota traditur oratio. 99. & seq.
Gollins Simon Abbas *S. Udalrici* 1539. Joannis Könlin in Abbatia Successor, atque cum eo ob fidei constantiam quamvis exul, in exilio perpetuis infestationibus impetitus; omnem tamen vigilantiam subditorum suorum saluti impendit. Inde illud assecutus,

tus, quòd omnes ſui territorii pagi à circumgraſſante hæreſi immunes fuerint conſervati, Religionis Catholicæ conſervator laudatiſſimus. 313
S. Gotbardi Sacellum. 257
Gôtz Leonardus Epiſcopus Lavantinus. 199
Greſsel Adami Decani Sanct- Mauritiani promotiones. 64. & ſeq.
Grônenbachenſis Collegiata Eccleſia fundatur & locupletatur; diploma Epiſcopale confirmationis acquirit: Canonicorum ibidem obligationes: Fundatoris mors, Ejus & Propinquorum ſepultura. 15. & ſeqq.
Grônenbachenſis Eccleſiæ Parochialis conſecratio: Indulgentiarum Bulla: Eccleſiæ aliæ conſecratio: Eccleſiæ jam Collegiatæ conſecratio. Illius 7. Altaria ac duo privilegiata: Indulgentiæ plenariæ: quatuor Fraternitates. Calvinismus introducitur: Eccleſia in *Zell*, & *Ittelſpurg*: Capellæ *S. Sebaſtiani*, *S. Spiritûs*, nec non in *caſtro*. 123. & ſeqq.
Grosaitingen Eccleſia reparatur. 298
S. Gualfardus Ephippiarius, ejúsque miracula. 243. & ſeq.
Gurcenſes Epiſcopi Matthæus Lang Cardinalis. 274
Sigismundus Franciſcus Archi- Dux Auſtriæ. 201

H.

Häbach Eccleſia Collegiata *S. Udalrici*, antehàc Monaſterium. Diploma fundationis. Ejus Advocati amoventur. Diploma *Epiſcopi Auguſtani*, & *Innocentii VIII*. Ex Monaſterio fit Collegiata Eccleſia. 100. & ſeq.
Häbachenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Decani, Canonici: Indulgentiæ plenariæ: encœnia, feſtivitates, Eccleſiæ Filiales: *Dingſeë*, *Birenhauſen*, *Sindelsdorf*, *Hoffham*, *Hechendorff*. 106. & ſeq.
Häbachenſis Eccleſia cum toto ferè pago conflagrat. 112
Habach ſeu *Heppach* nomen *Bucelino*, & *Michaëli Braun* occaſionem præbuit errandi. 148
Hanſtettenſes in fide conſervantur. 312
De Hefra Epiſcopus Paſſavienſis Fundator Monaſterii Herzogburg. 148
De Helfenſtein Fundator Canonici IV. ad S. Gertrudem. 85
Ab Helmſtatt Archi- Epiſcopus Trevirenſis & Epiſcopus Spirenſis. 151
Henricus Dux Bavariæ, &c. Friſingenſis, Wormatienſis, Ultrajectenſis & Mammillenſis Epiſcopus. 186
Henricus V. Imperator Papam tenet captivum, & excommunicatus venit Auguſtam. 237.

Hep-

Heppach Monasterium Monialium in Suevia. 142
Heiltter Henricus Abbas S. Udalrici defenditur à calumniis Hæreticorum. 252
Ab Hirenheim Eberhardus Eystettensis Episcopus. 187
Ab Hochenembs Marcus Sitticus Archi-Episcopus Salisburgensis. 196
Hörlin Marcus Præpositus Frising. 262
De Hutten Mauritius Episcopus Eystettensis Comitiis interest cum insigni comitatu. Honoratur ab Ingolstadiensibus & Herbipolensibus. 312

I.

S. Jacobi Ecclesia in Dirnhausen. 111
Jejunii Quadragesimalis dispensatio impugnatur. 151
Ilsung Leopoldus P. A. Præpositus S. Georgii. 371. & seqq.
Ilsungium Salve. 73
Imhoff Augustinus P. A. Præpositus S. Crucis. 387. & seq.
Imhoff Franciscus Antonius L. B. Præpositus S. Petri. 383
Videatur *Imhoff* appendix alphabetica. 389
S. Joannis Baptistæ Ecclesia in Hoffham. 112
Jos Gregorius Abbas *S. Udalrici* Monasterium novum extruit, & ab Augustissimo *Leopoldo I.* confirmationem omnium Privilegiorum obtinet. 330. & seqq.

K.

De Kazenelenbogen Comes Episcopus Spirensis. 145
Kesslerus Joannes Præpositus Passaviensis. 312
Kleselii Melchioris Cardinalis & Præpositi S. Mauritii encomium & obeliscus. 57
A Klingenstein Fridericus Abbas Campidonensis. 245
Knöbl à Kazenelenbogen Joannes Antonius Episcopus Eystettensis. 217
Koler Joannes Præpositus Curiensis & Passaviensis. 291
Könlin Joannes Abbas *S. Udalrici* anno 1537. rejectis Acatholici Senatûs mandatis ob fidem Catholicam constanter assertam cum universo Clero Augustano è civitate expulsus, exul suos Subditos Augustanæ Urbi vicinos, atque per juramentum Religioso Apostatæ præstitum jam subjectos, nec non ad Lutheranam doctrinam amplectendam paratos, è Sacrilegi possessoris manu, ac ab hæresis lapsu eripuit, suorum Subditorum Pastor vigilantissimus. 312

Kunthel Quirini Præpositi S. Mauritii vitæ epitome. 60
Küssinger Joannes Abbas *S. Udalrici*, & *Ottoburæ*. Ad *S. Udalricum* Abbas mitratus primus electus ex nostro *Clemente Sender*, non anno 1404. sed 1403. Rexit annis 25. obiit XIV. Kalendas Julii 1428. Fuit tam à *Stephano* Comite Palatino & Duce Bavariæ in *Sacellanum* ac specialem protectionem susceptus, quàm à *Sigismundo* Rege variis Privilegiis donatus, nec non in diplomate, Viennæ 1421. expedito, *Capellani* & *Principis* titulo honoratus. 249
Cùm ob Schisma inter *Anselmum* de *Nenningen* & *Fridericum* à *Grafeneck* Episcopos Augustanos civitas Augustana interdicto esset supposita, *Joannes* Abbas nec minacia verborum fulmina, nec infesta Principum ac Magnatum fulgura veritus, perstitit immotus, pœnæ Spiritualis *interdicti* cum suo Religioso conventu observantissimus. 251

L.

Landishutanus Præpositus Joannes Jacobus Imhoff. 318
Landishutanus Decanus Michaël Paulus de Mayr. 216
Lang Paulus Præpositus Werdseënsis. 291
Lang à Wellenburg Matthæus Episcopus Gurcensis, Archi- Episcopus Salisburgensis, Cardinalis, Præpositus Augustanus, Legatus Pontificius, *Leoni X.* acceptissimus. 274. & seqq.
Ejus Pater naturalis an fuerit Maximilianus? 278
Langenmantel Octavianus Duum-Vir. 11
S. Leonardi Sacellum Dilingæ 113. Propè Billenhausen. 361. In Ittelspurg propè Grônenbach. 127. In Ringseë. 111

M.

Madrucius Christophorus Episcopus Brixinensis, Tridentinus & Cardinalis *Concilium Tridentinum* promovet: conservat *Synas*, *Mediolanum* & Arcem *Placentinam*: splendido cum comitatu Augustam ingreditur f. 159. & seqq. Fuit B. V. MARIÆ devotissimus, liberalis in pauperes, & in Societatem JESU. Tiburi obiit. *Romam* cadaver transfertur. 161 & seq.
Madrucius Ludovicus honoratur ab Augustano Ærographo, à Poëta, à *Domo Austriaca*, à *Gregorio III.* atque à *Rudolpho* Imperatore. Ejus comitatus in ingressu Augustano, ac promotiones. 182 & seqq. Præses Congregationis de auxiliis divinæ gratiæ constitutus stetit pro veritate *prædeterminationis physicæ* Judex inexpugnabilis. 184

Madrucii panegyricus funebris Caroli V. 164. & seq.
Madrucii fuerunt tres Cardinales & in Episcopatu *Tridentino* sibi invicem succedentes. 181 & seq.
De Maisach Udalscalcus Abbas S. Udalrici, domi foríque B. *Egi-nonis* úsque ad extremam vitæ metam olim Comes individuus. Scripsit S. *Adalberonis* Episcopi Augustani & *B. Eginonis* vitam, librum de Musica, epigrammata quàm plurima. Ad petitionem *Udalrici* Episcopi Constantiensis versibus complexus est vitas *SS. Udalrici* & *Afræ*, *SS. Mauritii* & *Mariæ Magdalenæ*, eásque notis Musicis compositas ad publicè decantandum in officiis Ecclesiasticis destinavit. Quæ à *Gebhardo* S. R. E. Presbytero, Cardinale &c. approbatæ, officióque Monastico insertæ, hodiedum recitantur, atque ex his hymni de *SS. Udalrico* & *Afra* ab universa *Ecclesia Augustana* in processionibus publicis decantantur de Ecclesia optimè meritus. 240. & seq.
De B. MARIÆ Virginis statua ad *S. Petrum* Augustæ fol. 73 Ara ibid. 74. Ara in Collegiata Ecclesia Dilingæ 113. Grônenbachii 126. *MARIÆ* miraculosæ Neoburgi Imago 128. In Hechendorff. 112
MARIÆ Reginæ Ungariæ exequiæ. 27
MARIÆ Reginæ Angliæ. 28
S. Martini Sacellum Dilingæ 113. & Ecclesia Neoburgi. 134
S. Mauritii Ecclesia Augustæ fundatur, dotatur, varia detrimenta & incrementa accipit; Sacellum *Langenmanteliorum* ibid. 9. & seq. Ejus SS. Patroni, Aræ privilegiatæ, SS. Reliquiæ, chorus, crux, cappa pellicea, exequiæ, velum passionis, turris, pavimentum, Parochi & Canonici præsentatio, Cœmeterii profanatio, Religionis infestatio, Sepulchrum *Christi*, Hierotheca Evcharistica, Concionum fundatio, icon argentea, peristromata, statuæ ligneæ, quatuor icones, casulæ, chorus munitus, imago extremi judicii & *S. Francisci Salesii*, vexilla, duæ Fraternitates *S. Josephi* & *S. Mauritii*, atque juxta illam porticus frumentaria & armamentarium. 12. & seqq.
S. Mauritii Ecclesia fit Aulico-Cæsarea. 32
Functiones sub Imperatore in eadem Ecclesia. 33. & seq.
S. Mauritii Ecclesiæ Præpositi Decani & Canonici. 78. & seq.
Maximiliani I. Imperatoris gesta vid. *SS. Udalrici* & *Afræ* Monasteriũ.
De Mayr Michaël Paulus Decanus Landishutanus. 216
Mayr Fridericus P. A. Præpositus Frisingensis. 261

Meler Vitus Præpoſitus Friſingæ. 158
Memmingæ Præceptoria S. Antonii. 8. & 137
Meringus Henricus Senior Præpoſitus *S. Gertrudis* eſt Fundator luminis perpetui: *Alexandro VII.* obſequia præſtat. 87
Meringus Henricus Junior Præpoſituram S. Gertrudis obtinet. 88
Meüttinger Hieronymus Epiſcopus Chiemſeenſis. 313
Mörlin Conradus Abbas S. Udalrici, *Maximiliani I.* Conſiliarius, eidem acceptiſſimus, à quo etiam poſitionem primi lapidis, pro Eccleſiæ choro, maxima cum ſolennitate peractam meruit. 271 & ſeq.

N.

S. Narciſſi Capella. 276
Nativitas ignobilis ſine virtute. 352
Neoburgi Collegiata Eccleſia fundatur. Fundationis Occaſio. Inſtrumenta miraculoſam Imaginem probantia. Beneficia à DEIPARA collata. Series Decanorum & Canonicorum hujus Eccleſiæ. Ejus SS. Patroni, Reliquiæ &c. 128. & ſeq.
Neresheimenſis Abbas Chriſtophorus Weiler. 344
Neſſelwang hoſpitalarii hæredes. 337
Neümair Bernardus Præpoſitus S. Georgii, ac ejus geſta. 345. & ſeq.
Nobilitas Religioſi ſine virtute & ſcientia. 352

O.

Ab Oettingen Comes Epiſcopus Paſſavienſis. 155
Ottoburanus Abbas Joannes Küſſinger. 349

P.

Pallii uſus Patriarchæ conceditur in Feſtis *SS. Udalrici* & *Afræ.* 146
Patavii Rector. 247
Patriarchatûs Etymon. 142
S. Petri Eccleſia Collegiata *Auguſtæ* dotatur & conſecratur. Deflagrant. Augetur duobus Canonicis. Oneratur Inſtitorum fornicibus. *Acquirit* aras. Lampadem argenteam, & alia ornamenta. Ejus Præpoſiti prærogativa. Catalogus Præpoſitorum. Canonicorum. Hujus Eccleſiæ Patroni, & Solennitates. Canonicorum functiones. Proceſſio ad *S. Petrum.* 71. & ſeq.

S. Petri Ecclesia Collegiata, & Parochialis in *Dilingen.* DD. Canonicorum beneficia. Ecclesia altaria. Sacella. SS. Patroni præcipui, & Fraternitates. 113. & seq.
S. Petri Ecclesia Collegiata & Parochialis *Neoburgi.* 128. & seq.
De Peüttingen Christophorus P. *A.* Præpositus Straubingæ. 318
De Peüttingen Christophorus P. *A.* Præpositus S. Mauritii. 321
De Peüttingen Ignatius Desiderius *P. A.* Decanus, & Locumtenens Elvacensis. 384
SS. Philippi & *Jacobi* Ecclesia Collegiata, & *Parochialis* in *Grönenbach.* Vid. *Grönenbach.* 115. & seq.
SS. Petri & *Pauli* Ecclesia Filialis prope *Grönenbach.* 127
Philippus Dux Episcopus Frisingensis & Naumburgensis 155
De Polheim L.B. Bernardus Viennensis Episcopatûs Administrator. 156
De Polheim L. B. Wichardus *Archi*-Episcopus Salisburgensis. 157
A Prasberg Franciscus Joannes Episcopus Constantiensis. 199
A Prasberg Sixtus Wernerus Episcopus Constantiensis. 199

Q.

Quadragesimalis Jejunii dispensatio impugnatur. 151
S Qualfardus Ephippiarius. Ejus Vita. Ejus Festum, & SS. Reliquiæ *Augustæ.* Miracula. 242. & seq.

R.

A Randeck Episcopus *Augustanus,* & Patriarcha *Aquileiensis.* 151
B. Rathardus Fundator Düessensis. Ejus SS. Reliquiæ inveniuntur, transferuntur & coluntur. 140
De Rechberg Joannes Rudolphus *Præpositus* Elvacensis. 201
Rehlinger Christophorus Præpositus S. Petri. 314
Rehlinger Chtistophorus Præpositus Frisingæ. 318
Videatur Appendix Alphabetica. 389. & seq.
Reinhardus Episcopus Spirensis & Passaviensis. 145
Rembold Raymundus P. A. Blaubeurensis & ejus de longævitate vitæ confidentia notabilis. 322
Rembold Jaonnes Baptista P. A. Præpositus Frisingæ & ad Sanctum Mauritium. 319
Rembold Jaonnes Casparus P. A. Sacerdotium præfert Duumviratui. 341. & seqq.
Rhem à Kôtz Wolfgangus Andreas Decanus & Præpositus Cathedralis Ecclesiæ, munificus in sacras ædes & egenos. 297. & seq.

Rhem Ægidius Epiſcopus Chiemſeënſis. 297
A Rodt Marquardus Rudolphus Epiſcopus Conſtantienſis. 210
A Rodt Epiſcopus Lavantinus. 153
Roggenburg Monaſterium fundatur. 149
Rôls Joannes Caſimirus Epiſcopus Amyclanus. 219
Rôttinger Martinus Hercules, Epiſcopus Lavantinus. 188
Rota cur inſigne Moguntinum? 141

S.

Sabelli Cardinalis mira fortunæ varietas. 153
Salisburgenſes Archi-Epiſcopi Balduinus. 145
Matthæus Lang. 158
Marcus Sitticus. 196
Wichardus de Polhaim. 152
Salisburgenſes in gratiam *Auguſtæ* recipiuntur. 276
In S. Salvatoris Cæmeterio Miſſa. 86
Sanctitas excedit omnes dignitates Eccleſiaſticas. 140
De Schallenberg S. R. I. Comes, Chriſtophorus Otto, Præpoſitus Conſtantienſis. 213
De Schaumburg Martinus Epiſcopus Eyſtettenſis. 190
De Schellenberg Ignatius P. A. Præpoſitus S. Petri. 343
De Schellenberg Melchior P. A. Præpoſitus Strasburgi in Carinthia. 319
Schenck L. B. de Caſtell Epiſcopus Eyſtettenſis. 209
Schenck L. B. de Stauffenberg Epiſcopus Conſtantienſis. 216
De *Schönborn* S. R I. Comitis Franciſci Georgii Promotiones. 63
Schrott Joannes Abbas S. Udalrici, bello ruſtico furente, ſectam Anabaptiſtarum gliſcente, nec non Luthero Auguſtanis ſuam contagionem afflante, Parochum ejúsque Coadjutorem inceſtas nuptias cum Sanctimonialibus contrahentes è Templo S. Udalrici adjacente ejecit, & ſeditionem molientium conatus retudit, atque Parochianis jam Fidem Catholicam deſerentibus, ne Templum Parochiale, ſeu domus prædicatoria ceſſerit in publicum Apoſtatarum exercitium, ſtrenuè propugnavit, ſuo Catholicæ Religionis fervore, ſuorúmque Religioſorum boni exempli odore, Clerum devotúmque populum Auguſtanum alliciens, ut frequentes, & penè omnes Proceſſiones, Supplicationes, ac extraordinariæ preces communes in S. Udalrici Eccleſia fuerint inſtitutæ, Defenſor Religionis Catholicæ zeloſiſſimus. 291

Senftel Sigismundus, Decanus Frisingæ. 280
S. Sebastiani ara, & Fraternitas Dilingæ. 113
& seq. Icon argentea. 298
De *Sirck* Jacobus Archi-Episcopus Trevirensis. 152
Societas JESU introducitur Eystadium. In Urbem Elvacensem. 194
Stengelius Carolus *SS. Udalrici* & *Afræ* Monachus & Abbas Anhusanus, pro Religione Orthodoxa ærumnas innumeras perpessus, libros fermè Centum scripsit, è quibus nonnulli à Viris Sapientissimis, etiam à Cardinalibus, & ipso Summo Pontifice magnoperè æstimati, de orbe litterario, Religione Benedictina, & universa Ecclesia præclarè meritus.. 323. & seq.
S. Stephani Ecclesia in Ringsee n. 15. 111
Stolzhirsch Sibotho Abbas S. Udalrici defenditur à Calumnia. 246
Strasburgensis Præpositura. 320

T.

B. Tertericus Augustanus Ordinis *S.* Francisci. 245
Thierhauptanum Monasteriũ restauratur, & SS. Reliquiis dotatur. 142
Vastatur. Cum S. Udalrico init Confæderationem. 279
Thierhauptani Abbates; Joannes Hardlieb. 262
Petrus Wagner. 279
Dionysius Raderus. 350
Ubi videantur horum præclarè gesta.
Tridentini Episcopi, Adalbero. 148
Udalricus de Fronsperg. 154
Fridericus Comes ab Oettingen. 155
Christophorus Madruccius. 159
Sigismundus Franciscus Archi-Dux. 209
Truchses de Waldburg Otto Præpositus Elvacensis, Episcopus Augustanus Cardinalis. 187
Truchses de Waldtburg Gebhardus, Archi-Episcopus Coloniensis. 192

U.

SS. Udalrici & Afræ Monasterium Augustæ ædificatur novum. 338
Incendium patitur, 248. Et templi ruinam oppressis aliquot hominibus. 256. A Beato *Eginone* reformatur. 227. Instauratur ab eodem, ac defenditur à civibus. 218. Cingitur muris ac arcubus. 246. Extruit Templi navem, 271. Dormitorium, Triclimium, *S. Gregorii* & *S. Gotthardi* Sacellum 257. Item Sacellum

lum *S. Symberti* Superius, *S. Afræ* Templum in Campo- Lycio, hujatis *Sanctæ* aram, atque cum Bibliotheca exedram. 263.
S. Gregorii Sacellum renovat. 294. *Crucifixum* in Cæmeterio *S. Udalrici* & aram Plebani ponit, nec non Chorum novum cum maxima solennitate, à *Maximiliano I.* institutâ, absolvit. 271. Duas turres Templo adjicit. 273. Velum quadragesimale conficit. 292. Campanam refundit. 294. Post Sacrorum Corporum inventionem, Conversionis *S. Afræ*, *S. Hilariæ*, & *SS.* hic *Quiescentiũ* Festa peragit. 228. Corpus *S. Adalberonis* detegit. 257. Indulgentias 7. Altarium impetrat. 263. Responsorium *Tenebræ* & anniversarium graviter obligatorium assumit. 264. & seqq. Novum montem Olivarum & Sepulchrum Christi erigit. 355. Acquirit *S. Dionysii* iconem pectoralem argenteam, 249. Equitem lapideum in atrii angulo stantem. 272. Brachium argenteum cum SS. Reliquiis, thecam argenteam, Statuam B. V. M. miri artificii, 273. Et lampadem prægrandam argenteam 356. Nec non S. Supellectilis augmentum. 257. Comparat bona. 249. Castellum Hattenhausen, decimas & duo prædia in *Bobing* ac *Ortelfing* 257. Prædia in *Vischach*, *Haustetten*, & *Finningen*. 263. *Wittelspachium* inferius, ac *Bonstetten* 312. Decimas in *Aushausen*. 294. Sepulturam concedit Virginibus ad *S. Ursulam*. 248. *Neresheimensi* Monasterio opitulatur. 339. Confœderatur specialissimè cum Monasterio *Thierhauptano* 297. A militibus gravatur. 354. Aram *S. Afræ* consecrari curat. 256. Habuit Matheseos Discipulum *Rhemum à Kötz*, posteà Cathedralis Ecclesiæ Decanum & Præpositum, nec non R. P. Conventualem artificiosissimum Scriptorem. 293

SS. Udalrici & *Afræ Monasterium* donatur Privilegiis ab *Henrico* Rege, à *Ludovico IV.* Imperatore anno 1335. fol. 248. A Stephano Comite Palatino anno 1404. fol. 249. A Joanne PP. XXII. Concilio Constantiensi, ac Innocentio VIII. 1410. & 1485. A *Sigismundo* Rege 1415. & 1417. 1418. fol. 250. A *Martino V.* 1428. fol. 252. A *Concilio Basiliensi* 1435. f. 254. Ab *Alberto II.* Rege 1439. fol. eod. A *Maximiliano I.* 1500. f. 273. A *Carolo V.* 1530. die 1. Augusti. f. 301. Quod Privilegium serie non interrupta confirmârunt Augustissimi Imperatores à *Ferdinando I.* usque ad *Josephum I.* fol. 304. Ab eodem *Carolo V.* 1530. die 20. Augusti. f. 305. Nec non die 21. Novembr. f. 309. A *Lepdoldo I.* die 30. Octobr. 1665. 330

In SS. Udalrici & *Afræ Ecclesia* ab equite Lutherano & Lutheranis spurcitiæ perpetrantur. 300. In eadem à Magnatibus, cum *Carolo V.* in officio divino commorantibus, ordo observatus. 301 In eadem instituitur processio annua ob sopitum incendium. 249 Octava Festi *Purificationis B. V. M.* 250. Electio Regis Romanorum, 354. *Planctus B. V. M.* locò Psalmi *miserere*, & Rosarium ter hebdomadatim recitandum, 355. Nec non Fraternitas 7. *Dolorum B. V. M.* 356

In SS. Udalrici & Afræ Monasterio Monachi Sacram Fraternitatis *S. Mauritii* supellectilem custodiunt, hujúsque Fraternitatis exercitia sub regimine Suecico peragunt, 42. Miserè affliguntur, 228 Tempore schismatis Papæ obediunt, 251. Religionem propugnant, atque *Augustanos* Fidei constantiâ ædificant, 291. Ipsum Imperatorem, 292. A Maximiliano I. Imperatore Officium divinum sua Musica celebrare jubentur, ac bove ab eo remunerantur, fol. eod. 292. Exercitia Catholica intermittere coguntur, 311 Urbe expelluntur. 312

De Monachis Udalricianis videatur *Partis I. Hierarchiæ Augustanæ* Index 724

SS. Udalrici & *Afræ Monasterii* Monachi quinque, *Augustæ* nati, atque ad exteras Abbatias evecti, nempe *Helffer* Fultenbacensis, *Küssinger* Ottoburanus, *Stengel* Anhusanus, *Raderus* & *Wagner* Thierhauptani inveniuntur sub nomine Monasteriorum, ad quæ fuerunt postulati.

SS. Udalrici & *Afræ Monasterii* Abbates *Augustæ* nati tredecim. *Conradus Mörlin* 1496. fol. 262. *Conradus Winckler* 1334. fol. 247. *B. Egino* 1109. fol. 226. *Gregorius Jos* 1664. fol. 329. *Henricus VII. Heutter* 1428. fol. 252. *Henricus VIII. Fries* 1474. fol. 255. *Joannes III. Küssinger* 1404. fol. 249. *Joannes VI. Schrott* 1510. fol. 291. *Joannes VII. Könlin* 1527. f. 299. *Romanus Daniel* 1674. f. 352. *Sibotho Stolzhirsch* 1288. f. 246. *Simon Gollins* 1539. f. 313. *Udalschalcus de Maisach* 1126. Vid. litt. M. 240. Quorum gesta videantur in citatis foliis: merita autem specialia in Ecclesiam sex Abbatum, nimirum *B. Eginonis*, *Udalschalci*, *Küssinger*, *Schrott*, *Könlin*, *Gollii*, & *Stengelii* Abbatis Anhusani, ex *SS. Udalrici* & *Afræ* Monasterio postulati, reperiuntur in hoc Indice sub propriis eorum Nominibus. Quibus meritò adnumerandus *Bernardus Herdtfelder* Abbas de Ecclesia Catholica meritissimus in *Parte I. Hierarchiæ Augustanæ f. 425. & seqq.* descriptus.

S. Udalrici Episcopi Augustani Ecclesia Collegiata in *Häbach.* 100. & seqq. Festum Translationis *S. Udalrici* feria II. post Dominicam in Albis festivè celebrant, & in ipso *S. Udalrici* Festo Indulgentiæ plenariæ lucrari possunt. 111
S. Udalrici beneficiô gaudent DD. Canonici Ecclesiæ Collegiatæ *S. Petri* Dilingæ. 113
Velser Antonius Præpositus Ratisbonæ. 314
Antonius Præpositus Frisingæ. 319
Vid. Appendix Alphabetica. 300
Urspergensis Monasterii Abbates *Josephus I.* Dürr 1681. fol. 359. *Josephus II.* Held 1708. NB. Corrigendus est in ipso Opere annus positus 1709. & pro eo ponendus ubique annus 1708. f. 387
Urspergensis Monasterii ornamenta & emolumenta tam spiritualia, quàm temporalia. 360 & seqq.
Utinum Urbs describitur, erátque Sedes Patriarchæ Aquileiensis. 144

W.

Wall Petrus Episcopus Adramittenus. 199
A *Weix* Baro Episcopus Frisingensis. 153
Weissenburgensis Præpositura Spirensi Episcopatui incorporatur. 159
Wengensis Præpositus Joannes Dürr. 365
A *Westernach* Eustachius Egolphus Episcopus Dioclensis. 209
A *Westernach* Joannis controversia de jejunio, ejúsque victoria. 159
De *Westerstetten* Joannes Christophorus Eystettensis Episcopus. 194
Wettenhusanus Præpositus Dionysius L. B. à Rehlingen. 326
S. Wilibaldus sanat Episcopum ægrotum. 195
Willigisus Archi-Episcopatûs Moguntini primus Elector Imperii, ejus gesta & Epitaphium. 141
Winckler Conradus Abbas *S. Udalrici Ludovico* Bavaro Imperatori à Confessionibus, ejus Capellanus & omnium Liberorum de sacro Christianæ generationis fonte Susceptor seu Patrinus. 247
A *Wirsing* Fridericus Canonic. Elvacensis & Episc. Wormatiensis. 189
S. Wolfgangi Sacellum & in eo Fraternitas pro defunctis Dilingæ. 113
Wormatiensis Coadjutoria resignatur. 159

Z.

Zell Filialis Ecclesia Grönenbachensis SS. Petro & Paulo dedicata. 127
Ziremberger Andreas Præpositus Frisingensis. 158
De *Zipplingen* Henricus Episcopus Eystettensis. 150
De *Zolleren* Comes Episcopus Constantiensis. 150.

Omnia ad majorem DEI, Deiparæq; Virginis Gloriam.

MENDA SIC EMENDA.

Fol.	Lin.	Errores.	Correctio.
2.	7.	concuurens.	concurrens.
4.	14.15.	cap.ſingulis in 7.	cap. in ſingulis. 7.
6.	4.	non.	nec
7.	16	Collegatias.	Collegiatas.
8.	3.	in ſerendo.	inſerendo.
Eod.	4.	ſubſequentibus.	in ſubſequentibus.
12.	26.	concinatur.	concionatur.
14.	n. 24.	enigrant.	emigrant.
16.	4.	Fabulatio.	Tabulatio.
Eod.	11.	quateris.	quaternis.
17.	29.	ant.	aut.
19.	ult.	iſtus.	iſtius.
20.	19.	caduicatores.	caduceatores.
Eod.	26.	Ferdinanvo.	Ferdinando.
Eod.	36.	Bohemiæ.	Bohemicæ.
21.	6.	Capar.	Caſpar.
24.	11.	Cardinales.	Cardinalis.
26.	7.	& Princeps.	Principes.
28.	25.	ſoleniſſimum.	ſolenniſſimum.
Eod.	36.	comparantibus.	comparentibus.
29.	17.	Bergren.	Bergen.
32.	6.	Hibler.	Kibler.
38.	24.	dubitabtur.	dubitabatur.
Eod.	30	Joſeohi.	Joſephi.
Eod.	ead.	Dnmini.	Domini.
40.	7.	celebrabanda.	celebranda.
41.	11.	1529.	1629.
42.	11.	Conventûs intermiſſa.	Conventus intermiſſi.
Eod.	21.	pomerindiana.	pomeridiana.
43.	18.	ſacram.	ſacrum.
Eod.	29.	contigt.	contigit.
Eod.	36.	per dictus.	prædictus.
44.	1.	Beptiſta.	Baptiſta.
Eod.	24.	Fraternitati.	Fraternitate.
46.	4.	Octavianuo.	Octaviano.
Eod.	14.	ſeptenium.	ſeptennium.
49.	17.	admodom.	admodum.
52.	1.	legitur.	legatur.
Eod.	in marg. n. 8.	Joſphi.	Joſephi.
68.	16.	præbendem.	præbendam.
70.	6.	conconſiliarius.	conſiliarius.
Eod.	19.	chritate.	charitate.
73.	17.	Ectleſiam.	Eccleſiam.
85.	33.	Epiſcoatus.	Epiſcopatus.
87.	31.	1171.	1071.

Fol.	Lin.	Errores.	Correctio.
92.	26.	eductam.	educatam.
Eod.	27.	Parhenonem.	Parthenonem.
Eod.	30.	exhilerata.	exhilarata.
94.	18.	appelitans.	appellitans.
95.	34.	poſſum.	poſſem.
96.	28.	coemir.	coercet.
98.	27.	Tutilarem.	Titularem.
99.	17.	qno.	quo.
105.	32.	numerataque.	numeratque.
113.	in marg. n. 3.	altatia.	altaria.
114.	4.	Deconatûs.	Decanatus.
Eod.	6.	uniuntnr.	uniuntur.
115.	11.	ſoleniſſima.	ſolenniſſima.
Eod.	in marg. n. 1.	ſundatur.	fundatur.
118.	15.	in in	in
122.	24.	Georvius.	Georgius.
123.	23.	Collngiatæ.	Collegiatæ.
126.	6.	in honore.	in honorem.
Eod.	in marg. n. 13.	Altria 7.	Altaria ſex.
128.	in marg. n. 2.		Fundationis occaſio.
134.	2.	hæ.	hæc
139.	28.	Citizenſenſes.	Citizenſes.
145.	20.	non.	no.
149.	3.	Anguſti.	Auguſti.
Eod.	in marg.	ponatur	n. 30.
Eod.	18.	relatum.	delatum.
Eod.	33.	demiſſis.	dimiſſis.
151.	36.	perſuaderc.	perſuadere.
152.	8.	altè factus.	altè fatus.
Eod.	9.	deſignrtus.	deſignatus.
Eod.	in marg. n. 44.	commititur.	committitur.
155.	16.	Fpiſcopum.	Epiſcopum.
Eod.	20.	Eccleſiaſticiſis.	Eccleſiaſticis.
159.	25.	medeſtia.	modeſtia.
167.	27.	naminveterata.	nam inveterata.
Eod	28.	Auſtrica.	Auſtriaca.
171.	31.	Aghricanum.	Aphricanum.
175.	4.	illi.	Illi.
Eod.	8.	habent	habet.
179.	33.	venit illius.	venit recordatio illius.
182.	16.	Canonio.	Canonico.
Eod.	33.	Ponif.	Pontif.
183.	30.	Antonis.	Antonius.
194.	1.	Mobilis.	Nobilis.
187.	31.	ac.	ab.
189.	32.	prrluctuoſam.	perluctuoſam.

Fol.	Lin.	Errores.	Correctio.
191.	23.	imperialibns.	imperialibus.
194.	7.	Dedecembris.	Decembris.
195.	22.	Suecio.	Suecico.
204.	27.	Trabienſium.	Derbienſium.
Eod.	ead.	& ita.	edita.
Eod.	29.	nec dicam.	ne dicam.
Eod.	33.	M.DC.LXII.	M.DCLXVII.
213.	ult.	Philſophica.	Philoſophia.
216.	32.	diſſertus.	diſertus.
226.	27.	Monaſticem.	Monaſticum.
Eod.	ult.	væno.	venum.
227.	28.	egrigiè.	egregiè
229.	29.	Reverendæ Paternitatis & diligendæ Fraternitatis. lege. Reverendis Paternitatibus & diligendis Fraternitatibus.	
238.	22.	Auguſtanoqum.	Auguſtanorum.
241.	19.	lecupletâſſet.	locupletâſſet.
246.	in marg.	1228.	1288.
250.	11.	Jannes.	Joannes.
254.	25.	Oenconomiam.	Oeconomiam.
255.	85.	Virginis.	Virginem.
256.	1.	domitorio.	dormitorio.
257.	34.	Adelberonis.	Adalberonis.
263.	in marg.	n. 143. V. Altar.	VII. Altariũ.
272.	in marg.	n. 156. Trulla.	Trullæ.
278.	12.	ſuperba.	ſuperna.
291.	37.	demolum.	demum.
292.	30.	curravit.	curavit.
295.	10.	Nëolecti.	Nëoelecti.
297.	23.	ſublimoria.	ſublimiora.
300.	8.	Coporis.	Corporis.
Eod.	30.	heluo.	helluo.
Eod.	17.	turpidine.	turpitudine.
Eod.	33.	dilatationem.	dilationem.
302.	25.	Claußen.	Claußlen.
310.	16.	Leiben.	leuten.
311.	penult.	nonnonnulla.	nonnulla.
315.	in marg.	n. 155.	255.
316.	37.	ornamtentum.	ornamentum.
Eod.	ult.	Huadio.	Hundio.
317.	27.	extructa.	extructo.
Eod.	28.	epitphio.	epitaphio.
318.	1.	pſalmi.	pſalmo.
Eod.	in marg.	1510.	1611.
320.	18.	æterunm.	æternum.
421.	1.	ad novam.	ac novam.
Eod.	12.	Eccleſitam.	Eccleſiam.
Eod.	9.	juniorioris.	junioris.
322.	in marg.	n. 174.	274.
Eod.	27.	ad unum.	ad annum.
323.	31.	prædidicta.	prædicta.
324.	18.	vitornm.	virorum.
325.	3.	permiſſiones vi.	permiſſione ſui.
Eod.	29.	mituatus.	mitratus.
328.	17.	Alexondro.	Alexandro.
330.	1.	deferret.	deferretur.
339.	10.	1660.	1670.
341.	11.	annimarum.	animarum.
Eod.	12.	ſuccubiut.	ſuccubuit.
344.	26.	mathemarticarzũ.	mathematicarũ.
346.	2.	curravit.	curavit.
347.	36.	ultiſſimè.	utiliſſimè.
350	16.	ſuóque.	ſuósque.
353.		novitatûs.	novitiatûs.
354.	20.	ſupperſtes.	ſuperſtes.
356.	penult.	delciationis.	delicationis.
361.	12.	Simonis.	Simoni.
362.	26.	dilatravit.	dilatavit.
366.	10.	beneficium.	benéficum.
368	13.	ammotum.	amotum.
370.	28.	expeſſus.	expreſſus.
374.	20	claululâ.	caſulâ.
377.	1.	porfligatum.	profligatum.
385.	32.	incutuentum.	incruentum.
386.	8.	eddidit.	edidit.
391.	15.	ce, te.	certè.
392.	10.	mumerus.	numerus.
387.	19.	& alibi, ùt annotavi in catalogo AUGUSTÆ Natorum ad Eccleſiaſt cas dignitates evectorum in fine, pro anno 1709. ponatur annus 1708.	

In omnibus glorificetur DEUS.

S. BENEDICT. cap. 57. Regulæ.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Khamm, Corbinian, 1645-1730 / Kraus, Johann Ulrich, / Rieger, Johann

Hierarchia Augustana Chronologica Tripartita In Partem Cathedralem, Collegialem, Et Regularem In qua non solùm Præpositi, Decani, & Canonici Ecclesiarum Collegiatarum Augustanæ Diœcesis adducuntur, ... Demum Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Canonici ... describuntur
Bd.: Pars II.

Augustae Anno 1712

Res/4 Bavar. 1109 b-2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10884891-6
VD18 80044522